




AL DVS


POETÆ
CHRISTIANI
VETERES.
ALDUS
1502.
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE · FIRENZE
RACCOLTA NEI ALDINI
ALDINI
I
4
2


AL DVS











BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE-FIRENZE
ALDINI
I
4
2
RACCOLTA NENCINI



OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca
Ex Libris Joannis Nencini
1874











QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR.



Aldus Manutius Ro. Danieli clario Parmenſi in urbe Rhacuſa bonas literas publice profitenti. S. P. D.

Chriſtianos poetas iam annum in thermis noſtris excuſos tan-
dem mi Clari emittimus, tibiq; uiro Chriſtianiss. & morum
Magiſtro nuncupamus. qui ne cito, ut ego ſtatuerã, & tu opta
bas, publicarentur, tot mihi impedimento fuerunt, ut ipſe me-
cum ſæpe ſim admiratus, duxerimq; κακοδαιμόνων id fieri ope-
ra, ne ſi in locum Gentilium, laſciuorũq; poetarum, hi noſtri
Chriſtiani poetæ in ſcholis, ubi teneri puerorũ animi inſtituũ-
tur, ſuccederent, facile in bonos pleriq; omnes euaderẽt. Quo
niam quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu.
Atq; adeo a teneris aſſueſcere multũ eſt. Sed Ieſu Chriſto Deo
Opt. Max. adiuuante, uicimus. Nam ſanctiss. libros, qui circi-
ter mille annos latuere, publicauimus, ut amẽtur, legãturq; in
ſcholis, fiatq; non ut antehac, cum fabulæ, quibus tenera pue-
rorum ætas imbuitur, pro hiſtoria habebantur, quæ eſt potiſſi-
ma, ut puto, cauſa, quod quamplurimi e doctis & uitioſi ſunt,
& infideles. Sed contra pro falſis falſa habeãtur, & uera pro ue
ris. Et ſi uſquam hiſce libris proficient ſtudioſi, id erit maxime
in iſta urbe Rhacuſa tum ciuium probitate, quam a parẽtibus
longa ſerie tanquam hæreditatem accipiunt, tum te magiſtro.
Deus, quam bene conuenit optimum uirum, eumq; doctiſſi-
mum in optima urbe, & bonarum literarum perſtudioſa eſſe
præceptorem. Quamobrem & tibi, & Rhacuſæ gratulor plu-
rimum, idemq; oro eueniat in cæteris Chriſtianæ religionis ci
uitatibus. Quod tamen facillime ſpero futurum, ſi a teneris an
nis hoſce Chriſtianos poetas pueri doceantur, imbuanturq; di
uinis. Nam cum ad gentiles iam bene inſtituti legendos ſe cõ
ferent, bona quæcũq; inuenerint legendis illis, ut e ſpinis ro
ſas, & id genus flores, accipiẽt, mala uero, & quæ moribus ob-
ſunt prudentes tanquam ſcopulum euitabunt. Vale mi Da-
niel cum Daniele Reſtio noſtro homine integerr. necnõ tam
moribus, quam literis ornatiss. meq; amate, ut facitis. Veñ.
Menſe Iunio. M. D I I.

IVVENCI VITA A DIVO HIERONYMO IN LIBRO DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

i

Vuencus nobiliſſimi generis Hiſpanus, presbyter quatuor euangelia hexametris uerſibus pene ad uerbū trāſferens quatuor libros cōpoſuit. & nonnulla eodem metro ad ſacramentorum ordinem pertinentia. Floruit ſub Conſtantino principe.

Aratoris Vita ex uariis accepta libris ab Aldo Ro. ubi etiam de Sedulio pauca quædam dicuntur.

a

Rator Sāctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconus Cardinalis fuit. Scripſit actus apoſtolorū heroico carmine duobus libris, quos Vigilio Pōtifici dedicauit, ut ipſe in epiſtola, quæ ante primū librum impreſſa eſt, inquit. eosq; ipſos libros Pontifici max. muneri dedit. viii. idus Aprilis in presbyterio ante confeſſionem beati Petri, cum & epiſcopi, & presbyteri & diaconi, & alii quamplurimi adeſſent. recitatosq; aliqua ex parte Surgentus primicerius Scholæ notariorum dedit, ut in eccleſiæ ſcrinio collocarentur. Sed doctiſſimus quiſq; ſumma inſtantia rogauit Pōtificem, quo eos libros iuberet publice recitari. quo facto, in diui Petri templum cognomento ad uincula, omnes conueniunt. Atque ipſo autore recitante, maxima attētione quater ambo libri auditi ſunt his. s. diebus. Idibus Aprilis. xiii. Kal. Maii. viii idus eiuſdem iii. Kal. Iunias. Cum uero hos libros componeret, Vrbs Roma a Gottis, & Vandalis obſidebatur. eratq; in urbe de eligendo Pontifice non parua diſſenſio. Tandem diuina clementia urbe ab hoſtibus liberata, Vigilioq; creato Pōtifice, pax eccleſiæ reddita eſt Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti. D. VIL. Contuliſſe autem ſe ad ſcribendos actus apoſtoloꝝ, idcirco uerſibus Arator dicitur, ꝙ feciſſe idem in Euangelio Iuuencum, ac Seduliū uidiſſet. Id uero in eo Aratore licet uidere, qui Venetiis, & in Diui Georgii cognomento Maioris, & Deiperæ ſemp Virginis in Hortis bibliotheca alligatus eſt. Quare Sedulium quoq; ab hinc mille, & cētum annos

ac plus eo fuisse colligimus. q̄q̄ de eo nihil unq̄ legi, nisi ĩ libris decretorum distinctione quinta. capite Sancta Romana eccle-
sia his uerbis. Itẽ uenerabilis uiri Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit uersibus, insigni laude proferimus. Coniici-
mus tamen ex eius epistola ad Macedonium presbyterum Iuuenci libros de historia euãgelica non uidisse Sedulium. Nam cum in ea epistola causam reddit, cur uersibus euangelium scri-
pserit, Iuuenci, qui idem fecerat. haudquaquam meminit. Nõ enim culpa uacaret, si id sciens prætermisisset, & eo magis, cum locus ipse exigeret, ut Iuuencũ, quẽ imitaret̃, habere se diceret. Verba uero Sedulii in epistola ad Macedoniũ hæc sunt. Cur aũt metrica uoluerim hæc ratione cõponere, breuiter expedire nõ differã. Raro pater optime, qđ & tua pitia lectionis assiduitate cognoscit, Diuinæ munera potestatis stilo quisquam huius modulationis aptauit. Verum quia in eadem epistola de diuo Hieronymo mentionem facit in hunc modum. Nec Hierony-
mi diuinæ legis interpretis, & cœlestis bibliothecæ cultoris, exẽpla pudeat imitari, Puto Hieronymum, & Sedulium iisdem fu-
isse temporibus. Ita tamen ut nec Hieronymus de Sedulio in libro de uiris illustribus scribere potuerit, nec Iuuenci libros, uel loci distantia, uel aliquo alio impedimento Sedulius uiderit. Quanquam illud miror Gennadium, qui post Hieronymum de uiris illustribus scripsit, nunquam meminisse Sedulii. Quamob rem arbitror Sedulii libros aliquot secula delituisse. Quod ue-
ro nec de Aratore fit mentio apud Gennadium, est, quia centũ annos, & amplius post Gennadium Arator floruit.

VITA SEVERI SVLPITII A GENNADIO.

s Euerus presbyter cognomento Sulpitius, Aquitanicæ prouinciæ, & genere, & literatura nobilis, & paupertatis, atq; humilitatis amore conspicuus. Carus etiam sanctis Martino Turinensi episcopo, & Paulino Nolẽsi. scripsit nõ contẽnenda opuscula. Nam epistolas ad amorem Dei, & contemptum mundi exhortatorias scripsit Sorori suæ multas, quæ

& notæ sunt. Scripsit & ad supradictum Paulinum Nolanum duas, & ad alios alias. Sed quia in aliquibus etiam familiaris necessitas inserta est, non digeruntur. Scripsit & ad multorum profectum uitam beati Martini monachi, & episcopi, signis, & ꝓdigiis, ac uirtutibus illustris. Item cõfabulationem Posthumiani, & Galli se mediante, & iudice. De conuersatione monachorum orientalium, & ipsius Martini habitam in dialogi speciem duabus concisionibus comprehendit, In quarum priore refert suo tempore apud Alexandriam synodo episcoporum decretũ Origenem, & cautius a sapientibus pro bonis legẽdum, & a minus capientibus pro malis refutandum. Hic in senectute a Palagianis deceptus, agnoscens loquacitatis culpam, silentiũ usq; ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo cõtraxerat, tacendo penitus emendaret.

VITA PROBAE MVLIERIS ROMANAE.

PRoba mulier Romana Adelphi cuiusdam procõsulis Romani uxor græce, & latine, liberaliumq; disciplinaꝝ ꝑdocta fuit. Floruit imperatore Honorio, quo & diuus Hieronymus claruit. Hæc cum esset Christianissima opusculũ de actibus Christi, & Apostoloꝝ ex Vergilio, qui Cento a nostris dicitur, composuit. Quod quia nos imprimendum curauimus, Item quia innominati Autoris, uel eiusdẽ Probæ, ut quidam uolunt, ex Homero de eadẽ re opusculũ, quod ὁμηρόκεντρα græci appellant, addidimus, non ab re duximus, quid sit Cento, & quare sic appelletur, ad studiosorum utilitatem ostendere.

Cento & pãnum significat ex multis, & uariis consutũ coloribus Iuue. Intrauit calidum ueteri centone lupanar, unde centunculus diminutiuum, & opus collectum ex uariis locis, diuersisq; sensibus, & unum perficiens significatum. Ausonius de centone hæc Accipe igitur opusculum de inconnexis continuũ, de diuersis, unum. de seriis, ludicrum, de alieno nostrum, ne in sacris, & fabulis Thyonianũ mireris, aut Virbiũ, illum de Dionysio, hũc de Hippolyto reformatũ. et si pateris, ut doceam do-

cendus ipse, Cento quid sit, absoluā. Variis de locis, sensibusq; diuersis quædam carminis structura solidatur in unum uersum, ut coeant, aut cæsi duo, aut unus, & sequens cum medio. Nam duos iunctim iocare, ineptum est, & tres una serie, meræ nugæ. Apud Sudam de Centone hæc legimus. κέντρων τουτέστι χαλεπὸς, καὶ φρικτός. καθὸ καὶ τοὺς ἡνιόχους κεντροτύπους καλοῦμεν, τοὺς τοῖς κέντροις τοὺς ἵππους τύπτοντας, ἢ κέντρων ὁ ἐκ πολλῶν συνερραμμένος χροιῶν, ἐπεὶ τοι αὐτὰ τοῖς ὑποζυγίοις συῤῥάπτοντες καλοῦσι κέντωνας. ὡσαύτως καὶ λόγους ἐκ διαφόρων συνειλεγμένους, καὶ ἕνα σκοπὸν ἀπαρτίζοντας. οἷά ἐστι τὰ ὁμηρόκεντρα. οἱ δὲ τὸν λοίδορον ἀκούουσιν, οἷον κεντρότυπον. ἢ κέντρων ὁ κλέπτης, διὰ τὸ βασανιζομένοις τοῖς κλέπταις, καὶ κέντρα προσφέρεσθαι. hoc est. Cento scilicet difficilis, ac horribilis, quatenus & muliones stimulis uerberantes appellamus, quod stimulis equos uerberent. Vel cento, qui ex multis consutus est coloribus. Quoniam qui hæc iumentis consuunt, centones uocant. Eodem modo & orationes ex diuersis collectas in unum significatum, qualia sunt homerocentra, hoc est ex Homero centones. Aliqui conuitiatorem intelligunt, ut stimulo uerberans. Vel Cento, qui & fur, cum castigãdis furibus & stimuli adhibeantur. In Etymologico de Centone sic legimus, κέντρωνες δὲ κυρίως λέγονται τὰ ἐκ διαφόρων χροιῶν συνερραμμένα εἰς ἕν, οἷς ὡμοίωνται πως ὁμηρόκεντρα. Id est Centones proprie dicuntur, quæ ex uariis coloribus in unum cõsuũtur, quibus similia sunt quodãmodo homerocentra. Cento autem a κέντρων uenit, quod ἀπὸ τοῦ κεντρίζειν, quod inserere est, deducitur. r. literæ abiectione. Inseruntur enim & immittuntur diuersa inter se. Qua re miror Sypontinũ in cõmentariis Martialis, quos Cornucopiæ appellauit, a cẽtum deduci existimasse.

Domino sancto, ac Venerabili patri Macedonio presbytero Sedulius in Christo Salutem.

PRius, quam me Venerabilis pater operis nostri decurso uolumine cẽseas, & ritu forsan seueritatis obiurges, utpote, qui nulla ueteris scientiæ prærogatiua suffultus, tam ĩmensum paschalis pelagus maiestatis, & uiris quoq; ꝑitissimis formidãdũ parua tyro lintre cucurrerim. Huius apud te facti causas expurgẽ, ut cum me nõ audacẽ fuisse ꝓbaueris, sed deuotũ, in pectoris tui portũ blanda tranquillitate recipias, quem gubernante Deo lætaberis nulla pertulisse naufragia. Cũ secularibus igitur studiis occupatus uim impatiẽtis ingenii ꝙ diuinitatis in me prouidẽtia generauit, non utilitati animæ, sed inani uitæ depẽderẽ, & literatoriæ solertia disciplinæ lusibus infructuosi operis nõ autori Deo deseruiret. Tandem misericors Deus reꝝ cõditor clementius sui fabricã iuris aspexit, & stultos in me mũdanæ sapiẽtiæ diutius haberi sensus indoluit, ac fatuum prudẽtiæ mortalis ingenium cœlesti sale cõdiuit. Moxq; ut cordis oculos iterior caligo deseruit per sentes dumosi ruris errãtia in herbam floridi cespitis reuolui uestigia, Totoq; nisu melioris arbitrii cultum illustrati pectoris Deo dicaui, nõ præsumptione uirium sarcinam tantæ molis arripiens, sed onus Christi, quod leue nimis est, humili pronus deuotione complectens, culpa me scilicet arbitratus silentii non carere, si studiosæ mẽtis officium, quod uanitati detulissem ueritati denegarem, cum & diuina reuerẽter afferi, & humana possunt honeste tractari. Angebar alia rursus animi procella turbati, & ægros anhelitus illa mihi sæpe ratio cõmouebat, quia noueram me, uel tua Pater beatiss. uel aliorum, quos gratia similiter cœlestis illuminat quiddã profecisse doctrina, quanquam ipsi cuncta monstrantes aliquem credatis igniculũ in me posse lucere, sed torpor cordis obtusi tanꝙ per uenas silicis scintillam tenuem uix emittit. Et idipsum parui fomitis nutrimentũ, quod in me potuit doni cœlestis oleo permanere, nefas esse pẽsabam muti tenacitate silentii cũ nullo partiri. Ne unius talenti dum creditam quãtitatem nitor cautius custodire, culpa defossæ pecuniæ non carerem. Inuidiæ siquidem

maculam de sese non abluit, qui alteri conferre denegat, quod cum dederit, non amittit. Inter diuersas tamē anxiæ trepidatio nis ambages ad iaciendum huius operis fundamentum ob hoc maxime prouocatus accessi, ut alios exhortationibus ueritatis ad frugem bonæ messis inuitans, si quando humanæ infirmita tis uitiis forsan lacessitus impugner, uerbis propriæ disputatio= nis ammonitus metuam. Et qui furta prohibui, fur uideri uere= ar. & qui rectæ soliditatis aliis iter ostendi, ꝓcliuioris lubrica pe riculosa sectari, & clypeo dominicæ protectiōis armatus, inimi= cæ iaculationis tela facili repulsione contēnam. Cur autem me= trica uoluerim hæc ratione componere, breuiter expedire non differam. Raro pater optime, sicut tua quoque peritia lectionis assiduitate cognoscit, diuinæ munera potestatis stilo quisquam huius modulationis aptauit, & multi sunt, quos secularium stu diorum disciplina per poeticas magis delitias, & carminum uo luptates oblectat. Hi quicquid rethoricæ facundiæ perlegēt, ne= gligentius assecuntur, quoniam illud haud diligunt. Quod au= tem uiderint uersuum blandimento mellitum, tanta cordis aui ditate suscipiunt, ut in alta memoria sæpius hæc iterando consti tuant, & reponant. Horum itaq; mores non repudiandos existi mo, sed pro insita consuetudine, uel natura tractādos, ut quisq; magis suo ingenio acquiratur Deo. Nec differt qua quis occa= sione imbuatur ad fidē, dum tamē uiam libertatis ingressus nō repetat iniquæ seruitutis laqueos, quibus ante fuerat irretitus. Hæ sunt pater egregie nostri operis causæ, non superuacuæ si= cut didicisti, sed commodæ. Quæ si probabili ratione nō displi= cent tibi, benignitatis tuæ donentur fauore, quo paululum ab scripturis celsioribus uacans, humilioribus quoq; libenter imp tias. Non semper aquila super nubes eleuata peruolitat, sed etiā remissioribus aliquando pennis descendit ad terras. Sæpe bel= liger miles armis, quibus assuetus est dimicare, delectatur & lu= dere. An forsan ut ab hac te molestia perlegendi carminis in oc cultis abducas, talibus me blādæ orationis uocibus alloqueris. Cur inquiens affabilis amice, quem gratia puræ dilectionis am= plector, dum me profusius niteris uenerari præ cæteris & fidi ꝓ= positi sedulitate sectaris, alios tāquam neglectos offendis. Qui

cum sint non impares, & una mecum soleant religiosæ fidei so=
cietate coniungi, me potissimum, ac solum eligas, uel secernas,
cui deuotionis tuæ dicta committas. Habes Antistitem plenũ
reuerentiæ sacerdotalis Vrsinum, qui ab ætatis primæuæ tyro=
cinio regis æterni castra non deserẽs dum uixit, inter barbaros
pius, inter bella pacatus, accepit testimonium beati iam meriti,
euangelicæ sacramento doctrinæ. Legimus enim beati pacifici,
quoniam filii Dei uocabuntur. Habes Laurentium difficili cõ/
paratione presbyterum, qui substantiam sui patrimonii sic ero=
gauit, ut ecclesiis, & egenis uniuersa distribuens, tanti cẽsus effu/
sione nihil perderet. Sapientia peruigil. lenitate placabilis, quo
& serpentis astutiam cum lege custodiat, & columbæ simplicis
animum nõ amittat. Habes quoq; meũ Gallianũ æque presby=
terum non in libris secularibus eruditum, sed placida bonitate
mitissimum. catholicæ regulam disciplinæ factis potius edocẽ/
tem, quã sermone mõstrantẽ. Quid Vrsicini dicã quoq; presby/
teri annosam sapiẽtiam, & in Christi famulatu nõ deficientẽ iu
uenilem senectã? Quidue Felicẽ referam? uere felicem seculi hu
ius inimicum, cui crucifixus est mundus. Sunt & alii memorabi
les uiri quãplurimi, quos ad hoc suscipiendum idoneos constat
esse officiũ. Nec Hieronymi diuinæ legis interpretis, & cœle=
stis bibliothecæ cultoris, exempla pudeat imitari, atq; ad gene/
rosas fœminas, & præclaræ indolis fama subnixas, in quarum
mentibus sacræ lectionis instantia sobriũ sapientiæ domiciliũ
collocauit, ꝓpriæ disputationis documẽta trãsmittere. Quis nõ
optet & ambiat eximio Syncletices sacræ Virginis, ac Dei mi/
nistræ placere iudicio? Quæ superbi sanguinis nobilitatem sic
humilitate prouexit ad gloriam, ut in cœlestis patriæ senatu fie/
ri mereatur athleta. Vere dignum, in quo dominus habitet tem
plum. ieiuniis castigatũ. orationibus refertũ. puritate mundissi=
mum. scripturas etiã ecclesiastici dogmatis ita sitiens epotauit,
ut nisi sexus licentia defuisset, posset etiam edocere, licet in mem
bris fœminei corporis animus sit uirilis. De quotidianæ uero
misericordiæ dispensatione reticeo, quam sic exercet, ut sileat, sic
largitur, ut lateat. Indicat tamen eius habitus pauper, ubi census
proficiat diues, & ut magnitudo tantæ prudẽtiæ gemina resplẽ

dens lampade plus luceret. habet germanam nomine, meritoq; Perpetuam. annis imparem. factis æqualem. æuo teneram. probitate grandæuam, quæ dum nominis sui dignitate pascitur, sic uiuit, ut nequeat amittere, quod uocatur. Illustris maritali potẽtia, illustrior religione diuina, proximam uirginitati continet palmam, in coniugii fœdere manẽs pudica. Cætera præter cõspicuos, utpote nuptæ cõuenientes ornatus, quæ de sorore diximus, in huius quoq; moribus inuenimus. Ad hoc ego cõgrua rursus ita responsione perfungar. Ne quæso pater, quem diligere profiteris, abiicias. quem fouere assoles, inuidiose deterreas. Nullũ siquidem ex his omnibus uito. de nullius meritis, aut instructione diffido, sed in te cunctos aspicio. Quosdam collationibus assiduæ disputationis ad meliora uexisti. quosdã placidæ maturitate doctrinæ, desyderio sanctæ conuersationis impleſti. Quibusdam exemplum factus es ad salutem, alios intra septa gregis tui oues fecisti, alios in fide enutristi. Oĩa omnibus factus es, ut oẽs saluos efficeres. Cesset, obsecro, plurimorũ iactura uerborum. cessent deinceps lõgæ excusationis ambages, nec pigeat te post tantĩ gurgitis emẽsa discrimina fluctuãti adhuc paginæ, autoritatis tuæ anchoram accõmodare. Quatuor igitur mirabilium diuinorum libellos, quos ex pluribus pauca complexus usque ad Passionem, & Resurrectionem, Ascensionemq; domini nostri Iesu Christi quatuor Euangelistarum dicta congregans ordinaui, contra omnes æmulos tuæ defensioni commendo. Huic autem operi, fauente Domino, paschalis carminis nomen imposui, quia Pascha nostrum immolatus est Christus, cui est Honor, & Gloria, cum Patre, & Spiritusancto ꝑ omnia secula seculorum. Amen.

ERRATA IN SEDVLIO, QVAE ALICVIVS MOMENTI VISA SVNT.

Quinternione.a.charta.4.lege & didicere truces. Char.5.lege Sancti coniunctos flaminis actu.& paulopost.Sancti coniuncto flaminis actu.Char.eadem lege.Hoc Matthæus ait, qui hominem generaliter implet. Char.8.lege.placidas ad Iordanis undas,& paulopost lege.Decutit expulsas illæsis uultibus umbras.Charta eadem lege.Ieiunum dapibus.

Quin.b.char.prima lege.Quod tentare suum, dominumq; deumq; requiret. Char.2.lege per pascua Christi Char.eadē lege.Regulus hinc nato quidam moriente. Char.3.lege Igneus ardor erat. Char.6.lege Quid quod & Heliā, & clarum uidere Moysen.Char.7.lege. cœlestis regni.

Quint.c.char.1 lege.Stagna petit parua, residensq; Simonis in alno. Char.eadem lege.Potestatem summam discipulis a domino datam. Char.eadem lege, Vipereasq; minas, & Scorpii inimica uenena.Char.2.lege. & nullo ducente redit. Char.3.lege dilapsus uentre parentis.Char.6.lege.Scribitur & titulus hic est rex iudæorum.Char.7.lege Suppliciisq; tamen rerum.

Quint.d.char.prima.lege custodibus igne minaci. Char.2.lege, Quisnam ambigat unam. Char.3.lege.Nos sacra, quæ gerimus.

ERRATA IN IVVENCO VISA ALICVIV MOMENTI.

Quint.e.char.7.lege præsolidumq; Simonem.

Quint.f.char.2.lege sicubi iustitiæ. Char.5.lege ecce sed exortus. Char 6.lege illi grata domus habitare sepulchris.

Quint.g.char.5.lege & propriam, comitumq; famem. Char.7. lege ille uenenatis collustrat passibus.

Quint.h.char.4.lege Sidonemq; Tyrumq; petit. Char.5. lege Tum Christus cunctis arridens. Char.6.lege. Petrum, Zebedeiq; duos. Char.7.lege. In cœli regno meritis pro qualibus esset. & paulo post, lege, Qui cupit excelsam cœli conscendere sedem. Char.8 lege Peccata orãtum duræ punire uoletis

Quint.i.char.3 lege Qui sapit adueniet. Char.5.lege In tenebras raptum. Char.8 lege Tum pergunt stultæ liquidum ut mercentur oliuum.

Quint.k.char prima. lege Et nudus uestis blandissima tegmina sumpsi Char.5.lege. Horrida præcipitet sæuæ per lubrica mortis. Char 6.scribe cuius te palma cecidit. Char.7.lege In duerunt, spinisq; caput cinxere cruentis. paulopost. lege Iam medium cursu lucis. ibidem lege. Cum subito aufugit oculis. ibidem lege Aetheriis animam comitem. Char 8. lege, & cuncta tuentur. Char.9.lege. et saxum milite seruant Char. eadem. lege. Et famam argento.

ERRATA IN ARATORE, QVAE ALI-
CVIVS MOMENTI VISA SVNT.

Quint.aa.charta.2.lege Abluit interius paulopost lege. Lucis in arce locat.char.4.lege Sic ligni uacuatur onus. char.5. lege. Quod proprium nihil esse uolunt. char.6.lege. Exiuit medicina potens.

Quint.bb.char.prima.lege. Sit Deus ex multis plena est instructio libris.char.eadē lege, Noscite, qđ soli concessa est gloria Petro. eadem lege. Petrus, & hinc ductis sorti dat sydera turmis.char.3.lege.populo sint fercula. char eadem lege iugulisq; patentibus æuum. Char.6. lege. Dic ubi sunt mundana tuæ sapientia leges. Char.7.lege. corpusq; itura per omne hanc subiit. Char.8.lege.nullumq; relinquit inanem.

Quint.cc.char.2.lege.tetigit quos dextra magistri. Char.4.lege Apparentq; uado. Char 6.lege Discite iam uerum. Char.eadem.lege. Cum totum saluare queant. Char.7.lege. Diuinū concepit iter. Maria inde sacrata est. Char.eadem lege. Fœcundo ieiuna solo, Macedo quoniam uir. Char.8.lege. Sed quibus ex ueteri patuerunt omnia fonte. Char.eadem lege. Coniugio post sacra tamen. Char.eadem scribe, fas uetat inde queri.

Quint.dd char.prima lege. hostis abit. Char. eadem lege. tota conquiritur urbe. Ibidem lege. Cœperat exiliit tellus. Char. eadem lege, aliisq; philosophis. Char.3.lege sit recidiua senī Char.4.lege, atque eius ueste fusa. Char. 6. lege nudam fert ore loquelam. Char.8.lege Sensibus ardor erit. Char.eadem lege, quod sit Deus edere malis.

Quint.ee char.prima lege euolat, & uinctum. Char.2.lege, ambiguusq; fragor. Char.4.lege.o utinam nostris uoluisses.ibidem lege, nec spe frustrabor inani. Char.5.scribe, haud procul hinc.char.6.lege. Tot Romæ mundo collecta idola sub acto.ibidem, lege liber & hic populus.

a
COELII
paſtor
nectaris
ieiunis
b
ſinatum
& dimitte
plus candore
quæ gene
c
Cumq;
artifices
errantem
frondibus
d
qui gemina
lucida ſunt

e

IVVENCI
ante ſuos
Ioannis
Et ſimul.
f
Aduerſario
Aduerſis
Haud unquam
Inſidias.
g
Illic fundus
Quæ non eſt
Et ſibi
Ingreſſi

h
Illis, qui
Illic expe
Suſpiciens
Diſcipuli
i
Seruitii
Centuplicata
In nouiſſimo
confeſtim
k
Iamq;
Lazarum
Præcepit
En urget
Horrida
aa
ARATOR
ARATORIS
Virgo
Spiritum
bb
Aedificat
Quodq;
Quod meli-
Quod pre
cc
Addere
Angelus
ARATORIS
Flumineū
dd
In macedum
Verborum
Artis amore
Fundere

ee
Prode pa
Ne remoue
Verus ho
ff
PROBAE
De creatione
Felicem
Sic prior
gg
Quid ſibi
Poſtquam
Ille autem.
Lactantii
hh
Gloria
Opto magis
Præſtat

A


EPISTOLA
ximus, ut
ſent, cum
utpote
B
Arborius
aduentu
mum fidei
deum, non
C
EIVSDEM
uoto ſuo
SEVERI
atq; ita

D
cula. Etenim
ꝙ ipſe tam
lo arente
ueſtem
E
num notitiam
ignis operiret
mianus
inquit.
F
ptum eſt.
Serpens
iure gla
us,q̈
G
CAPITVLA
Eiuſdem
H
LEONARDI
ſis præfectum
INCIPIT
carnis
I
ocio ad

gatis q̃d
epulas
deerant
K
ruerat.
tate naui
aaaa
Petrus
OMHPOKEN
Propinquæ
Ἀνὴρ ἠδὲ
Et ipſum
Ἡ δὴ λοίγια
Diem.
bbbb
Sed cum
αὐτὰρ
Si autem
Ἀνδρῶν
Vinum
Αὐτίκ᾽
Lachrymasq;
Ἀντιβίοις
Impulſus

γγ
Ἀλλ᾽ εἰς
Hæc autem
Ἐπεὶ δὲ
Quare mihi
Ὑμῶν
Orabat.
ὡς εἶπον σ
Stetit autem
dddd
Bonum
Ἀλκῆς
Steterunt
Καὶ δέσποι
Neminem
Ὡς ἄρα
Facere
Διόλλει
Ligauit
εε
Εὐθαδύῳ
Quare to
Ὢ πόποι
Delectati.

Cautum eſt ne quis impune hunc quoq; li
brum queat typis excudere.


AL DVS

COELII SEDVLII PRESBYTERI MIRABILIVM DIVINORVM LIBER PRIMVS

c Vm sua gentiles studeant figmenta poetæ
grãdisonis põpare modis, tragicóq; boatu,
ridiculóue gete, seu qualibet arte canendi,
sæua nefandarum renouent contagia rerum,
& scelerum monumenta canant, ritúque magistro
plurima niliacis tradant mendacia byblis,
cur ego dauidicis assuetus cantibus odas
chordarum resonare decem, sanctóq; uerenter
stare choro, & placidis cœlestia psallere uerbis,
clara salutiferi taceam miracula Christi?
Cũ possim manifesta loqui, dominúmq; tonãtem
sensibus, & toto delectet corde fateri,
qui sensus & corda dedit, cui conuenit uni
facturam seruire suam, cui iure perenni
arcibus æthereis una est cum patre potestas,
par splendor, communis apex, sociale cacumen,
æquus honor, uirtus eadem, sine tempore regnum,
semper principium, sceptrum iuge, gloria consors,
maiestasq; similis. Hæc est uia nanque salutis,
hæc firmos ad dona gradus pascalia ducit,
hæc mihi carmen erit. Mentes huc uertite cuncti,
hanc constanter opem læsis adhibete medullis,
quos letale malum, quos uanis dedita curis
attica cecropii serpit doctrina ueneni.
Sectantésque magis uitam spirantis odorem
legis, athenæi pedorem linquite pagi.
Quid labyrintheo Tesidæ erratis in antro?
Cæcáque dædalei lustratis limina tecti?
Labruscam placidis quid adhuc præponitis uuis?
Neglectis' que rosis saliuncam sumitis agri?

Quid lapides, atque era coli? quid phana prophani
proderit? & mutis animas damnare metallis?
Parcite pulverei squallētia iugera campi,
& steriles habitare plagas, ubi gignere fructum
arida nescit humus, nec de tellure cruenta
liuida mortiferis uelatis toxica succis
tartareis damnata cibis, sed amœna uireta
florentum semper nemorum, sedes'que beatas
per latices intrate pios, ubi semina uitæ
diuinis animantur aquis, & fonte superno
lætificata seges spinis mundatur ademptis,
ut messis queat esse dei, mercis'que futuræ
maxima centenum cumulare per horrea fructum.

Inuocatio diuini auxilii.

Omnipotens æterne Deus, spes unica mundi,
qui cœli fabricator ades, qui conditor orbis,
qui maris undisonas fluctu surgente procellas
mergere uicinæ prohibes confinia terræ,
qui solem radiis, & lunam cornibus imples,
in'que diem, ac noctem lumen metiris utrunque.
Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus
signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti,
qui diuersa nouam formasti in corpora terram,
torpenti'que solo uiuentia membra dedisti,
qui pereuntem hominem uetiti dulcedine pomi
instauras meliore cibo, potu'que sacrati
sanguinis, infusum depellis ab angue uenenum,
qui genus humanum, præter quos clauserat arca
diluuii rapida spumantis mole sepultum,
una iterum de stirpe creas, ut mystica uirtus
quod carnis delicta necant, hoc præsule ligno
monstraret liquidas renouari posse per undas,
(totum nanque lauas uno baptismate mundum)
pande salutarem paucos quæ ducit in urbem
angusto mihi calle uiam, uerbi'que lucernam
da pedibus lucere meis, ut semita uitæ
ad caulas me ruris agat, quo seruat amœnum

paſtor ouile bonus, qua uellere præuius albo
uirginis agnus ouis, grex'ꝗ omnis candidus intrat.
Te duce difficilis non eſt uia, ſubditur omnis
imperiis natura tuis, ritúque ſoluto
tranſit in aduerſas iuſſu dominante figuras.
Si iubeas mediis ſegetes arere pruinis,
meſſorem producet hyems, ſi currere muſtum
uernali ſub ſole uelis florentibus aruis,
ſordidus impreſſas calcabit uinitor uuas,
cuncta'que diuinis parebunt tempora dictis.
Indicio eſt antiqua fides, & cana priorum
teſtis origo patrum, nullis'que abolenda per æuum
temporibus conſtant uirtutum ſigna tuarum.
Ex quibus audaci perſtringere pauca relatu
uix animis committo meis, ſiluam'que patentem
ingrediens aliquos nitor contingere ramos.
Nam centum licet ora mouens, uox ferrea clamēt,
centenos'que ſonos humanum pectus anhelet,
cuncta quis expediet? quorum nec lucida cæli
ſidera, nec bibulæ numeris æquantur arenæ?

Enoch nunquam mortuum.

P rimus abuſque chao meritis uiuacibus Enoch
multa per innumeros iam ſæcula contigit annos,
natura perdente modum, quem iure creandi
terra tulit genitum, ſed mors miratur ademptum.

Sarram uetulam peperiſſe Iſaac.

S aucia iam uetulæ marcebant uiſcera Sarræ
grandæuo cōſumpta ſitu, prolem'que negabat
frigidus annoſo moriens in corpore ſanguis,
cum ſeniore uiro. Gelidi præcordia uentris
in partum tumuere nouum, tremebunda'que mater
algentes onerata ſinus, ſpem gentis opimæ
edidit, & ſerum ſupendit ad ubera natum.
Mactandum'que deo pater obtulit, at ſacer ipſam
pro pueri iugulis aries mactatur ad aram.
O iuſti mens ſancta uiri, pietate remota
plus pietatis habens contempſit uulnera nati,

amplexus'que præcepta dei, typici'que cruoris
auxilio uentura docet, quod sanguine Christi
humana pro gente pius occumberet agnus.

Vxorem Loth uersam in statuam salis.

Loth Sodomæ fugiente chaos dum respicit uxor,
in statuam mutata salis stupefacta remansit,
ad pœnam cõuersa suam, quia nemo retrorsum
noxia contempti uitans discrimina mundi
aspiciens saluandus erit, nec debet arator
dignum opus exercens uultum in sua terga referre.

Mosem uidisse rubum ardere & non uri.

Ignibus innocuis flagrans apparuit olim
non ardens ardere rubus, nec iuncta calori
materies alimenta dabat, nec torrida uiuens
sensit damna frutex, sed amici fomitis æstu
frondea blanditæ lambebant robora flammæ

Virgam Mosæ mutatam esse in serpentem.

Mitis in immitem uirga est animata draconem
per flexos sinuata globos, linguis'que trisulcis
squamea colla tumẽs, inimicos ore chelydros
sorbuit, & proprii redit in uirgulta rigoris.

Mare rubrum peruium factum Iudæis.

Peruia diuisi patuerunt cærula ponti
in geminum reuoluta latus, nudatáque tellus
cognatis spoliatur aquis, ac turba pedestris
intrat in absentis pelagi mare, per'que profundum
sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas.
Mutauit natura uiam, medium'que per æquor
incedens populus rude iam baptisma gerebat,
cui dux Christus erat. Clamat nam lectio multas
uox domini superextat aquas. Vox deniq; uerbũ ẽ.
Verbum Christus at est, geminæ qui consona legis
testamenta gerens ueterem patefecit abyssum,
ut doctrina sequens planis incederet aruis.

Manna pluisse in deserto.

Quid referam innumeras cœlesti pane cateruas
angeli cos sumpsisse cibos? nimbis'que superni

nectaris aeria populum dulcedine pastum,
in pluuiis habuisse dapes, & in imbribus escas?
Aquam de Petra manasse.
Rursus in exustis sitiens exercitus aruis,
qua nimium loca sicca diu, qua terra negatis
ægra iacebat aquis, qua spes ablata bibendi,
uiuendi'que fuit, subitas arente metallo
hausit aquas, sterili'que latex de rupe manauit.
Et ieiuna nouum uomuerunt marmora potũ,
Asinam locutam.
His igitur iam sacra tribus dans munera rebus.
Christus erat panis, Christ⁹ petra, Christus in undis.
Angelicis tremefacta minis affatur asella
sessorem per uerba suum, lingua'que rudenti
edidit humanas animal pecuale loquelas.
Solem & cætera signa firmata.
Sol stetit ad Gabaon, medii'que cacumine cœli
fixit anhelantem dilato uespere lucem,
insolitus frenare diem, nec luna cucurrit
ordine pigra suo, donec populantibus armis
feruidus in gentem gladius consumeret hostem,
coniurante polo. Iam tunc famulata uidebant
sydera uenturum præmisso nomine Iesum.
Coruos pauisse Heliam in deserto.
Heliam corui quondam pauere ministri
præbentes sine more dapes, alésque rapinis
deditus, atque auido saturans caua guttura rostro
tradidit illæsam ieiunis morsibus escam
nunc bonus Heliæ, qui perfidus antea Noe
abluit in terris quicquid deliquit in undis.
Heliam quadrigis in cœlum euectum.
Plenus at ille deo postquam miracula terris
plura dedit, meritis'que suis succedere dignum
hæredem propriæ fecit uirtutis amicum,
aurea flammigeris euectus in astra quadrigis,
quá leuis aerios non exprimit orbita sulcos,
sydereum penetrauit iter, curru'que corusco

dexteriora petens spatio maiore triumphum
duxit, & humani metam non contigit æui.
Quam bene fulminei prælucens semita cœli
conuenit Heliæ, merito qui & nomine fulgens
hac ope dignus erat. Nam si sermonis achiui
Vna per accentum mutetur littera, sol est.

Ezechiæ productam uitam.

Vltima labentis miseratus tempora lucis
ter quinos quondam regi deus addidit annos,
usus iure suo, patefacta' que limina claudens
mortis ab occasu uitani couertit in ortum.

Ionam a Ceto uoratum.

Ionas puppe cadens ceto sorbente uoratus
in pelago non sensit aquas, uitale sepulchrum
ne moreretur habens, tutus' que in uentre ferino
depositus non præda fuit, uastum' que per æquor
uenit ad ignotas inimico remige terras.

Tres pueros in fornace ignis non arsisse.

Cum spirante deo babylonia sacra negarent
tres una cum mente uiri, dirum' que subirent
exitium sæui chaldea lege tyranni,
cuius achemeniam rabies accēderat iram
plus fornace sua, medios truduntur in ignes
nil urente rogo, tanto' que ardore calentes
cordis imagineæ uincunt incendia pœnæ
igne animi. O quanta est credentum gloria, flāmis
ardentis fidei restincta est flāma camini.

Nabuccodonosor in pecudem uersum.

Digna sed immitem mox perculit ultio regem.
Nam quod ab humana uecors pietate recessit,
agrestes pecudum consors fuit ille per herbas.
Aulica depasto mutans conuiuia fœno,
pronus ab amne bibit, septena' que tempora lustrans
omnibus hirsutus siluis & montibus errat.

Danieli mites factos Leones.

Nec minus & Darii furuerunt iussa tyranni,
hebræum' que decus Daniel decernitur insons

ieiunis cibus esse feris, sed bellua iusto
mitis facta uiro sanctos ne læderet artus,
cœpit amare famem. Rabies mollita furorem
deposuit, sæuis que in faucibus ira quieuit.
Et dedicere truces prædam seruare leones.

Peroratio prædictorum miraculorum.

Dic ubi sunt natura tuæ post talia leges?
quis toties tibi iura tulit? qui tartara iussit
translatum nescire uirum? sterilem que marito
fœcundauit anum? sacram precepit ad aram
sponte uenire pecus? muliebres transtulit artus
in simulacra salis? ramos incendia passos
non ardere dedit? uirgultum soluit in anguẽ?
per pelagus siccauit iter? mirabile nymbis
manna pluit? qui saxo latices produxit ab imo?
quadrupedem fari plano sermone coegit?
suspensis rapidas elementis distulit horas?
per uolucrem hominem pasci dedit? atque coruscis
in cœlum transuexit equis? iam morte grauato
adiecit tria lustra uiro? prædonis in ore
naufragio fundauit opem? flagrante camino
seruauit sub rore pios? per pascua regem
pauit ut hirsutam pecudem, rictus que leonum
instimulante fame iussit nescire furorem?
Nempe creatori, cuius quæcunque uidentur,
seu quæcunque latent, & rerum machina sermo est
omne suum famulatur opus, sequitur que iubentis
imperium quacunque trahit sententia nutu.

In Idolatras.

Heu miseri qui fana colunt, qui corde sinistro
relligiosa sibi scalpunt simulacra, suum que
factorem fugiunt, ea quæ fecere, uerentur.
Quis furor est? quæ tanta animos dementia ludit?
ut uolucrẽ, turpem que bouem, tortum'q; draconẽ
semihominem'q; canẽ supplex homo ꝓnius adoret?

In eos, qui solem adorant.

Ast alii solem cæcatis mentibus acti

affirmant rerum esse patrem, quia rite uidetur
clara serenatis infundere lumina terris,
et totum lustrare polum, cum constet ab istis
motibus instabilem rapidis discursibus ignem,
officium, non esse deum, quiq; ordine certo
nunc oritur, nunc occiduas dimissus in oras
partitur cum nocte uices, nec semper ubiq; est,
nec lumen fuit ille manens in origine mundi,
cum geminum sine sole diem nouus orbis haberet.

In eos, qui lunam & alia huiusmodi colũt.

Sic lunæ quoq; uota ferunt, quam crescere cernunt,
ac minui, stellis'q; litant, quæ luce fugantur.
Hic laticem colit, ille larem, sed iungere sacris
non audent inimica suis, ne lite propinqua,
aut rogus exiguas desiccet fortior undas,
aut ualidis tenues moriantur fontibus ignes.
Arboreis alius ponit radicibus aras,
instituit'q; dapes, & ramos flebilis orat,
ut natos, caram'q; domum, dilecta'q; rura
coniugiiq; fidem, famulos census'q; gubernent.
Lignee ligna rogas, surdis clamare uideris,
a mutis responsa petis, quæ iura domorum
hac ratione regunt, si cæsa securibus actis
ardua pendentis sustentent culmina tecti,
aut subiecta focis dapibus famulantur edendis.
Nonnulli uenerantur olus, molles'q; per hortos
numina sicca rigant, ueriq; hac arte uidentur
Trasplantatorum cultores esse deorum.
Plura referre pudet, sancto'q; in carmine longum
uel damnare nefas, ne mollia sentibus uram
lilia, purpurei neu per uiolaria campi
carduus, & spinis surgat paliurus acutis.
Iam satis humanis erroribus addita monstra
risimus, aut tales potius defleuimus actus.
Nunc cœptam iuuat ire uiam: montem'q; per altũ
nitentes firmare gradus. Properemus in urbem
libertatis ope, radians, ubi regia fuluis

emicat aula tholis, ubi dantur digna petenti,
quærenti spes certa manet, claustris'que remotis
peruia pulsanti reserantur limina cordi.
H ic est ille lapis reprobus, quem uertice gestat
angulus, atque oculis præbet miracula nostris,
cuius onus leue est, cuius iuga ferre suaue est.
P er digesta prius ueteris miracula legis
rettulimus, sancti coniunctos spiritus actu,
quæ genitor socia nati uirtute peregit.
Per digesta rudis nec non miracula legis
dicemus, sancti coniuncto spiritus actu,
quæ natus socia patris uirtute peregit.
Semper ut una manens deitatis forma perennis,
quod simplex triplicet, quodque ẽ triplicabile simplet.

Arrium aberrasse a fide catholica.

H æc est uera fides, hanc spreuit habere salutem
A rrius infelix, qui curua per auia rectum
flectere nisus iter, foueam dilapsus in atram
corruit, & tetri mersus petit ima profundi,
tam uacuus sensu, iustæ quam tempore pœnæ
uisceribus fusis uacuus quoque uentre remansit
demens, perpetui qui non imitanda parentis
iura caducorum gradibus similauit honorum.
Nanque homines inter, natum genitore minorem
lex carnalis habet, quoniam pater ipse parentis
filius ante fuit, mox & qui filius est nunc,
afforet esse pater. Sic per genus omne nepotum
it noua progenies, & aui numerantur auorum.
A t dominus uerbum, uirtus, sapientia Christus,
et totum commune patris, de lumine lumen,
de solo solus, cui nec minus est patre quicquam,
nec quo crescat habet, genitus non quippe creatus.
I pse est principium. N am sicut clarus habetur
in genitore manens, genitor quoque clarus in ipso
permanet, & rerum caput est deus unus ubique.
N on quia, qui summus pater est, & filius hic est,
sed quia quod summus pater est, & filius hoc est,

Sic ait ipse docens, ego in patre, & pater in me est.
Rursus, ego atq; pater unum sumus, Arrius unum
debet scire, sumus Sabellius esse fatendum.
Iste fidem ternam, ast hic non amplectitur unam.
Ambo errore pares, quanquam diuersa sequantur.
Qualiter assueti uarias producere sectas
impugnant sua dicta uiri, qui brachia nudis
ostendunt exerta humeris nil tradere docti,
sed tantum certare cati, prudentia quorum
stulta iacet, quia uana deo est sapientia mundi.
Hic loquitur nimis, ille tacet, hic ambulat, hic stat,
alter amat fletus, alter crispare cachinnos.
Diuersis'q; modis par est uesania cunctis.
I nterea dum rite uiam sermone leuamus,
spes'q;, fides'q; meum comitantur in ardua gressum,
blandius ad summam tandem peruenimus arcem.
En signo sacrata Crucis uexilla coruscant.
En regis pia castra micant, tuba clamat herilis,
militibus sua porta patet, qui militat, intret.
Ianua uos æterna uocat, quæ ianua Christus
aurea perpetuæ capietis præmia uitæ,
arma quibus domini tota uirtute geruntur.
Et fixum est in fronte decus, decus, armá q; porto,
militiæq; tuæ bone rex pars ultima resto.
Hic propriæ sedis, huius mihi mœnibus urbis
exiguam concede domum, tuus incola sanctis
ut merear habitare locis, albóq; beati
ordinis extremus conscribi in sæcula ciuis.
Grandia posco quidem, sed tu dare grandia nosti,
quem magis offendit, quisquis sperando tepescit.
C hriste faue uotis, qui mundum in morte iacentem
uiuificare uolens quondam terrena petisti,
cœlitus humanam dignatus sumere formam,
sic aliena gerens, ut nec tua linquere posses.
Hoc Matthæus aiens, hominé generaliter implet.
Marcus ut alta fremit uox per deserta leonis.
Iura sacerdotii Lucas tenet ore iuuenci.

More uolans aquilæ uerbo petit astra Ioannes.
Quattuor hi proceres una te uoce canentes
tempora ceu totidem latum sparguntur in orbem.
Sic & apostolici semper duodenus honoris
fulget apex, numero menses imitatus & horas,
omnibus ut rebus totus tibi militet annus.
Hinc igitur ueteris recolens exordia mortis,
ad uitam properabo nouam, lacrymasq́ꝫ ferẽdo,
gaudia longa metam. Nam qui deflemus in Adam
semina mittentes mox exultabimus omnes
portantes nostros Christo ueniente maniplos.

Adam e paradiso eiectum

Expulerat primogenitum sæuissimus anguis
florigera de sede uirum, blandiq́ꝫ saporis
illecebris letum misero portarat amarum.
Nec solus meritam præsumptor senserat iram,
mortali sub lege iacens, sed prorsus ab ipso
humanum simul omne genus. Heu noxia coniunx.
Noxia tu coniunx magis, an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, sed tu quoqꝫ noxia coniunx.
Pro dolor æterni fuerant duo, crescere postquam
cœpit origo, perit, cademq́ꝫ a semine sumpsit.
Quid numerosa dies? quid tempore proderat illo
cernere nongentos ultra feliciter annos?
Progeniemq́ꝫ senum decimam spectare nepotum?
iamq́ꝫ suum nescire genus, cum uicta supremis
cursibus extremæ sors irreparabilis horæ,
sera licet, uentura foret, longumq́ꝫ per æuum
uita breuis nihil esse diu cum fine doleret,
nec reducem spes ferret opem, primiq́ue sepulchrũ
terrigenæ cæca sorberet fauce nepotes.
Ni pius ille sator, culpas ignoscere promptus,
reddere difficilis sua ne factura periret,
quéque deo similis uiuens astabat imago,
dissimilis de morte foret, ueniale misertus
instauraret opus, pomisq́ue uetaret acerbis,
quæ mandere patres, natorũ horrescere dẽtes,

donaret'que suis semper placatus, ut, unde
culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem.
Et ueluti e spinis mollis rosa surgit acutis,
nil quod lædat habẽs, matrem'q; obscurat honore,
sic Euæ de stirpe sacra ueniente Maria,
uirginis antiquæ facinus noua uirgo piaret,
ut, quoniam natura prior uitiata iacebat
sub ditione necis, Christo nascẽte, renasci
posset homo, & ueteris maculam deponere carnis.

Annuntiatio.

Hæc uentura senes postquam dixere prophetæ,
angelus intactæ cecinit properata Mariæ,
Et dictum est comitata fides, uterum'que puellæ
sydereum mox implet onus, rerum'que creator
nascendi sub lege fuit, stupet innuba tensos
uirgo sinus, gaudẽtque suum paritura parentẽ.

Virginis partus.

Iam'que nouem lapsis decimi de limine mensis
fulgebat sacrata dies, cum uirgine fœta
promissum compleuit opus, uerbum caro factum est
in nobis habitare uolens. Tunc maximus infans
intemerata sui conseruans uiscera templi,
illæsum uacuauit iter pro uirgine testis
partus adest, clausa ingrediens, & clausa relinquẽs.
Quæ noua lux mundo? quæ toto gratia cælo?
Quis fuit ille nitor Mariæ cũ Christus ab aluo
processit splẽdore nouo, uelut ipse decoro
sponsus ouans thalamo, forma spetiosus amœna
præ natis hominum, cuius radiante figura,
blandior in labiis diffusa est gratia pulchris.
O facilis pietas, ne nos seruile teneret
peccato dominante iugum, seruilia summus
membra tulit dominus, primi'que ab origine mũdi
omnia qui propriis uestit nascentia donis,
obsitus exiguis habuit uelamina pannis.
Quem'que procellosi non mobilis unda profundi,
terrarum non omne solum, spatiosáque lati

non capit aula poli, puerili in corpore plenus
Mansit, & angusto deus in præsepe quieuit.
Virginem peperisse Christum.
S alue sancta parens enixa Puerpera Regem,
qui cœlum, terram'que tenet per secula, cuius
numen, & æterno complectens omnia gyro
imperium, sine fine manet, quæ uentre beato
gaudia matris habens, cum uirginitatis honore,
nec primam similem uisa es, nec habere sequentē.
Sola sine exemplo placuisti fœmina Christo.
T unc prius ignaris pastoribus ille creator
enituit, quia pastor erat, gregibus'que refulsit
agnus, & angelicus cecinit miracula cœtus.
De tribus Magis & Herode.
T alia bethleis dum signa geruntur in oris,
eoi uenere Magi, sæuum'que tyrrannum
grandia sollicitis perturbant nuncia dictis,
iudaicis nuper populis orientis ab axe
progenitum fulsisse ducem, hoc cœlitus astra,
hoc stellam radiare nouam, ferus arbiter aulæ
æstuat hebrææ ratus hunc succedere posse
mox sibimet, qui primus erat. Tunc fronte serena
nubila mentis alens clam mandat ubiq; requiri
sicut adorandum, quem tractat fraude necandum.
Quid furis Herodes? Christum sermone fateris,
et sensu iugulare cupis? legem'q; legendo
Neglegis? & regi regum tua regna minaris?
Ne tamen insano careant tua numina facto,
patrandum sub honore crucis sed crimine gentis
Herodes alius quod tu molire uidebit.
E rgo alacres summo seruantes lumina cœlo
fixa magi, sydúsq; micans regale secuti
optatam tenuere uiam, quæ lege futura
duxit adorantes sacra ad cunabula gentes.
thesaurísq; simul pro religione solutis
ipsæ etiam ut possent species ostendere Christum.
Aurea nascenti fuderunt munera regi,

Tura dedere deo, myrrham tribuere sepulchro.
Cur tria dona tamen? quoniã spes maxima uitæ est
hunc numerum confessa fides, & tempora summus
cernens cuncta deus præsentia, prisca, futura,
semper adest, semper'ꝗ fuit, semper'ꝗ manebit
in triplici uirtute sui, tunc cœlitus illi
per somnum moniti contemnere iussa tyranni
per loca mutati gradientes deuia callis
in patriam rediere suam. Sic nos quoꝗ sanctam
si cupimus patriam tandem contingere, postquam
uenimus ad Christum, iam nõ repetamus iniquũ.

Innocentum puerorum trucidatio

Ergo ubi delusum se comperit, impius iram
rex aperit, si iure queat rex ille uocari,
qui pietate caret, propriam qui non regit iram,
ereptum'ꝗ gemens facinus sibi ceu leo frendens
cuius ab ore tener subito cum labitur agnus,
in totum mouet arma gregem, mandit'ꝗ, trahit'ꝗ
molle pecus, trepidæꝗ uocant sua pignora fœtæ
nequicquam, & uacuas implent balatibus auras.
Haud secus Herodes Christo stimulatus adempto
sternere collisas paruorum strage cateruas
immerito non cessat atrox. Quo crimine simplex
turba perit? Cur qui uix dum potuere creari
iam meruere mori? Furor est in rege cruento,
non ratio. primos'ꝗ necãs uagitus, & audens
innumerum patrare nefas, puerilia mactat
millia, plangorem'ꝗ dedit tot matribus unum.
Hæc laceros crines nudato uertice rupit,
illa genas secuit, nudum ferit altera pugnis
pectus, & infelix mater nec iam modo mater
orba super gelidum frustra premit ubera natum.
Quis tibi tunc lanio cernenti talia sensus,
quos'ue dabas fremitus, cum uulnera feruere late
prospiceres arce ex summa, uastum'ꝗ uideres
misceri ante oculos tantis plangoribus æquor?
Extinctis tamen quamuis infantibus absens

præsens Christus erat, qui sancta pericula semper
suscipit, & pœnas alieno in corpore sentit.

Christum puerum disputasse cũ senioribus.

Ast ubi bissenos ætatis contigit annos
hoc spatium de carne trahens, æuiq; meatus
humana pro parte tulit, senioribus esse
corde uidebatur senior, legisq; magistros
inter ut emeritus residebat iure magister.

In Iordane Baptizatum Christum.

Nec mora, (quas & enim uolitãs per tempora mũdus
nouit habere moras?) usus maiore iuuenta
sex quasi lustra gerens placidam Iordanis ad undã
uenit, ut acciperet hoc quod dare uenerat ipse.
Hunc Baptista potens ut uidit ab amne Ioannes,
quem matris dum uentre latet, nondumq; creatus
senserat, obstruso iam tunc sermone prophetæ,
ut muto genitore fluens, cui munera linguæ
post noni tacitura diu spiramina mensis
partu redduntur nato. Mox prædicat, Agnus
ecce dei ueniens peccatum tollere mundi.
Tollere cum dicit, quod nõ habet, hoc mihi tollit,
non mala ut ipse gerat, sed ut ipse nocentia perdat.
Qualiter in medias cum lux præclara tenebras
funditur, & proprio non obfuscata sereno
decuit expulsas illæsis uultibus umbras,
sic delicta fugans saluator nostra gerendo
tersit, & a tactu procul euanescere iussit.
Tunc uada torrentum simplex ingressus aquarum
in se cuncta lauat nostræ contagia uitæ,
ipse nihil quod perdat habens, sanctoq; liquentes
corpore mundauit latices, lymphásq; beauit
gurgitis, & propriis sacrauit flumina membris.
Senserunt elementa deum, mare fugit, & ipse
Iordanis refluẽs cursum conuertit in undas.
Nanq; ꝓpheta canẽs quid nã ẽ mare q; fugis ĩquit?
Et tu iordanis retro quid subtrahis amnem?
Ergo ubi fluminei post mystica dona lauacri

egrediens siccas dominus calcauit arenas,
confestim patuere poli, sanctus'que columbæ
spiritus in specie Christum uestiuit honore,
mansuetum'que docet, multum'que incedere mitem
per uolucrem, quæ felle caret, natóque uocato
uoce patris triplici deus ex ratione probatur,
quod pater & natus, quod spiritus est ibi sanctus,
quo manet indignus, qui non numerauerit unum.

Diabolum adiisse Christum, ut eũ tentaret.

Inde quaterdenis iam noctibus atque diebus
ieiunium dapibus sacro spiramine plenum
insidiis tentator adit, doctúsque per artem
fallaces offerre dapes, si filius inquit
cerneris esse dei, dic ut lapis iste repente
in panis uertatur opem, miracula tanquam
hæc eadem non semper agat, qui saxea terræ
uiscera frugiferis animans fœcundat aristis,
et panem de caute creat. Hac ergo repulsus
uoce prius hominem non solo uiuere pane,
sed cuncto sermone dei labefactus & amens.
Altera uipereis instaurans arma uenenis,
cum domino montana petit, cunctas'que per orbem
regnorum mostrauit opes, hæc omnia dicens
me tribuente feres, si me prostratus adores.
Quantum peruersus, tantum est peruersa locutus.
Scilicet ut fragiles regni affectaret honores,
qui populis æterna parat, monstrum'que nefandum
pronus adoraret, cuius super æthera sedes,
terra pedum locus est, quem nullus cernit, & omnis
Laudat in excelsis summissa uoce potestas.
Christus ad hæc tãtum dominũ scriptura, deum'que
iussit adorari, & soli famularier uni.
His quo'que deficiens congressibus audet iniquus
ter sese attollens animo perstare superbo,
ter'que uolutus humo fragili confidere bello.
Tunc assumpsit eum sanctam sceleratus in urbem,
& statuens alti supra fastigia templi,

si natum

si natum genitore deo tete asseris inquit,
impiger e summo demissus labere tecto.
Nam scriptura docet de te mādasse tonantem,
angelicis subuectus eas ut tutior ulnis,
ad lapidem ne forte pedem collidere possis.
O quam cæca gerit nigro sub pectore corda
mens tenebris obscura suis. Hunc ardua templi
culmina & erectæ quamuis fastigia pinnæ
credidit in præceps horrescere, maxima summi
curuauit qui membra poli, cœlos' que per omnes
uectus, in extremæ descendit humillima terræ
inferiora petens, & non excelsa relinqués.
Dixerat, & ualidi confossus cuspide uerbi,
quod tentare suum dominū, deum' que nequiret,
uictoris fugit ora gemés. Tunc hoste repulso
cœlicolæ assistunt proceres, cœtus' que micátes
angelici, & Christo famulantur rite ministri.

Discipulos ex piscatoribus factos.

P rotinus ergo uiros ex piscatoribs aptos
humanas piscari animas quæ lubrica mundi
gaudia sectantes tanquam uaga cœrula ponti,
cæca' que præcipites tranant incerta profundi,
discipulos iubet esse suos, talésque supernæ
conciliat uitæ, quos non uentosa loquendi
gloria, nec uana de nobilitate superbus
sanguis alat, sed fama tacens, humiliq; refulgens
mente nitor cœlo faciat de plebe propinquos.
Nanque stulta potens elegit, & infima mundi
fortia confundens deus & sapientia perdens.

Quid orandum edoctos discipulos.

Quin etiam celerem cupiens conferre salutem
orandi præcepta dedit, iudex' que benignus
indulgenda peti breuiter iubet ut cito præstet
sic dicens. Orate patrem baptismate nostrum,
iure suum, proprium' que homini cōcessit honorē,
& quod solus habet, cunctos permisit habere.

Pater noster qui es in cœlis.

C ui dominum cœli patrem memoramus, in ipso
iam fratres nos esse decet, nec origine carnis
germanum gestare odium, sed pneumatis igne
flagrantes abolere doli monumenta uetusti,
atque nouum gestare hominem, ne forsan ab alto
degenerent terrena deo, cui nos duce Christo
fecit adoptiuos cœlestis gratia natos.

Sanctificetur nomen tuum.

S anctificetur ubi dominus, qui cuncta creando
sanctificat, nisi corde pio, nisi pectore casto?
Vt mereamur eum nos sanctificare colendo,
annuat ipse prior, sicut benedicier idem
se iubet a' nobis, a' quo benedicimur omnes.

A dueniat regnum tuum.

A dueniat regnum iam iam' que scilicet illud
morte uacans, & fine carens, cui nulla per æuum
tempora succedunt, quia nescit tempus habere
continuus sine nocte dies, ubi principe Christo
nobile perpetua caput amplectente corona
uictor opima ferens gaudebit præmia miles.

Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra.

Hoc iugibus uotis, hoc nocte diéque precemur,
illius ut fiat cœlo, terráque uoluntas,
qui nusquam uult esse nefas, hostem' que nocentem
ut cœlo, sic pellat humo, ne corpora nostra
tanquam uile solum sæuus sibi uendicet hydrus.
Sed qui cuncta fouet plena pietate redundans
omnipotens animas pariter conseruet, & artus.
A ltera pars & enim cœli sumus, altera terræ.

Panem nr̄m quotidianum da nobis hodie.

A nnonam fidei speramus pane diurno,
ne mens nostra famem doctrinæ sentiat unquam
a' Christo ieiuna suo, qui corpore & ore
nos saturat simul ipse manens uerbum' q;, cibus' q;.
D ulcia nam domini nostris si faucibus hærent
eloquia, exuperant' que fauos, atque omnia mella.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos
dimittimus debitoribus nostris.

Debita laxari qui nobis cuncta rogamus,
nos quoq; laxemus, proprii nam cautio uerbi
spondentes manifesta tenet, grauius'q; soluti
nectimur, alterius si soluere uincla negamus.
Incipiet'q; pius decies millena talenta
dimittens dominus, si nos affligere propter
denarios centum conseruum senserit ullum,
tradere confestim tortoribus, in'q; feroci
carcere constricti non permittemur abire,
donec cũcta breuem reddamus adusq; quadrãtem.

Et ne nos inducas in tentationem.

Non quia nos dominus lucis uia, semita pacis
in laqueos tentantis agat, sed cum mala nostra
deserit, ire sinit. Nam quisquis retia mundi
delitiosa sequens, luxus, & gaudia blandæ
perditionis amat, deus hunc uirtutis amator
linquit, & ingreditur qua se tentatio ducit.
Ab hac ergo pedem retro faciamus, & arctum
corde petamus iter, tenuis qua semita monstrat
ire per angustam regna ad cœlestia portam.

Sed libera nos a malo.

Si cupimus uitare malum, debemus adire,
sectari'q; bonum. hic quia liberat, ille trucidat,
hic alit, ille necat. Nam quantum sydera terris,
ignis aquis, lumen tenebris, concordia bellis,
uita sepulturis, tantum bona longius absunt
dissociata malis. Dextrum unusquisque necesse est,
aut leuum gradiatur iter. Sed dextra bonorum
semita conspicuos uocat in sua gaudia iustos,
in'q; tuos Patriarcha sinus. At leua malorum
exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.
Ergo agnis, ouibus'q; dei est hæc sola uoluntas,
et bona libertas, euadere torua cruenti
ora lupi, uita'q; frui par pascua Christi.

SEDVLII
C.S.P. MIRABILIVM DIVINORVM LIBER SECVNDVS.

A quam in uinum conuersam.

P Rima suæ dominus thalamis dignatus adesse,
uirtutis documenta dedit, conuiuaq́ præsens
pascere, non pasci ueniens (mirabile) fusas
in uinum conuertit aquas. Amnittere gaudent
pallorem latices. Mutauit læta saporem
unda suum largita merum, mensasq́ per omnes
dulcia non nato rubuerunt pocula musto.
impleuit sex ergo lacus hoc nectare Christus,
quippe ferax qui uitis erat, uirtute colenda
omnia fructificans, cuius sub tegmine blando
mitis in occiduas enutrit pampinus uuas.

Reguli filium a febre liberatum.

P ost Regulus nato quidam moriente rogabat
flebilis & supplex dominum, quo uiseret ægrum
febre laborantem puerum, trepidamq́ uetaret
labi animam de sede sua. Tunc larga potestas
credenti quæ nulla negat, nec dona retardat,
uelocem comitata fidem, sermone salutem
concedens facili, uiuit iam filius inquit
perge tuus. Quantum imperii fert iussio Christi.
Non dixit uicturus erit, sed iam quia uiuit,
more dei, qui cuncta prius, quam nata uidendo
præteritum cernit quicquid uult esse futurum.
Inde salutiferis incedens gressibus urbes,
oppida, rura, casas, uicos, castella peragrans
omnia depulsis sanabat corpora morbis.

Leprosum curatum.

E cce autem medio clamans ex agmine turbæ,
leprosus poscebat opem, uariosq́ per artus

plus candore miser si uis domine inquit ab istis
me maculis mūdare potes. uolo Christus ut inquit,
confestim redit una cutis, propriòque decore
læta peregrinam mutarunt membra figuram,
in'que suo magis est uix cognitus ille colore.

Socrum Petri a' febre liberatam.

More Petri ualidæ torrebat lampadis æstu
febris anhela socrum, dubiòque in funere pendens
saucia sub gelidis ardebat uita periclis,
immensus'que calor frigus letale coquebat.
At postquam fessos Domini manus attigit artus,
ignens ardor abit, totis'que extincta medullis
fonte latentis aquæ cecidit uiolentia flammæ.

Fugatos Dæmones.

Quin etiam rabidas nigrorum depulit iras
spirituum, ne flatus atrox laceraret iniqua
peste homines, operis'que Dei uexaret honorem,
quem norat non esse deum, passim'que cateruas
ut pius innumeras pulso langore saluti
reddidit, & uaria populos a clade leuauit.

Turbatum mare deinde pacatum.

Inde marina petens arentes gressibus algas
pressit, & exiguæ conscendens robora cymbæ,
æquoreas intrauit aquas, dominum'que sequentes
discipuli placido librabant Carbasa ponto.
Iam procul a' terris fuerat ratis, acta'que flabris
sulcabat medium puppis secura profundum.
Cum subito fera surgit hyems, pelagus'q; procellis
uertitur, & trepidam quatiunt uada salsa carinam.
Perculerat formido animos, sese'que putabant
naufraga littoreis iam tendere brachia saxis.
Ipse autem placidum carpebat pectore somnum
maiestate uigil, quia non dormitat in æuum
qui regit Israel, neque prorsus dormiet unquam.
Ergo ubi pulsa quies, cunctis clamantibus una
uoce simul, miserere, citus miserere, perimus.
Auxilio succurre pio. Nil uota moratus

exurgens dominus, ualidis mitescere uentis
imperat, & dicto citius tumida æquora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti,
in dominum tumidas quæ surgere cogeret undas,
nec metuenda truces agitabant flamina uires,
sed lætum exiliens Christo mare compulit imum
Obsequio feruere fretum, rapidóque uolatu,
mouerunt auidas uentorum gaudia pennas.

Viros a' Dæmonibus liberatos.

Interea placido transuectus marmore puppim
liquerat, & medios lustrabat passibus agros,
cum procul e' tumulis gemino stridore ruentes
prosiliere uiri, quos non mala dæmone pauco,
sed legio uexabat atrox, nexúque cruento,
sæua cathenatis gestabant uincla lacertis,
angebat quoque pœna duplex. Heu dira furoris
conditio, qui uim patitur, magis ille ligatur.
Tunc domini præcepta tremens exire iubentis
spiritus infelix hominem non audet adire,
effigiem repetens quam Christum cernit habere.
Sed pecus immunda gaudens lue, semper amicum
sordibus, atque olido consuetum uiuere cœno
pro meritis petiere suis, tristes'que phalanges
porcinum tenuere gregem. Niger, hispidus horrēs,
talem quippe domum dignus fuit hospes habere.

Paralyticum liberatum.

Hinc alias dominus pelago delatus in oras
intrauit natale solum, quo corpore nasci
se uoluit, patriam'que sibi pater ipse dicauit.
Ecce aderant uiuum portantes, iam'que cadauer
bis bina ceruice uiri, lecto'que cubantem
uix hominem, cui uita manens sine corporis usu
mortis imago fuit, resoluta'q; membra iacebant
officiis deserta suis, fluxos'que per artus
languida demissis pendebant uincula neruis.
Hunc ubi uirtutum dominus conspexit egentem,
robore peccatis primum confirmat ademptis,

quæ generant augmenta malis, miseró qꝫ iacenti
surge ait, & proprium scapulis attolle grabatum,
in' qꝫ tuam descende domum. Nil iussa moratus
cui fuerat concessa salus, uestigia linquens
tandem aliena, suis lætatur uadere plantis,
uectorem' qꝫ suum grata mercede reuexit.

Filiã Archisynagogi ad uitam reuocatam.

P rincipis interea synagogæ filia clauso
functa die, superas moriens ammiserat auras.
At genitor cui finis edax spem prolis adultæ
sustulerat, sanctos domini lacrymans' qꝫ gemens' qꝫ
corruit ante pedes, uix uerba precantia fari
singultu quatiente ualens, miserere parentis
orbati miserere senis, modo filia dicens
unica uirgineis, nec adhuc matura sub annis
occidit, & misero'mihi patris nomen ademit.
Affer opem, lapsam' qꝫ animã per membra refunde,
qui totum præstare potes. Hæc inquit, & auctor
lucis ad extinctæ pergebat funera, gressum
uix populo stipante mouens, permista' qꝫ turbis
ibat inundantem mulier perpessa cruorem,
quæ magnas tenuarat opes, ut sanior esset,
exhausta' qꝫ domo, nec proficiente medela
perdiderat proprium pariter cũ sanguine censum.
Ast ubi credentis iam sano in pectore cœpit
diues adesse fides, mediis immersa cateruis
nititur auersi uel filum tangere Christi,
posterius' qꝫ latens subitam furata salutem
extrema de ueste rapit, siccis' qꝫ fluentis
damnauit patulas audax fiducia uenas.
Senserat ista deus, cuius de fonte cucurrit
quod uirtus secreta dedit, furtum' qꝫ fidele
laudat, & egregiæ tribuit sua uota rapinæ.
uentum erat ad mœsti lugentia culmina tecti
deflentem' qꝫ domum, moriens ubi uirgo iacebat
extremum sortita diem, trepidus' qꝫ tumultus
omnia lamentis ululans implebat amaris,

funereos'q; modos cantu lacrymante gemebant
tibicines, plangor'q; frequens confuderat ædes.
Ponite sollicita conceptos mente dolores
hic sopor est Saluator ait, nec funus adesse
credite, nec somno positam lugete puellam.
Dixerat, & gelida constrictum morte cadauer
spiritus igne fouet, uerbóq; immobile corpus
suscitat, atq; semel genitam bis uiuere præstat.
Obstupuere animis, inopina'q; uota parentes
aspiciunt, uersis'q; modis per gaudia plangunt.

Duos Cæcos liberatos.

Inde pedem referens geminos uidet ecce sequentes
cæcatos clamare uiros, fili inclyte Dauid
decute nocturnas extinctis uultibus umbras,
et clarum largire diem. Quam credere tutum,
quam sanũ est cognosse deũ. Iam corde uidebant,
qui lucis sensere uiam. Tunc cæca precantum
lumina diffuso ceu torpens ignis oliuo
sub domini micuere manu, tactu'q; sereno
instaurata suis radiarunt ora lucernis.

Surdo & muto & auditum & uocẽ redditã.

His ita dimissis alius producitur æger
multiplici langore miser, qui uoce relictus,
auditu uacuus, solo per inania membra
dæmone plenus erat. Hunc protinus ordine sacro
curauit uersis deus in contraria causis,
dæmonio uacuans, auditu & uoce reformans.

Verba Christi ad apostolos.

Nec minus interea proprios iubet omnia posse
discipulos, totis'q; simul uirtutibus implens
ite ait, & tristes morborum excludite pestes.
Sed domus israel, quia nec dum nomine gentes
auxerat hoc omnes. cœlorum dicite regnum,
dæmoniis auferte locum, depellite lepram,
functa'q; subductæ reuocate cadauera uitæ.
Sumpsistis gratis, cunctis impendite gratis.
Ac uelut hoc dicens, egõ uobis quippe ministris

seruandos committo greges. Ego deniq; pastor
sum bonus, & proprios ad uictum largior agros.
Nemo meis ouibus quæ sunt mea pascua uendat.
Hæc in apostolicas ideo prius edidit aures
omnipotens, ut ab his iam sese authore magistris
in reliquum doctrina fluens decurreret æuum.
Qualiter ex uno paradisi fonte leguntur
quattuor ingentes procedere cursibus amnes,
ex quibus in totum sparguntur flumina mundum.

Dextram torpore liberatam.

Ex in conspicuam synagogæ ingressus in aulam
aspicit inualidum demisso corpore mancum
seminecem membris non totum uiuere, cuius
arida torpentem damnarat dextera partem,
imperio' q; medens gelidam recalescere palmam,
præcipit, & reduci diuino more saluti
sicut semper agit nil tollit, & omnia reddit.

Mutus & cæcus factus a' dæmone, liberatur

Ecce iterum ueteres instaurans lubricus artes
ille chelydrus adest, nigri qui felle ueneni
liuidus humano gaudet pinguescere tabo.
Quo' dq; per alternos toties dispersérat ægros
uirus, in unius progressus uiscera fudit.
Cui uocem lumen' q; tulit, triplici' q; furore
saucia membra tenens mutum quatiebat, & orbum.
Tunc dominus mundi lux, nostra & sermo parētis
sordibus exclusis oculos atq; ora nouauit,
uerba' q; per uerbum, per lumen lumina surgunt.

Mulier uetusto morbo contracta, liberatur.

Venerat & mulier morbo contracta uetusto,
non senio, tremebunda, gemens, incurua, caducis
uultibus, & solam despectans cernua terram.
Quæ domino miserante iuges post octo, decem' q;
membra leuat messes, cœlum' q; ac sydera tandem
cernit & ardentem solis reminiscitur orbem,
totū erecta uidēs, quia quos malus opprimit hostis
ima petunt, quos Christus alit sine labe resurgunt.

Ingentem multitudinem quinq; panibus satiatã.

Cum'q; dehinc populum sese in deserta secutum
ut typicus Moses, uerus'q; propheta uideret
antiquam sentire famen, maioribus actis
antiquam monstrauit opem. Tunc alite multo
carnis opima dedit, geminis modo piscibus auxit,
Sufficiens tunc manna pluit, modo panibus amplũ
Quinq; dedit uictum per millia quinq; uirorum.
Cætera turba latet, numero nec clauditur ullo
maxima paruorum legio, uel maxima matrum.
Quo'q; magis stupeas cophinos ablata replerunt
fragmina bissenos, populis'q; uorantibus aucta
quæ redit à cunctis non est data copia mensis.

Cum Christus noctu ambulauit super aquas.

Iam'q; senescentem gelidi sub cerula ponti
oceano rapiente diem, cum pallor adesset
noctis, & astriferas induceret hesperus umbras,
discipuli solo terris residente magistro,
undosum petiere salum, fluctu'q; tumente
torua laborantem iactabant æquora puppim.
Aduersus nam flatus erat. Tunc noctis opacæ
tempore calcatas dominus super ambulat undas,
et uasti premit arua freti, glauci'q; fluentis
circunfusa sacras lambebant marmora plantas.
Miratur stupefacta cohors sub calle pedestri
nauigeras patuisse uias. At Petrus amicam
doctus habere fidem, Christumq; agnoscere semper
in medias descendit aquas, quem dextra leuauit
labentem domini nil tanto in gurgite passum,
cui portus fuit illa manus, pelagi'q; uiator
libera per uitreos mouit uestigia campos.

De miraculis factis in terra Genesar.

Genesar inde solum domino ueniente, coloni
infirmos traxere suos, ut fimbria saltem
uix attacta dei morbis mederetur acerbis.
Et quotquot tetigere, iugem sensere salutem.
Quam pretiosa fuit, quæ nunquam uendita uestis,

ipsa omnes modici redimebat munere fili.

Cananeæ filiam a uexante spiritu liberatã.

Hinc tyrias partes, sydoniáque arua petentem
anxia pro natæ uitio, quam spiritus atrox
uexabat stimulis mulier cananea rogabat,
se canibus confessa parem, qui more sagaci
semper odorate recubant ad limina mensæ,
assueti refluas dominorum lambere micas.
Vox humilis sed celsa fides, quæ sospite nata
de cane fecit ouem, gentis'que in sentibus ortam
compulit hebræi de gramine uescier agri.

Millia ægrotorum a' morbis liberata.

Alta dehinc subiens montis iuga plebe sequente
millia cæcorum, claudorum millia passim
leprosos'que simul populos, surdas'que cateruas,
inualidas'que manus, & quicquid debile uulgi
uenerat, in priscum componit motibus usum,
& reuocata suis attemperat organa neruis.

Septem panibus pasta multa millia hominũ.

Cum'que medens ægrum refouet uirtute tumultum
tertia lux aderat, sterili'que in cespite nullum
contigerat plebs tanta cibum, nimios'que labores
nutribat geminanda fames, si saucia callem
turba per ingentem dapibus ieiuna rediret.
Qua flexus pietate deus qui semper egentum
panis adest uictum'que locis sine frugibus infert
pisciculis paucis, & septem panibus agmen
pauit enorme uirum, præter'que infirma secundi
sexus ætatis saturauit quattuor illic
millia uescentum plus ut mireris & auctas
disce fuisse dapes, epulas nutriuit edendo
uulgus, & attritæ creuerunt morsibus escæ,
relliquias'que suas sportarum culmina septem
expauit fugitiua fames, ubi fragmine sumpto
uidit abundantem modico de semine messem.

Transfiguratio domini in monte.

Nec tamen humano quamuis in corpore Christum

matris ab occasu mortalia membra gerentem
clam fuit esse deum, quia non absconditur unquam
urbs in monte sedens, modio nec subditur ardens
lychnus, anhelantem, sed spargens altius ignem
cunctis lumen agit. Radians nam testibus amplo
discipulis fulgore tribus uelut igneus ardor
solis in ætheream uersus splendore figuram
uicerat ore diem, uestem' que tuentibus ipsam
candida forma niuis domini de tegmine fulsit.
O meritum sublime trium, quibus illa uidere
contigit in mundo, quæ non sunt credita mundo.
Qui quod & Heliam & clarum Mosen
ignotos oculis uiderunt lumine cordis,
ut maior sit nostra fides hunc esse per orbem
principium ac finem, hunc alpha' uiderier hunc ω,
quem medium tales circunfulsere prophetæ
alter adhuc uiuens, alter stans limite uitæ,
Sydereóque sono, meus est hic filius aiens,
ostendit uerbo genitum uox patria Christum.

Fugatum Dæmonem e' corpore Pueri.

Postquam corporeos uirtus regressa per artus
texit adoratam carnis uelamine formam,
atque palàm dominus populis dedit, ecce repente
uir humilis mœsto deiectus lumina uultu
procedit, supplex' que manus, & brachia tendit.
Implorat' que gemens, unus mihi filius unus
est domine horrenda lacerat quem spiritus ira,
nec linquit nisi mergat aquis, aut ignibus atris
opprimat, atque animam dubia sub morte fatiget.
Hunc precor expulso miseratus utrunque furore
redde mihi uel redde sibi, ne cæca potestas
expellat trepidam sub tracto lumine uitam.
Dixerat, & genua amplectens, genibus' que uolutās
hærebat, dominus' que pio iam pectore uotis
annuerat. Tunc prædo furens ac noxius hostis
cui possessa diu est alieni fabrica iuris
peruasa migrare domo compulsus, in iram

tollitur accensam, correptáq; carpere membra
nititur, & frustra domino prohibente laborans,
fugit in obscuras puero uiuente tenebras.

Non dedignatū Christū soluere tributū Cæsari.

Rex etiam solus regum & dominus dominantum
non dedignatus Petro piscante tributum
soluere cæsareum, medii de gurgite ponti
hamum ferre iubet gerulum didragmatis auri.
Incola mox pelagi pendentia fila momordit
iussa tributa ferens, grauiorq; onerante metallo
uilis honor piscis pretio maiore, pependit.

Interrogatū dominū qs maior ī regno cœlorū.

Discipulisq; suis se percuntantibus aulæ
cœlestis regni quis possit maior haberi,
ut deus & doctor mirabilis, omnibus inquit
celsior est humilis, cunctisq; potentior ibit,
qui cunctis subiectus erit, seseq; minorem
demissa ceruice gerit, uelut iste uidetur
paruulus, & monstrat puerum consistere paruum.
Scilicet ingenium teneri sectemur, ut æui
non amnis, sed mente iubet, quia mollior ætas
nil pompæ mortalis amat, non ambit honorem,
nec resupina tumet, sic puræ semita uitæ
quantum prona solo, tantum fit proxima cœlo.
Mens & enim uergens altum petit, altaq; uergit
inferiorq; gradus, quo uult descendere surgit.
Ecce humilem dominus de stercore tollit egenum,
et facit egregios inter residere tyrannos.
At contra tumidum pugnaci mente rebellem
præcipitem cœlo sub tartara iussit abire.
Pauca loquar si facta dei per singula curram,
et speciale bonum, cum sit generale reuoluam.

C.S.P. MIRABILIVM DIVINORVM LIBER TERTIVS.

Multitudinem languentium liberatã.

i Am placidas Iordanis item ingres-
sus arenas
iudææ sectatus iter, sine nomine mi-
stum
uulgus, & innumeras releuans a' cla-
de cateruas
suscipit infirmos, & dat discedere sanos.
Nil igitur summo de se sperantibus unquam
difficile est conferre deo, cui prona facultas
ardua planare, & curua in directa referre.
Nam quicquid natura negat, se iudice præstat.
Nanq; foramen acus sicut penetrare camelus
membrorum præ mole nequit, sic diues opima
fertilitate tumens tenuem non posset adire
cœlestis regni ducentem ad limina callem.
Ni genitor rerum qui mundum lege coercet,
et nulla sub lege manet, cui condere uelle est,
quem frons nulla uidet, sed totum conspicit ipse,
hoc impossibile est homini dixisset, at alto
possibile est ius omne deo, multis'q; molestum
diuitibus tandem faceret mitescere censum.
Nam proprias bene tractat opes, cœlóq; recondi
thesauros uult ille suos, ubi quicquid habetur
non mordax erugo uorat, nec tinea sulcat,
nec male defossum famulatur furibus aurum.
Ieiunis qui ferre cibum, sitientibus haustum,
hospitibus tectum, nudis largitur amictum,
solatur nexos in carcere, perfouet ægros,
atq; aliis largus sibi tantum constat egenus.
Nec dubie in cœlum substantia peruenit illa,
quæ Christo collata datur sub paupere forma,
quæ damnis augmenta capit, quæ spargitur ut sit,
quæ perit ut maneat, quæ uitam mortua præstat.

Duos cæcos illuminatos.

P ræterea geminos dominus considere cæcos
dum quoddam transiret iter comitante caterua,
conspicit extinctæ poscentes munera formæ,
flebilibus'que uagas implentes uocibus auras,
nec cunctata solens pietas inferre salutem
quæ sentit flagrare fidem, mox lumina tangens
euigilare iubet, quæ somnus presserat ingens.
Atque diu clausas reserans sub fronte fenestras
ingrediente die fecit discedere noctem.

Cæcos & claudos sanatos & ficum
confestim exiccatam.

Hinc repetita sacri gradiens per mœnia templi
lumina cæcatis dedit, & uestigia claudis.
Talia dauidicam post facta reliquerat urbem
Bethaniæ uicina petens, eadem'que reuersus
clarescente die properabat uisere tecta.
Ecce autem mediis adstans sublimis in aruis
frondea ficus erat, cuius in robore nullum
repperit exuriens lustrato stipite pomum.
Arboreis'que comis iam nunc ex germine uestro
nullus ait fructus reliquum generetur in æuum.
Confestim uiduata suis ficulnea succis,
aruit, & siccis permansit mortua ramis.
Omnis enim quicunque deo nil fertile nutrit,
ceu sterilis truncus lignis æquabitur ustis.
At iustus palmæ similis florebit amœnæ,
semper habens frondes, & tanquam libana cedrus,
multiplicandus adest, & uertice sydera tangit.

Muto redditam uocem.

P ost oblatus ei uirtutem sensit herilem
insanus sermone carens, quem faucibus arctis
angebat uis clausa mali, uitium'que tacendo
prodiderat, sed cuncta solens infirma leuare
conditor obsessa pepulit de fauce latronem,
& uoci patefecit iter, nexu'que soluto
muta diu tacitas effudit lingua loquelas.

Mariæ Magdalene conuersio.

P ost dominus pharisea petens conuiuia cœnæ
orantis dapibus sese impertiuit amici.
Tunc mulier quam fama nocens, & plurima uitæ
mordebant delicta suæ clementia supplex
corruit amplectens uestigia, quæque profusis
irrigat incumbens lacrymis, & crine soluto
nec tergere sacras, nec cessat lambere plantas,
unguento fragrante fouens, sententia donec
læta dei quem ferre manum non pœnitet unquam,
si nos pœniteat ueterem quæsisse ruinam,
uade, fides mulier tua te saluauit ab omni,
dixisset quodcunque malo gessisse uideris.
Vtere pace mea. Magna est medicina fateri
quod nocet abscondi. Quoniam sua uulnera nutrit,
qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.
En polluta diu, modicum purgata recessit
per gemitum, propriique lauans se gurgite fletus,
munda suis lacrymis redit, & detersa capillis.

Fugatum Diabolum ab humano corpore.

I am'que capharnææ synagogam intrauerat urbis
rite docens populos, quem cum uidisset iniquus
humano sub corde latens, clamore proteruo
spiritus infremuit. Quid nobis & tibi dicens,
perdere nos heu Christe uenis. scio denique qui sis,
et sanctum cognosco dei. Nec plura locutus
imperio terrente tacet, hominem'que reliquit
pulsus, & in uacuas fugiens euanuit auras.
S ic etiam uariis finem langoribus esse
fecit, & exclusos semper reticere coegit
dæmonas, ac tali prohibet se pandere testi.
Olim quippe ferox, & nigræ mortis amator
ille nocens anguis deiectus culmine cœli,
cum pompis, sociis'que suis, omni'que nefandæ
agmine militiæ, Christum quem nouerat illic,
conspicit in terris uelamine carnis opertum,
& gemit esse homini dominum uirtutis amicum.

Mutum

Mutum & surdum curatum.

Cum'que Tyri transgressus iter sydonia rursus
arua legens, placidas dominus calcaret arenas,
curauit gemino miserum spiramine clausum,
qui uocem non ore dabat, non aure trahebat,
sydereæ'que manus ruptis penetralibus, omnes
a' tactu patuere fores, letus'que repente
audiri'que loquens, meruit'que audire loquentes.

Cæcum illuminatum.

Tu qnoque uirtutis sensisti munus herilis
procumbens oculis, cuius in lumine Christus
expuit, & speciem simulatæ mortis ademit.

Piscium magna captura iussu domini.

Hinc maiora docens populos cœlestia, uerum
se reserat sermone deum, turbásque frequentes,
quæ nimis irruerant cupiens uitare parumper
stagna petit, parua'que sedens in Simonis alno,
littore sistentem firmabat ab æquore plebem,
& dictis iam finis erat. Tunc altius actam
in pelagus iubet ire ratem, uasto'que profundo
retia dimitti piscantia, quæ nihil omnem
claudere per noctem uacuo potuere labore.
Simo paret ouans, & aquosis gentibus instans,
linea claustra iacit. Tantum'que immanis apertos
impleuit captura sinus, ut præda redundans
turbaret geminas cumulato pisce carinas.
Nam socia istic puppis erat. Sic maxima sæpe
gaudia non ferimus, propensa'que uota timemus.
Quódq; deo facile est, homines optare nec audent.

Filium unicum uiduæ reuocatum ad uitam.

Talibus insignis uirtutibus ibat in urbem
quæ sit dicta Naim, populo uallatus opimo
& grege discipulum, miserum cum comminus ecce
conspicit efferri iuuenem, gelidum'que cadauer
pluribus exequiis, & inani funere passum
triste ministerium, cuius sors inuida matrem
iandudum uiduam gemina uiduauerat urna.

nec remorata diu pietas inimica doloris
auxilium uitale tulit, tacto'que pheretro,
surge ait o' iuuenis, parens'que in tempore dicto
mortuus assurgit, residens'que, loquens'que reuixit,
atque comes genitricis abit. Nam funere torpens
& licet ammissæ passus discrimina uitæ
non poterat famulus domino clamante tacere,
nec uita præsente mori. Mox agmine uerso
deponens trepidum recidiuo tramite luctum,
candida felicem reuocauit pōpa parentem.

Magdalenam a' septē dæmonibus liberatā.

Nec tibi parua salus domino medicante Maria
multiplici læsum curauit uulnere sensum,
quam fera septenis rabies inuaserat armis
dæmonico cuneata globo, sed squameus anguis
imperiosa sacri fugiens miracula uerbi,
corde tuo depulsus abit, uolucres'que per auras
in chaos infernæ lapsus penetrale gehennæ,
septem ingens gyros septena uolumina traxit.

Potestatem summam disciuplis a' dn̄o datā.

Ne'ue redūdantem cumulato germine messem
exiguis dominus sineret languere colonis,
discipulos'que alios, quorum mens conscia recti,
pura'que simplicitas, numero, merito'que refulgens
aurea libra fuit, uelut agnos præcipit inter
sanguineos properare lupos, assumite dicens
iura potestatis, nullum metuatis ut hostem,
uipereas'que minas, & scorpionum inimica uenena
omnia uirtutis sensu calcate fideli.
Nulla meis famulis feritas aduersa nocebit.
Nec tantum hoc gaudete uiri, quod spiritus ater,
subiaceat uobis, quantum quod nomina uestra
scripsit in æterno cœlestis littera libro,
ius est quippe dei, uitam præponere factis.
Nam merito cessante bono, miracula nil sunt,
quæ faciunt plerunque mali, quibus arbiter orbis
nescio uos dicturus erit, discedite cuncti

artifices scelerum, rebus qui semper iniquis
diuinum simulastis opus. Sic tempore Mosæ
carminibus quidam uanis Memphitis in oris
signa dabant, non sponte dei, sed imagine falsa
uisibus humanis magicas tribuere figuras.

Hydropisin curatam.

Post pharisæorum cuiusdam principis intrat
clarificare domum, non escam sumere tantum,
ad quam tunc facili conuenerat ipse precatu.
Hic homo perspicuo distentus uentre tumebat
plenus aquæ, grauidam'q; cutem suspenderat aluus
inclusam paritura necem. Iam membra fluebant
accrescente sinu, miseros'q; infusa per artus
turgida perflatum macies tenuauerat ægrum.
In'q; uteri spacium totus conuenerat hydrops.
Non tulit hanc speciem mundi pater, & sua transit
sabbata non curans hominem curare paratus,
quem uoluit magis esse suum. Nā sabbata propter
cōdita sunt hominē, sed non homo sabbata ꝓpter.
Tunc pius humentem siccata corporis unda
iussit abire luem fluidus mox uiscera morbus
deserit, & uacuæ resident in pectore fibræ,
carnalem'q; lacum pestis lymphata reliquit.

Leprosos decem mundatos.

Cœperat interea dominus Galilea per arua
transgrediens sancto quoddam pede tāgere castrū.
Hunc procul ut uidere decem maculosa gerentes
leprosi, portenta uiri, quos corpore fœdo
discolor obscœnis turbabat pœna figuris,
Præceptor miserere (potes nanq; omnia) Iesu
clamantes dixere simul, tunc flexa potestas,
quæ nunquam pietate uacat, clementior infit
ite, sacerdotum conspectibus ora referte.

Vix unum leprosum ex decē fuisse gratum.

Cum'q; uiam peterent, subito mundata uicissim
mirantur sua membra uiri, uarium'q; tuentes
esse nihil, sese pariter speculantur, & omnes

explorant proprias alterno lumine formas,
ex quibus ut grates agerent pro munere tanto
uix unus reduci conuersus tramite pronus
sternitur ad terram, dominum uirtutis adorans,
atq; sacerdoti uero sua protulit ora.
Deniq; pontificum princeps, summus'q; sacerdos
quis nisi Christus adest? gemini libaminis auctor
ordine Melchisedech: cui dantur munera semper,
quæ sua sunt, segetis fructus, & gaudia uitis.

Cæcum curatum.

C um residens cæcus Timæi filius illud
prope iter, dominum per quod cognouerat ire,
uociferans crebro lumen clamore petisset,
Nec populo prohibente tacens, accedere iussus
ad dominum, palpante manu, uisum'q; recepit,
et nullo docente redit. Quam fortiter instat
importuna fides. Quicquid res dura negarit,
sola frequens uotis oratio præstat honestis.
Vnanimem panem sic ille petebat amicum,
qui foribus clausis per opaca silentia noctis,
obnixe'q; diu, confident'q; neganti
uocibus assiduis, precibus'q; extorsit anhelis.

Christum petiisse aquam a Samaritana.

P ræteriens'q; uiæ dominus loca Samaritanæ
humanam flagrante sitim collegerat æstu,
fons'q; perennis aquæ modicam desiderat undam,
ut biberet qua corpus erat. Tunc accola gentis
stans mulier, paruum puteo quæ traxerat haustum,
cum dare cunctatur perituræ munera lymphæ,
agnoscens propriam numeroso coniuge uitam,
orat inexhausti tribui sibi dona fluenti
æternam positura sitim, qua nemo carere
dignus erit, domini nisi mersus gurgite Christi
percipiat placidas animæ, non corporis undas.

Mulierem mœcham cur non lapidatam.

C um'q; sui residens media testudine templi
ore tonans patrio, directi ad peruia callis

errantem populum monitis conuertit amicis.
Ecce trahebatur magna stipante caterua
turpis adulterii mulier lapidanda reatu,
quam pharisea manus placido sub iudice sistens
cum damnare parat, plus liberat, omnibus illis.
Nam simul e' turbis proprio sine crimine nullus
accusator erat, saxum qui missile primus
sumeret, obscenæ feriens contagia mœchæ.
Nec poterat quisquam festucam uellere paruam
ex oculo alterius, proprio qui lumine grandem
sciret inesse trabem. Profugus sic ille recessit
impetus, & clemens donat sententia culpam
iam non peccandi sub conditione solutam.
Nam uomitum quicunque suum canis ore relābit,
nec ueterem studet hic ueniam, nec habere futuram,
huius damna tenens, huius compendia perdens.

Cæcum natum a' domino liberatum.

Inde means genitum cernit considere cæcum,
qui male prægnantis dilapsus uentre parentis
in lucem sine luce ruit. Tunc sanguinis ille
conditor humani, mundi' que orientis origo
imperfecta diu proprii non passus haberi
membra operis natale lutum per claustra genarum
illiniens hominem ueteri de semine supplet.
nec uisum tamen ante capit, quam uoce iubentis
accepta domini Siloam uenisset ad undam,
& consanguinei fotus medicamine limi,
pura oculos fouisset aqua. Mox ergo gemellæ
uultibus effulgent acies, tandem' que merentur
ignotum spectare diem. Cognoscite cuncti
mystica quid doceant animos miracula nostros.
Cæca sumus proles, miseræ de fœtibus Euæ
portantes longo natas errore tenebras,
sed dignante deo mortalem sumere formam
tegminis humani, facta est ex uirgine nobis
terra salutaris, quæ fontibus abluta sacris
clara renascentis reserat spiramina lucis.

Lazarum ad uitã post quartũ diem reuocatũ.

B ethaniæ'que solum repetens intrarat, ibi'que
Lazarus occidua tumulatus sorte iacebat
iam quarto sine luce die, clausus'que sepulchri
marmore, corruptum tabo exhalabat odorem.
Flebant germanæ, flebat populatio præsens,
flebat & omnipotens, sed corpore, non deitate,
exanimes'que artus illa pro parte dolebat,
qua moriturus erat, lacrymis implebat amicum,
maiestate deum. Quid credere Martha moraris?
quid'ue Maria gemis? Christum dubitatis an unũ
possit ab infernis hominem reuocare cauernis,
qui dabit innumeras post funera surgere turmas?
Ergo ubi clamantis Domini sonuit tuba dicens,
Lazare perge foras, magno concussa pauore
tartara dissiliunt, herebi patuere recessus,
extremuit letale chaos, mortis'que profundæ
lex perit, atque anima proprias repetente medullas,
cernitur ante oculos uiuens astare cadauer
post'que sepulchralem tanquam recreatus honorẽ,
ipse sibi moriens & posthumus extat & hæres.

Christum asino uectum.

V t'que caduca uagi contemnens culmina secli
monstraret se rite deum, non curribus altis,
qui põpæ est mortalis honor, rapidis'que quadrigis
puluereum sulcauit iter, nec terga frementis
ardua pressit equi, phaleris qui pictus & ostro
ore cruentatum mandenti concutit aurum.
Sed lento potius gestamine uilis aselli
rectori suffecit honos, leuis ungula cuius,
ut tanto sessore decus mirabile portans,
nobilior sub fasce foret, non illius impar,
qui patulo Christum licet in præsepe iacentem
agnouit tamen esse deum. Plebs omnis adorans
insolito molles subiecit tramite uestes.
Dicite gentiles populi, cui gloria regi
talis in orbe fuit? cui palmis compta uel unquam

frondibus arboreis laudem cœlestibus hymnis
obuia turba dedit domino? nisi cum patre Christo
qui regit æthereum princeps in principe regnum?

C.S.P. MIRABILIVM DIVINORVM LIBER QVARTVS.

Christum à Patre clarificatum.

h As inter uirtutis opes iam proxima pascæ
cœperat esse dies, domini cum gloria uellet
ponere mortalem, uiuam'que resumere carnem,
non aliam, sed rursus eam, quam munere plenam
lucis ab infernis releuans ad sydera uexit,
exclamans'que palam pater ista memet in hora
saluifica, sed in hanc ideo ueni tamen horam,
clarifica dixit nomen tuum, alta'que cœlo
uox resonans uenit per nubila clarificaui,
clarificabo iterum. Quid apertius est patre teste?
cœlo assertore? A c nec sic cognoscere Christum
gens uoluit iudæa deum, pars esse ferebat
hoc tonitrum, pars angelicam crepuisse loquelam.
O' gens cæca oculis, o' gens durissima corde
num tonitrus potuit Christum, seu angelus ullus
authorem generasse suum? qui nomine patris
audito responsa daret? sed ab ore tonantis
natum agnoscentis populus quo crederet astans,
uox emissa suo respondit consona uerbo.

Christum lauisse pedes discipulorum.

A nnua tunc sacræ celebrans per munera cœnæ
pascales ex more dapes, humilem'que ministrum
se faciens, & grata suis exempla relinquens,
assurgit, famulis'que libens famulatur, & omnem
linteolo accinctus tantum inclinauit honorem,

discipulis, ut sponte lauans uestigia cunctis
nec Iudam exciperet, quem proditionis iniquæ
nouerat authorem. Sed nil tibi gloria sæue
traditor illa dabat pedibus consistere mundis,
qui sensu pollutus eras, uelut omne sepulchrum
exteriora gerens albæ uelamina formæ,
sordibus interius, fœdóq; cadauere plenum.

Panem Iudæ dedisse Christum.

Nec dominum latuere doli, sceleris'q; futuri
prodidit authorem, panem cui tradidit ipse,
qui panis tradendus erat, nam corporis, atque
sanguinis ille sui, postquam duo munera sanxit,
atq; cibum, potumq; dedit, quo perpete nunquam
esurient, sitient'q; animæ sine labe fideles.
Protinus in Iudam sedes ubi liuor habebat
spiritus intrauit teterrimus, arma'q; sumens
in dominum seruile dedit consurgere bellum.
pactus grande nefas parua mercede, neq; illi
culpa datur pretio, sed inhærent crimina facto
tantundem sceleris terdena numismata sumens
argenti paruo cæcatus munere gessit.
Quantum cuncta simul terrarum regna, maris'q;
diuitias, omnem'q; uagis cum nubibus æthram
si caperet, gesturus erat. Nec enim bona mundi
sufficerent magni fuso pro sanguine Christi,
qui pater est mundi, qui fecerat hunc quoq; nasci.
Atq; utinam sterili damnatus matre nequisset
natalem sentire diem, nec luminis huius
auxisset placidas flabris uitalibus auras
æterno torpore latens, misero'q; fuisset
sors melior nescire datam, quam perdere uitam,
aut male fusus humo confestim munera lucis
perderet, ut puluis quem uentus proiicit ingens
a facie terræ, rapidis'q; uolatibus actus
spargitur in uacuas nebulis obscurior umbras.
Tu'ne cruente ferox. audax. insane. rebellis.
perfide. crudelis. fallax. uenalis. inique.

traditor immitis. fere proditor. impie latro
præuius horribiles comitaris signifer enses?
sacrilegamq́ue aciem gladiis, sudibusq́ue minacem
cum moueas, ore ora premis? melliq́ue uenenum
inseris, & blanda dominum sub imagine prodis.
Quid socium simulas? & amicum fraude salutas?
Nunquam terribiles aut pax coniurat in enses,
aut truculenta pio lupus oscula porrigit agno.

Iesum traditum reddidisse aurem Malcho.

T raditus ergo uiris operator sanctus iniquis,
consuetam non liquit opem, puerоq́ue reuulsam
ense Petri, ne qua pius a pietate uacaret,
reddidit auriculam. Nec enim uindicta tonanti
conueniens humana fuit, qui millia patrem
angelicas sibimet legiones poscere posset
plus duodena dari, si mallet sumere pœnas
de meritis, quam sponte suas ignoscere plagas.
Tunc parci mucrone iubet, quia uenerat ipse
ponere pro cunctis animam, non tollere cuiquam.

Iesum prædixisse Petro quod se negaturus esset.

I amq́ue Petro clara iandudum uoce fatenti
cum domino se uelle mori, prius aliger inquit
quam gallus cantet, hac me ter nocte negabis,
non reprobando fidem, sed prædicendo timorem.

In domum Caiphæ deductum Iesum.

C ontinuo ad uastas Caiphæ deducitur ædes.
Ille sacerdotum fuerat tunc deniq́ue princeps,
& princeps scelerum. Nanq́ue hoc residēte cathedra
pestifera falsis agitatum testibus ardet
concilium, iam iamq́ue uolant mendacia mille
in dominum uanis hominum conflata labellis.
Et pereunt leuitate sui, uelut ignis oberrans
arentes stipulas, uires cui summa cremandi
materies infirma rapit, uictoq́ue furore
labitur inualidæ deformis gloria flammæ.

Iesum colaphis & palmis cæsum.

P ostquam nulla dolis patuit uia, brachia tolli

armat in insontem sæuus furor. Heu mihi quantis
impedior lacrymis rabidum memorare tumultum
sacrilegas mouisse manus. Non deniq; passim
uel colaphis pulsare caput, uel cædere palmis,
aut spuere in faciem plebs execranda quieuit.
Ille tamen patiens subiecto corpore totum
sustinuit, nostræq; dedit sua membra saluti.
Nanq; per hos colaphos caput est sanabile nostrũ.
hæc sputa per Dominum nostram lauere figuram.
His alapis nobis libertas maxima plausit,

Petrum ter negasse Christum.

At senior, cui cuncta potens prædixerat auctor,
quæ uentura forent, quoniam transire nequiuit
infectum, quod Christus ait, se prorsus adesse
ipsius e sociis semel, ac bis, ter q; negauit.
Et gallus cecinit, completa est sanctio Christi.
Et sensus rediere Petri. Memor ille malorum
immemoris damnauit opus, gemitu q; sequente
culpa fugit. Cedunt lacrymis delicta profusis,
et dulcem ueniam fletus generastis amari.

Iesum ductũ ad Pilatũ, & Iudá se suspẽdisse.

Ianq; dies aderat nocturna mœstior umbra
flagitium uisura nouum, tenebris q; remotis
pandebat populis iudææ crimina gentis.
Mox igitur Dominum Pilati ad mœnia duci
nexibus astrictum Judas ut uidit iniquus,
diriguit, sceleris q; sui commercia reddens,
incassum facti pretium non facta reliquit.
Quid nam & enim prodest illic trepidare timorẽ,
nullus ubi timor est? aut quæ confessio tetro
lucet in inferno? cum iam dimersa securis
arboris infandæ radicibus exitialem
quæ peperit fructum feralia germina uertat
funditus, & dignis pereant mala robora flammis?
Continuo q; trucis correptus mente furoris,
se quoq; morte petit, tanquam tunc sanior esset
cum scelus ulcisci præcurreret, ipsa q; diræ

guttura uocis iter cuncti quæ uendere mundi
ausa redemptorem nodatis faucibus angens
infelicem animam laqueo suspendit ab alto.
Lenior ira quidem tanto pro crimine culpæ,
cunctorum cui nulla foret par pœna malorum.
Exitus hic mortis tamen & sublime cadauer
ostendit populis quanto de culumine lapsus
pridem discipulus, qui nunc reus alta relinquens
sydera, tartareum descendtt adusque profundum.
Tunc uir apostolicus, nunc uilis apostata factus.

Iesu obiecisse iudæos ꝙ regem se esse dixerit.

At dominus patiens cum præsidis ante tribunal
staret ut ad iugulum ductus mitissimus agnus,
nil inimica cohors insontis sanguine dignum
repperiens, regem ꝙ se rex dixerat esse,
obiicit, & uerum mendax pro crimine ducit.
Nec mirum si iura dei gens impia uitet,
imperium'que neget, semper quæ idola adamauit,
dilexit lucos. Simili nam more furentes
tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam.
damnato'que pio, conseruato'que proteruo
mutauit per utrunque uiam sententia iustam.
Author mortis erat, iussus qui sumere lucem.
Author lucis erat, iussus qui sumere mortem.
credite iam Christum pro cunctis credite passum.
Quid dubitatis ad huc? En sectus terga flagellis,
subditus opprobriis, pœnas amplectitur omneis,
nec dignus sentire necem, uel latro perire.

Iesum ad pœnam ductum.

Heu falx torua patrum segetem cæsura nepotum.
Heu facinus Pilate tuum quot gesseris uno
crimina iudicio, uigili si mente notares,
nec solas lauisse manus, sed corpore toto
debueras sacrum ueniæ spectare lauacrum.
Corripis insontem, sistis sub præside regem.
præponis humana deo. Qua morte teneris,
Qui dominum numerosa Cruci post uulnera figis?

Iesum ad pœnam ductum.

Cum'que datus sæuis ad pœnam sanctus abiret,
militibus uilem rubri sub tegmine cocci
uestitur chlamydem, species ut cuncta cruentæ
mortis imago foret, spinis circundedit amplum
nexa corona caput, quoniam spineta benignus
omnia nostrorum susceperat ille malorum.
Implet arundo manũ, sceptrum quia mobile terræ
inualidum, fragile est, uacuum, leue, mox alienos
deponens habitus, proprium suscepit amictum.
Scilicet humanæ positurus tegmina carnis
& sumpturus item, nil iam ut mutabile ferret,
post mortem propria cum maiestate resurgens
humano ponens mortalem tegmine carnem.

Fel Domino datum.

Nec sine diuino constat moderamine gestum,
quod uinum cum felle datum, tristem'que saporem
suscipiens tetigit labiis, & ab ore remouit.
Quippe necem paruo degustaturus amaram
tempore, quam reduci contemnere carne pararet.

Iesum patulo affixum ligno.

P rotinus in patuli suspensus culmine ligni
relligione pia mutans discriminis iram,
pax Crucis ipse fuit, uiolenta'que robora membris
illustrans propriis pœnam uestiuit honore,
supplicium'que dedit, signum magis esse salutis,
ipsa'que sanctificans in se tormenta beauit
ne'ue quis ignoret speciem Crucis esse colendam,
quæ dominum portauit ouans ratione potenti,
quattuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus authoris de uertice fulget eous.
Occiduo sacræ lambuntur sydere plantæ.
Arcton dextra tenet, medium læua erigit axem,
cuncta'que de membris uiuit natura creantis,
& cruce complexum Christus regit undiq; mũdum.

Titulus in cruce, græce. latine. & hebraice.

Scribitur & titulus hic est nam rex iudæorum

quod nihil a deitate uacet. Nam cœlitus actum
hoc hebræa refert, hoc græca, latina'q; lingua.
hoc docet una fides unum ter dicere regem.
Huius in exuuiis sors mittitur, ut sacra uestis
intemerata manens a' Christo schisma uetaret.

Duos latrones ad domini latera crucifixos.

Quin etiam insonti latere ex utroq; cruentos
constituere uiros, meritum licet omnibus unum
non faciat similis quamuis sententia. Nanq;
inter carnifices sancto pendente latrones
par est pœna trium, sed dispar causa duorum,
hi mundo sunt quippe rei pro crimine multo,
huic reus est mundus saluatus sanguine iusto.
Suppliciis'q; tantum rerum dominator in ipsis
iura potestatis non perdidit, æquus utrunq;
iudex nanq; tuens hunc eligit, hunc reprobauit,
amborum merita præcelso ex agmine pensans.
Vnus enim quem uita ferox nec morte reliquit,
in dominum scelerata mouens conuitia dictis
mordebat propriis, & tanquam setiger hircus
ore uenenoso uitam lacerabat amœnam.
Alter adorato per uerba precantia Christo,
saucia deiectus flectebat lumina, tantum
lumina. Nam geminas arcebant uincula palmas.
Quem dominus ceu pastor ouem deserta per arua
colligit errantem, secum'q; adducere gaudet
in campos Paradise tuos, ubi flore perenni
gramineus blanditur ager, nemorum'q; uoluptas
irriguis nutritur aquis, inter'q; benigne
conspicuos pomis non deficientibus hortos,
ingemit antiquum serpens habitare colonum.
Ambo igitur uarium diuerso calle latrones
aggressi facinus uiolentum, grande patrarunt.
Infernas adit ille fores, adit iste supernas,
ille profunda petens penetrauit claustra gehennæ,
abstulit iste suis cœlorum regna rapinis.

Solem obscuratum in plenilunio præter naturam.

Interea horrendæ subito uenere tenebræ,
& totum tenuere polum, mœstis'que nigrantem
exequiis texere diem, Sol nube coruscos
abscondens radios, tetro uelatus amictu
delituit, tristem'que repleuit luctibus orbem.
Tota sibi oppositum fratrem quod Delia haberet,
cum sub erat terris, super ille in culmine cœli,
impia perpetuam timuerunt sæcula noctem.
Hunc elementa sibi meruerunt cernere uultum,
auxiliis orbata patris, lætata per ortum,
mœsta per occasum. Nam lux ut tempore fulsit
nascentis Domini, sic hoc moriente recessit.
Non absens mansura diu, sed mystica signans
per spatium secreta suum, quippe ut tribus horis
cæca tenebrosi latuerunt sydera cœli.
Sic Dominus clausi triduo tulit antra sepulchri.

Terremotum horrendum fuisse in morte Domini.

Nec tellus sine clade fuit, quæ talia cernens
funditus intremuit, dubio'que in fine supremum
expauit natura modum, ne cogeret omnem
summus apex inferna petens succumbere molem,
authorem'que sequens per tartara mundus abiret.
Sed pietas immensa uagas properabat ad umbras,
perdita restituens, nec consistentia perdens.

Acetum porrectum sitienti Domino.

Nulla tamen tanti metuerunt signa pericli
qui Dominum fixere Cruci, quin insuper haustum
cum peteret sitiens unus de plebe nefanda
pẽniculo infusum calamo porrexit acetum,
manzeribus populis in deteriora uolutis
conueniens liquor ille fuit. Nam dulcia uina
sicut in horrendum cum conuertuntur acetum
a' mensis proiecta iacent, ita tempore prisco
gens accepta Deo, nunc est odiosa propago.

Iesum expirasse, & multa sanctorum corpora resuscitasse.

Ergo ubi cuncta boni cōpleta est passio Christi,
ipse animam proprio dimisit corpore sanctam,
ipse iterum sumpturus eam, quia mortuus idem
idem uiuus erat, membris obeuntibus in se
non obeunte Deo, cuius uirtute retrorsum
infernæ patuere uiæ, ruptæq; fatiscunt
diuisa compage petræ rediuiua iacentum
corpora sanctorum fractis abiere sepulchris
in cineres animata suos. Subitoq; fragore
illud ouans templum maioris culmina templi
procubuisse uidens, ritu plangentis alumni
saucia discisso nudauit pectora uelo,
interiora sui populis arcana futuris
iam reseranda docens, quia lex uelamine Mosæ
tecta diu Christo nobis ueniente patescit.

Perfosso Christi latere sanguinem cum unda manasse.

Dic ubi nunc tristis uictoria? dic ubi nunc sit
mors stimulis horrenda tuis? quæ semper opimis
instaurata malis, cunctas inuadere gentes
pœnali ditione soles. En pessima non tu
peruenis ad Christum, sed Christus peruenit ad te,
cui licuit sine morte mori, quique omnia gignēs
omnia constituens, te non formauit ut esses.
Semine uipereo, culpa genitrice crearis,
et uenia regnante peris. Iam spiritus artus
liquerat ad tempus, patulo iam frigida ligno
uiscera pendebant, & adhuc furor arma ministrans
cuspide perfossum uiolat latus, eq; patenti
uulnere purpureus cruor & simul unda cucurrit.
Hæc sunt quippe sacræ pro relligionis honore
corpus. sanguis. aqua, tria uitæ munera nostræ.
Fonte renascentes, membris & sanguine Christi
uescimur, atque ideo templum deitatis habemur.
Quod seruare Deus nos annuat immaculatum,

&faciat tenues tanto mansore capaces.

Corpus domini conditum sepulchro.

Ergo ubi depositi thesaurum corporis amplum
nobilis accepit domino locus ille iacente,
nobilior surgente, tamen generatio fallax
augebat sub corde nefas, quod nocte silenti
discipuli Christum raperent, & abisse referrent
ter redeunte die, sicut prædixerat ipse.
Quo stimulante metu uigilum munimina poscunt
plura dari, sæua' que locum obsidione teneri.
Si non dum post uincla crucis, post uulnera ferri,
post obitum mortis numerosa cæde cruentum
carnifices implestis opus, nec creditis illum
Qui toties imis animas produxit ab umbris,
posse suam reuocare magis, peioribus aptos
consiliis armate dolos. Signate sepulchrum,
ponite custodes. monumento aduoluite saxum.
Quis poterit seruare deum? cui cardine rerum
cuncta patent, undis habitat, per tartara regnat,
& cœli de nube tonat? quid sæue tumultus
excubiis deperdis opus? quid niteris illam
explorare fidem, cui non uis credulus esse?

Christum die tertia resurrexisse a mortuis.

Cœperat in terra post tristia sabbata felix
irradiare dies, culmen qui nominis alti
a domino dominante trahit, primus' que uidere
promeruit nasci mundum, atque resurgere Christũ.
Septima nam genesis cum dicit sabbata claret
hunc orbis caput esse diem, quem gloria regis
nunc etiam proprii donans fulgore trophæi
primatum retinere dedit, hoc luminis ortu
uirgo parens, aliæ que simul cum munere matres
messis aromaticæ notum uenere gementes
ad tumulum, uacuum' q; uidẽt iam corpore factum,
sed plenum uirtute locum. Nam missus ab astris
angelus amoti residebat uertice saxi,
flãmeus aspectu, niueo præclarus amictu,

qui

qui gemina specie terrorem & gaudia portans,
cuncta'que dispensans, custodibus igne minace
uenerat in formam Christum quærentibus albam.
Illæ igitur dominum calcata uiuere morte
angelica didicere fide, perterritus autem
miles in ancipiti retinet discrimine uitam
deserta statione fugax, testis'que timoris
uera refert gratis, postquam data munera fallit,
discipulum'que globũ placidi sub tempore somni
clam sibi nocturna Christum abstraxisse rapina
compositus simulator ait. Fare improbe custos,
responde scelerata cohors, si Christus (ut audes
dicere) concluso furtim productus ab antro
sopitos latuit, cuius iacet intus amictus,
cuius ad exuuias sedet angelus? an'ne beati
corporis ablator uelocius esse putauit
soluere contectum, quam deuectare ligatum?
Cum mora sit furtis contraria? Cautius ergo
cum domino potuere magis sua lintea tolli.
Mentita est uox uana sibi. tamen ista figuram
res habet egregiam. Iudæis constat ademptum,
quem nos deuoto portamus pectore Christum.

Iudæam miseram fore ꝙ Christum occiderit.

Plange sacerdotes perituros, plange ministros,
& populum iudæa tuum pro talibus ausis,
non tuba non unctus, non iam tua uictima grata est.
Quæ nam bella tibi clanget tuba rege perempto?
quis tuus unctus erit, quæ uerum occideris unctum?
uictima quæ dabitur, cum uictima pastor habetur?
Discedat synagoga suo fuscata colore
Ecclesiam Christus pulchro sibi iunxit amore,
hæc est conspicuo radians in honore Mariæ,
quæ cum clarifico semper sit nomine mater.
Semper uirgo manet, huius se uisibus astans
Luce palam dominus prius obtulit, ut bona mater
grandia diuulgans miracula, quæ fuit olim
aduenientis iter, hæc sit redeuntis, & index.

Christũ discipulis agnitũ in fractione panis.

Mox aliis conuiua potens in fragmine panis
agnitus, enituit, quia uerus panis apertis
semper adest oculis, fidei quos gratia claros
efficit, ut dominum uiuentem cernere possint.

Sæpe Christum apparuisse discipulis.

Sæpe dehinc proprios diuersi temporis hora
discipulos manifestus adit, uescentibus illis
extemplo nunc ora ferens, nunc piscis abusti,
atque faui mandens epulas, quo rite doceret
corporeas res esse dapes, sese'que uideri
in membris quibus ante fuit, formidine rursus
plebis apostaticæ, dominum quæ cæca negasset.

Christum ostendisse discipulis plagas suas.

Cum foribus clausis resideret turba fidelis
pace salutantis sese intulit, atque foratas
expediens palmas, nudat latus. Ast ibi Thomas,
cui didymus cognomen erat, cum fratribus unà
non fuerat, dubióque fidem sub corde gerebat.
Donec rursus eo pariter residente ueniret,
qui nunquam subtractus erat, tunc limine clauso
constitit in medio, non dedignatus apertum
discipulis monstrare latus, tactu'que probari
uulneris, & mentem patienter ferre labantis.
agnitus hinc potius ꝙ sit dubitantis amicus.
quisquis enim artifices cæca sub imagine fraudes
instruit, & uarias cupit exercere figuras,
non uult agnosci, non uult sua facta requiri,
ut lateant sub nube doli, nebula'que recludens
omnia, sollicitos odit simulator amicos.

Christum piscanti Petro in dextram
retia iacere iussisse.

Gnarus item dominus Petro piscante per æquor
cum sociis captum esse nihil, dimittere lina
in dextras hortatur aquas, mox gurgite clauso
pendula fluctiuagam traxerunt retia prædam.
Per typicam noscenda uiam non retia dignis

lucida sunt præcepta dei. quibus omnis in illa
dextera parte manens concluditur, ac simul ulnis
fertur apostolicis domini ad uestigia Christi.
Nec pisces prunæque uacant, & panis in uno
discipulis inuenta loco. Quis nam ambiat unam
his rebus constare fidem? quippe est aqua piscis,
Christus adest panis, sanctus, quoque spiritus ignis.
Hinc & eni abluimur, hinc pascimur, ide sactamur,
tunc epulis præceptor eos inuitat edendis
alloquiis de more piis, mensam'que petentes
unanimes nota domini bonitate fruuntur.
Et Christum sensere suum, modico'que paratu,
postquam uicta fames & surrexere relictis
rite choris, an corde Petrus se diligat alto
explorat dominus, Petrus annuit. Ergo nitentes
pastor amans augere greges, operario in omni
parte bono commẽdat oues commendat & agnos,
hæc terno sermone monens, ut terna negantis
culpa recens parili numero purgata maneret.

Quid præceperit Christus apostolis cum ultimo eis apparuit.

Inde sequenda docens, pacem omnes inquit habete.
Pacem ferte meam. pacem portate quietam.
Pacem per populos monitis dispergite sanctis,
& mundum uacuate malis, gentes'que uocate
finibus e' cunctis, latus qua tenditur orbis,
iussis mando meis, omnes'que in fonte lauari.

Christũ coram' omnibus ascendisse in cœlũ.

Hæc ubi dicta pio dominus sermone peregit,
Bethaniæ mox arua petit, coram'que beatis,
qui tantum meruere uiris spectare triumphum,
æthereas euectus abit sublimis in auras.
Ad dextrã sedet ipse patris, mundum'que gubernat
iure suo, qui cuncta tenens excelsa'que & ima
tartara post cœlum penetrat, post tartara cœlum.
illi autem læti cernentes uultibus altas
Ire super nubes dominum, tractus'q; coruscos

uestigiis calcare suis, uenerantur adorant.
Sydereas'q; uias alacri sub corde reportant,
quas cunctos doceāt testes. Nam iure fideles
diuinæ uirtutis erant, qui plura uidentes,
innumerabilium scripserunt pauca bonorum.
Nam si cuncta sacris uoluissent tradere chartis,
facta Redemptoris, nec totus cingere mundus
sufficeret, densos per tanta uolumina libros.

Hoc opusculum nō a Sedulio authore editum est, sed a Turtio Ruffo Asterio quito. V. C. excōsule ordinario, atq; patritio, q id inter scripta Sedulii īuenit.

Antemus socii domino cātemus honores.
c Dulcis amor Christo personet ore pio.
Primus ad ima ruit magna de luce su pbus.
Sic homo cum tumuit primus ad ima ruit.
Vnius ob meritum cuncti periere minores.
Saluantur cuncti unius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua ianua leto.
Ex qua uita redit, sola fuit mulier.
Frater iniquus erat, iustum qui perculit olim.
Damnator Christi frater iniquus erat.
Transitus ille monet, quid prima amisit origo.
Quid uentura paret, transitus ille monet.
Arca leuatur aquis, homines ne perderet æquor.
Ne pereant homines arca leuatur aquis.
Sume pater populos pro nati uulnere cunctos,
Cum tradis Christum sume pater populos.
Hostia summa patris tacitis signata figuris,
quam reserat Christus hostia summa patris.
Claudicat ecce uidēs dominum dum præualet hæres.
Aspera gens Christum claudicat ecce uidens.
Reppulit ille famem frater, quem uendidit auro,
Venditus ab Iuda reppulit ille famem.
Perfide corde peris dum uastant omnia plagæ,
Dum cessant plagæ perfide corde peris.

ELEGIA.

A gnus ab hoste sacer conduxit sanguine patres.
Sanguine nos reuocat agnus ab hoste sacer.
O bruit unda nefas populo gradiente per æquor.
Nunc mundi populis, obruit unda nefas.
Murmurat impietas manna ueniente refecta.
Panis adest Christus murmurat impietas.
P lebs sibi dura caput terræ cultoris adoptat.
A bstulit heu Christum plebs sibi dura caput.
L ex dedit indicium ueteris de crimine pœnæ,
Quod'q; salus ueniat, lex dedit indicium.
E n lapis irriguus saciare incredule fonte.
Qui Christum reprobas en lapis irriguus.
C arpitur igne sacro munus, uotum'q; priorum.
Seditiosa tribus carpitur igne sacro.
R egna beata patris legis non contigit hæres,
Christus dispensat regna beata patris.
D estruit arca dei muros dum circuit hostem.
Sic hostem mundi destruit arca dei.
A rea uellus habet madido sed uellere sicca est.
Siccum tota madens area uellus habet.
V incis honore dei promisso munere gentes,
Effectum natæ uincis honore dei.
T u decus omne tuis, qui sternis cæde Goliam,
Qui uincis mundum tu decus omne tuis.
Maxima dona dei cuncti cecinere prophetæ,
Impleuit Christus maxima dona dei.
Pondera dura tulit mandatum legis, & iram,
Gratia mandati pondera dura tulit.
Virgo Maria nitet nullo temerata pudore.
post partum pueri uirgo Maria nitet.
F ilius hic hominis fit maxima quæstio mundi.
Nobiscum deus est filius hic hominis.
G audia magna dei mundus percepit & ambit.
Respuit heu mundus gaudia magna dei.
S igna mouent populos, cernunt magnalia cæci.
Nulla tamen duros signa mouent populos.
A spera mors populis ligno deducta cucurrit

Aufertur ligno aspera mors populis.
I pse tulit dominus pro pœnis munera seruis.
Pro seruis pœnas ipse tulit dominus.
V ita beata necem miseris auertere uenit.
Depulit a' miseris uita beata necem.
L umen adesse dei persensit tartarus ingens.
Nec cernunt homines lumen adesse dei.
Mors fera per hominem miserũ sibi subdidit orbem.
Subdita congemuit mors fera per hominem.
S uscitat ecce genus morti pater ille prophanus.
Ad uitam Christus suscitat ecce genus
H ic populus dominum dura ceruice negauit,
Suscepit primus hic populus dominum.
S anguine læta redit fuso gens impia Christi.
Gustato Christi sanguine læta redit.
C rimina cuncta suis terrenus contulit author.
Dissoluit Christus crimina cuncta suis.
L ibera corda sibi facinus deuinxerat olim,
Nunc reficit Christus libera corda sibi.
F ortia uincla dedit peccati sæua potestas,
dulcis amor Christi fortia uincla dedit.
I am super astra sedet, cuncti exultate fideles.
Perfide quid sæuis? iam super astra sedet.
Mortuus ille tonat, cœlum terram'q; subegit.
Quid faciant hostes? mortuus ille tonat.
P ellitur umbra die Christi ueniente figura
Christus adit gentes pellitur umbra die.
T e properare docent & signa & secula prima.
Hos sacra quæ gerimus te properare docent.
Vnicus aduenìens firmauit uota priorum.
Vota dedit nobis unicus aduenìens.
P assio Christe tua compleuit munera legis
Munera nostra replet. Passio Christe tua.
H ic homo qui deus est spes est antiqua priorum.
Spes cum fine piis hic homo qui deus est.
Munus erit fidei toto credentibus æuo,
Qui dedit, ut credant munus erit fidei.

ELEGIA.

T e ueniente deus mundanus cōcidit error,
concidit hic mundus te ueniente deus.
Gratia plena dei est, quæ totis gentibus extat.
Abscedant sectæ. gratia plena dei est.
S ola columba redit, quæ totum circuit orbem.
Discedant corui, sola columba redit.
A duenięt dominus dare digna piis, mala prauis.
Credite iam miseri aduenięt dominus.
Visio Christe tui tormentum & pœna malorum est,
Gloria cuncta bonis uisio Christe tui.
G loria magna patri semper tibi gloria nate.
Spiritui & nato gloria magna patri.

Sedulii epigramma.

Hæc tua perpetuæ quæ scripsi dogmata uitæ.
Corde rogo facias Christe manere meo.
Vt tibi quæ placeant tete fauente requirens,
Gaudia cœlorum te duce Christe metam.

C. Sedulii presbyteri hymnus de Christo succinctè ab Incarnatione usque ad Ascensionem.

A solis ortus cardine
ad usque terræ limitem
Christū canamus prīcipē
natum Maria Virgine.
B eatus author seculi
seruile corpus induit,
ut carne carnē liberans
ne perderet quos cōdidit.
C astæ parentis uiscera
cœlestis intrat gratia.
uenter puellæ baiulat
secreta, quæ nō nouerat.
D omus pudici pectoris
tēplum repente fit dei.
intacta nesciens uirum
uerbo concepit filium.
Enixa est puerpera,
quē Gabriel prædixerat.
quem matris aluo gestiēs
clausus Ioānes senserat.
Fœno iacere pertulit.
præsepe non abhorruit.
paruo'que lacte pastus est,
per quem nec ales esurit.
Gaudet chorus cœlestiū,
& angeli canunt deo.
palam'que fit pastoribus
pastor creator omnium.

Hostis Herodes impie,
Christũ uenire qd times,
non eripit mortalia,
qui regna dat cœlestia.
Ibant magi quam uiderãt
stellam sequentes præuiá,
lumen requirunt lumine.
deum fatentur munere.
Katerua matrũ personat.
conlisa deflens pignora.
quoꝝ tyrannus millia
Christo sacrauit uictimã
Lauacra puri gurgitis
cœlestis agnus attigit.
peccata quæ non detulit
nos abluendo sustulit.
Miraculis dedit fidem
habere se deum patrem,
infirma sanans corpora
resuscitans cadauera.
Nouum genus potentiæ,
aquæ rubescunt hydriæ.
uinum'que iussa fundere,
mutauit unda originem.
Orat salutem seruulo
flexus genu Centurio.
credentis ardor plurimus
extinxit ignes febrium.
Petrus per undas ambulat
Christi leuatus dextera.
natura quam negauerat
fides parauit semitam.
Quarta die iam fœtidus
uitam recepit Lazarus
cunctis'que liber uinculis
factus superstes est sibi.
Riuos cruoris horridi
contacta uestis obstruit
fletu rigante supplicis
arent fluenta sanguinis.
Solutus omni corpore
iussus repente surgere
suis uicissim gressibus
æger uehebat lectulum.
Tunc ille Iudas carnifex
ausus magistrũ tradere,
pacem ferebat osculo,
quã nõ habebat pectore.
Verax datur' fallacibus.
pium flagellat impius
Cruci'que fixus innocens
coniungitur latronibus.
Xeromyrrhá post sabbatũ
quædã uehebãt corpori.
quas allocutus angelus.
uiuũ sepulchro non tegi.
Ymnis uenite dulcibus
omnes canamꝰ subditum
Christi triumpho tartarũ
q nos redemit uenditus
Zelum Draconis inuidi
& os leonis pessimi
calcauit unicus dei
sese'que cœlis redidit.

Finit Hymnus Sedulii presbyteri de Christi laudibus, in quo uersiculorum principia grã- diusculis notata literis conti- nẽt omnes literas Alpha beti, ab. A. usq; ad. Z.

IVVENCI PRESBYTERI, HISPANI DE EVANGELICA HISTORIA LIBER PRIMVS.

Mmortale nihil mundi compage
tenetur,
i Non orbis, non regna hominum,
non aurea Roma,
Non mare, non tellus, non ignea
ſydera cœli.
Nam ſtatuit genitor rerum irreuocabile tempus,
Quo cunctum torrẽs rapiat flamma ultima mundũ.
Sed tamen innumeros homines ſublimia facta,
Et uirtutis honos in tempora longa frequentant,
Accumulant, quorum famam, laudesq; poetæ.
Hos celſi cantus Smyrnæ de fonte fluentes,
Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.
Nec minor ipſorum diſcurrit gloria uatum,
Quæ manet æternæ ſimilis, dum ſecla uolabunt,
Et uertigo poli terras, atq; æquora circum,
Aethera ſydereum iuſto moderamine uoluet,
Quod ſi tã longam meruerunt carmina famam,
Quæ ueterum geſtis hominum mendacia nectunt,
Nobis certa fides, æternæ in ſecula laudis
Immortale decus tribuet, meritumq; rependet.
Nam mihi carmen erunt Chriſti uitalia geſta,
Diuinum in populis falſi ſine crimine donum.
Nec metus, ut mundi rapiant incendia ſecum
Hoc opus, hoc etenim forſan me ſubtrahet igni
Tunc cum flammiuoma deſcendet nube coruſcans
Iudex altithroni genitoris gloria Chriſtus.
Ergo age ſanctificus aſſit mihi carminis author,
Spiritus, & puro mentem riget amne canentis
Dulcis iordanis, ut Chriſto digna loquamur.

De parentibus & conceptione Ioannis Baptistæ præcursoris Domini. Lucæ primo.

Rex fuit Herodes iudæa in gente cruentus,
Sub quo seruator iusti, templi'que sacerdos
Zacharias, uicibus cui templum cura tueri,
Digesto instabat lectorum ex ordine uatum.
Huius inhærebat thalamis dignissima coniunx.
Cura his ambobus parilis moderaminis æqui.
Ambos annexos legis præcepta tenebant.
Nec fuit his soboles iam tot uergentibus annis,
Gratius ut donum iam desperantibus esset.
Sed quũ forte adytis, aris'q; inferret odores .i.pal.
Zacharias, uisus cœlo descendere aperto .xxiiii.
Nuncius, & soli iussas perferre loquelas.
(Cætera nam foribus plebes astrata rogabat)
Quem tibi terribilis concussit corde pauore
Visus, eum læti sermonis gratia placat.
Nam me propitius rerum pater unicus, alto
E' cœli solio tibi nunc in uerba uenire
Præcipit, & cara tibi mox è coniuge natum
Promittit, grandis rerum cui gloria restat,
Plurima, qui populis nascendo gaudia quæret,
Sobrius æternum, clausum quem spiritus ipsis
Visceribus matris complebit numine claro.
Istius hic populi partem pleramque docendo
Ad uerum conuertet iter, dominum'que, deum'que
Continuo primus noscet, plebem'que uocabit.
Nomine Ioannem, quem tu uocitare memento.
Illi confusa respondit mente sacerdos.
Aemula promissis obsistit talibus ætas,
Nec senibus soboles poterit contingere fessis,
Quam deus auertens, primæuo in flore negauit.
Hæc trepidans uates, Cui talia nuncius infert.
Si tibi mortalis sobolem promitteret ullus,
Ad desperandum forsan cunctatio mentis
Debuerat tardis hærens insistere uerbis.
Nunc ego, quem dominus cœli, terræque repertor

Ante suos uultus uoluit parere ministrum,
Auribus ingratis hominis, uisu'que receptus
Summi iussa dei non contemnenda peregi.
Quare promissis manet irreuocabile donum.
Sed tibi claudetur rapidæ uox nuncia mentis,
Donec cuncta dei firmentur munera nobis.
Hæc ait, & subito tenues se misit in auras.
Interea populus miracula longa trahebat,
Quid tantum in templo uellet cessare sacerdos.
Egressus trepide, numen uidisse supernum
Nutibus edocuit, miseræ & dispendia uocis.
Inde domum remeat completo ex ordine uates
Officio, amissam'que leuant promissa loquelam.
Nec dilata diu nenerunt munera prolis.
Anxia sed uentris cœlabat gaudia coniunx,
Donec quinque cauam complerent lumina lunam.

Angelus Gabriel mittitur a' Deo ad Mariam Virginem. Lucæ.i.

T unc maiora dehinc idem mandata minister
Detulit ad Mariæ demissus uirginis aures.
Hæc desponsa suo per tempora certa propinquo,
Abdita uirgineis caste pubescere tectis,
Et seruare diem, iussis permissa parentum.
Ad quam tranquillum sermonem nuncius infert.
S alue progeniem terris paritura salubrem,
Desine conspectu mentem turbare uerendo.
Nam tua concipient cœlesti uiscera iussu
Natum, quem regnare Deus per secula cuncta,
Et propriam credi sobolem, gaudet'que, iubet'que.
Hunc ubi sub lucem dederis, sit nomen Iesus.
Ad quem uirgo dehinc, pauido sic incipit ore.
Nullos conceptus fieri sine coniuge dicunt,
Vnde igitur sobolem mihi nunc sperabo uenire?
Nuncius hæc contra celeri sermone profatur.
Virtus celsa dei circunuolitabit obumbrans
Spiritus, & ueniet purus, lætissima uirgo.
Ac tibi mox puerum casto sermone iubebit

Magnificum gigni populis, quem credere sanctum,
Supremi'q; dei natum uocitare necesse est.
Sic cognata tibi, sterilis quæ credita cunctis
Zachariæ coniunx, mortali germine nuper
A euo defessis auxit miracula membris.
Sextus adest mensis, parent sic omnia iussis.
Virgo dehinc, domino famulam nunc ecce iubenti,
Vt tua uerba sonant, cernis seruire paratam.
Nuncius abscedens uacuis se condidit auris.

Visit Mariam Helisabeth. Lucæ primo.

I lla dehinc rapidis iudæam passibus urbem,
Zachariæque domum penetrat, grauidam'q; salutat
Helisabeth, clausæ cui protinus anxia prolis
Membra uteri gremio motu maiore resultant,
Et simul exiluit mater concussa tremore
Diuinæ uocis completa afflamine sancto,
Et magnum clamans, felix o fœmina salue
Felicem gestans uteri sinuamine fœtum,
Vnde meam tanto uoluit deus æquus honore
Illustrare domum, quam mater numinis alti
Viseret? Ecce meo gaudens in uiscere proles
Exultat, Mariæ quum prima affamina sensit.
Felix quæ credit finem mox affore uerbis,
Quæ deus ad famulos, magnum dignãdo, loquet,
Illa trahens animum per gaudia multa pudore,
Suppresso, uocis pauitantia dicta uolutat.
Magnificas laudes animus, grates'q; celebrat
Immenso domino mundi, uix gaudia tanta
Spiritus iste capit, q me dignatus in altum
Erigere ex humili celsam, cunctis'q; beatam
Gentibus, & seclis uoluit deus æquus haberi.
Abstulit ecce thronum sæuis, fregit'que superbos.
Largifluis humiles opibus ditauit egentes.
Tunc illic mansit trinos ex ordine menses,
Ad propriam'que domum repedat, iam certa futuri.

Ioannis Baptistæ natiuitas. Lucæ.i.

Iamque aderat tempus, quo sarcina deserat aluum
Helisabet, liquidas soluenda in luminis auras
Ad partus fama tantos, collecta cucurrit
Turba propinquorum, tum gaudia mira frequentes
Concelebrant, nomen'que iubent genitoris habere.
Abnuit hoc genitrix, sed Ioannes uocitetur
Ingeminat, placuit muti tunc iussa parentis
Consulere, in scripto rogitant'que edicere nomen.
Sed pro mira fides, tabulis quum scribere tentat,
Implicitam soluit per uerba sonantia linguam
Mox etiam assuetam penetrant spiracula mentem,
Completus'que canit uenturi conscia dicta.
Concelebrent cuncti laudes, grates'que frequentent
Astrorum, & terræ, ponti'que, hominum'que parenti.
Visere qui uoluit, propriam'que absoluere plebem.
En beat antiquam gentem, cornu'que salutis
Erecto, indulget Dauidis origine lumen.
Hoc est, quod prisci cecinere ex ordine uates.
Hæc est illa salus, quæ nos ex hostibus atris
Eripit, ut iuste iusto seruire queamus.
Et tu parue puer, sanctus, dignus'que propheta
Dicere, & dominum mox progrediere uiando.
Illius & populum duces per limen apertum.
Errorem per te spernent, mortis'que tenebras
Abrumpent omnes, tua qui præcepta sequentur.
Exhinc secretis in uallibus abdita semper
Vita fuit puero, donec poscentibus annis
Vatis ad officium pleno pubesceret æuo.

Ioseph cogitat relinquere Mariam. Math.i.

Interea Mariæ sponso miracula mentem
Sollicitant, manifesta uteri quod pondera uidit,
Et secum uoluit quanam ratione propinquæ
Dedecus oppressum cælet, thalamos'que recuset.
Talia tractanti torpescunt membra sopore,
Audiuit'que dei super horrida somnia uocem,

Accipe coniugium nullo cum crimine pactæ,
Spiritus impleuit sancto cui uiscera fœtu.
Hanc cecinit uates uenturam ex uirgine prolem
Nobiscum deus est, cui nomen Protinus ille
Hæc præcepta sequens, seruat sponsalia pacta.
Edictum Augusti Cæsaris. Lucæ .ii.
Sed cum forte noui capitum discussio census
Cæsaris Augusti iussis per plurima terræ
Discribebatur Syriæ, quam iure regebat
Cyrinus, proprii cui tota per oppida fines
Addebant populi uires, nomen'que, genusque.
Vrbs est Iudææ Bethleem, Dauida canorum
Quæ genuit, generis censum quæ iure petebat.
Edidit hic Mariam. Dauidis origine Ioseph
Desponsam'q; sibi scribens, grauidam'que professus.
Hospitum amborum Bethleem sub mœnibus urbis
Angusti fuerat per parua habitacula ruris.
Illic uirgo nouum completo tempore fœtum
Edidit, & leni pannoso tegmine motu
Texit, cui durum cunas præsepe ministrat.
Angelus natiuitatẽ Christi pastorib⁹ nũciat. Lu.ii.
Cura sollicitæ pecudum custodia noctis
Pastores tenuit uigiles, per pascua læta,
Ecce dei monitu uisus descendere cœlo
Nuntius, & subito terror tremefacta pauore
Prostrauit uiridi pastorum corpora terræ.
Talis & attonitis cœlo uox missa cucurrit,
Ponite terrorem mentis. mea sumite dicta
Pastores, quibus hæc ingentia gaudia porto.
Nam genitus puer est, Dauidis origine clara,
Qui populis lucem mox, lætitiam'que propaget
Hoc signum dicam, puerum q; cernere uobis
Iam licet, implentem gracili præsepia uoce.
Talia dicenti, iunguntur millia plebis
Cœlestis, cuncti'que deum, laudant'que, rogant'que.
Talis & uniti uox agminis, aera complet.
Gloria supremum comitetur debita patrem.
In terris iustos homines pax digna sequetur.

Et simul his dictis, cœli secreta reuisunt
Pastores propere ueniunt, puerum'que iacentem
Præsepis gremio cernunt, post inde frequentes
Dispergunt late celebris uaga semina famæ,
Mirantes laudant, lætantes constupuerunt
Omnia nocturnis monitis quod uera recurrant.

Circuncisio Domini. Lucæ.ii.

Viderat octauam lucem puer, ecce recidi
Ad morem legis, nomen'que aptare necesse est,
Impositum'que illi est, monitis cœlestibus olim
Quod Mariæ uox missa Deo præcepit, Iesus.

Purificatio Mariæ. Lucæ .ii.

Scripserat antiquæ Moses moderamina legis,
Inter quæ, primos prisco de sanguine uatum
Obseruare dedit, fœtus offerre sacrandos,
Implumes'que simul ferre ad delubra columbas,
Hæc ubi per Mariam templo seruata feruntur,
Ecce senex Simeon, dignus comprendere sensu
Cœlestes uoces, cui quondam præscia rerum
Virtus prodiderat, q carcere corporis ægri
Deposito, mortem liber, requiem'que uideret,
Cum primum cœli laudem, terræque salutem,
Omnia quem uatum spondent oracula, Christum
Vidisset, templo solennes ferre palumbos.
Isque ubi, curuato defessus corpore templum
Iam grauior penetrat, monuit quod spiritus author,
Ecce simul paruum gremio genitricis Iesum
Ad templum sensit uenisse, trementibus ulnis
Accepit puerum, lætus'que hæc dicta profatur.
Nunc nunc me famulum dominus, nunc liberet atris
Corporis e' uinclis. finem'que imponere uerbis
Dignetur cum pace suis. en splendida nostros
Lux oculos tua circunstat, radiis'que refulget,
Quam cunctis hominum lustratis mentibus addet,
Israelitarum cumulatæ gloria plebis.
Hinc ait, hæc quid uirgo tibi tam mira uidentur?
Hic puer ad casum populis datur, iste renasci

Concedet populis, illi signum esse negabunt
Fœderis, hi contra cœlo uenisse tenebunt
Liuor edax faciet, letum ut percurrat amarum,
Atque tuam fulgens animam (mihi crede) machæra,
Quo pateant tecti tenebrosa uolumina cordis.
Hæc ait in Simeone Deus. uox ecce prophetæ
Fœmineam sancto complet spiramine mentem,
Anna fuit natu grauior, quam in flore iuuentæ
Constituit uiduam, mors immatura mariti.
Hinc fruitur casta caro pro coniuge uita,
Continuo'que dei cultu, quæ numine ducta
Cognouit Christum, & simili sermone locuta est.
Vnde ubi solennem pueri pro nomine legem
Compleuit genitrix, & Ioseph omnia mirans
Ad patriam læti repedant, puerum'que reportant.

Magi cum muneribus ueniunt. Math. ii.

Gens est ulterior surgenti proxima soli
Astrorum solers, ortus 'que, obitus'que notare.
Huius primores nomen tenuere magorum.
Hinc læti proceres, Solymas per longa uiarum
Deueniunt, regem'que adeunt, orant'que doceri,
Quæ regio Imperio puerum iudæa teneret
Progenitum, sese stellæ fulgentis ab ortu
Admonitos uenisse uiam, quo supplice dextra
Exortum terris uenerabile numen adorent.
Territus Herodes, uatum, legum'que peritos
Quique prophetarum ueterum præsagia noscunt,
Imperio accitos iubet omnia quærere legis,
Quo pateat, quæ sint genitalia mœnia Christo,
Omnia uenturum spondent quem oracula uatum.
Tunc manifestat Bethleem q̄ mœnib⁹ illū. Mich. v.
Progigni maneat, cui sacram ducere plebem
Israelitarum sancta uirtute necesse est.
Tunc iubet Herodes Persas pertendere gressum,
Inuentum'que sibi puerum monstrare colendum.
Ecce uiæ medio stellam præcurrere cernunt
Sulcantem flammis auras, quæ in culmine summo

Restitit, & pueri lustrata habitacula monstrat.
Gaudia magna magi gaudent, sydus'que salutant.
At postq̃ puerum uidere sub ubere matris,
Deiecti prono texerunt corpore terram,
Submissi'que simul, mox mystica munera promunt.
Thus. aurum. myrham. regi'que, homini'q;, Deo'q;
Dona ferunt, totam mox horrida somnia noctem
Sollicitant, sæuum'que iubent uitare tyrannum.
Denique diuersis Herodis callibus aulam
Diffugiunt, patriam'que magi rediere latenter.

Ioseph ab angelo in somnis admonitus, cum puero & matre eius in Aegyptum fugit, & infantes occiduntur. Math. ii.

Ipsum etiam puerum monitis cœlestibus actus
Aegyptum cum matre simul transportat Ioseph.
At ferus Herodes sibimet succedere credit,
Quem callens astris quæsisset cura magorum,
Quorum præcauto discessu sollicitatus,
Crudeli tinxit Bethleemica compita cæde
Infantes mandans, teneram'que sub ubere plebem
Innocuam, in finibus rigido succumbere ferro.
Hæc etiam cædes olim præscripta manebat.
Nā pius hanc uates diuino numine doctus. Hie. iii.
Cōplorat, miseræ sobolis ꝓ funere matres & .xxxi.
Horrenda grauiter pulsabunt æthera uoce.
Ast ubi sopitus furor est, & sæua tyranni
Infantum roseo feritas saciata cruore
Extinxisse putat cunctos, quos unus & alter
Annus lætiferi miseros oppresserat æui.

Ioseph in somnis monitus, puerum & Matrē eius in patriam reducit. Math .ii.

Mirandis rursus deuinctus membra sopore
Ioseph urgetur monitis Mariam, puerum'q;
Aegypto ad patriam uectare, ubi Nazara felix
Olim prædictum puero dedit addere nomen,
Dixit, & alterius quondā prænuntia uatis Oseæ. xi
Vox instructa deo, ueniet ueniet mea proles

Aegypto ex alta terris, lumen'que, salus'que
Crescebat rapidis annorum gressibus infans
Præcurrens æuum sapientia proueniebat.
Gratia'q; in uultu, & uerbis ueneranda micabat.

Iesus quæsitus a' parentibus, inuenitur in medio doctorũ disputãs. Lu.ii.

Et iam bissenos æui comprenderat annos,
Cum paschæ ritum seruando ex more parentes
Ad templum læti puerum perducere festis
Omnibus annorum uicibus de more solebant.
Ergo aderant paschæ pariter, cunctis'que diebus
Festorum impletis, patriam remeare parabant,
Tum puer in populo comitis uestigia matris
Deseruit, templi'que libens secreta petiuit.
Illum per uicos urbis, per'que abdita tecta,
Per'que uiæ stratas per notos, per'que propinquos
Quærebat genitrix, sed lux ubi tertia uenit
Ad templum propere remeat, uatum'que choreis
Inuenit insertum, legum'que obscura senili
Tractantem cœtu, uix admiratio digna
De pueri uerbis senibus fuit. at pia mater
Nate ait amissum lacrymis te quæro profusis
Anxia cum genitore gemens, quæ causa parentum
Secernit gressu, templi'que in sede retentat?
Ille autem quid me tantum, quid quæritis inquit?
An nondum sentis genitrix, q; iure paternis
Sedibus, & domibus natum est habitare necesse?
Hæc ait, & gressum sociat, patriam'que reuisit.
Nec genitrix tanti persensit pondera uerbi.
Ordine cuncta tamen cordis secreta reseruat.
At puer obsequiis apte prædulcibus ambos
Ad proprium semper cogens nectebat amorem.

Baptisma Ioannis in Iordane, & uictus, habitus'q; eiusdẽ. Itẽ Christus baptizatur, cœlum aperit', uox patris audit'. Math.iii. Mar.i. Lu.iii. Ioã.i.

Interea ueteris scripti per debita currens
Omnia seclorum series promissa trahebat.

Zachariæ soboles, desertis uallibus omnes
Ad deponendas maculas clamore uocabat,
Fluminis ut liquidi caperent miranda lauacra,
Quis animæ species abluta sorde niteret,
Isaias uates cecinit, quod numine iussus Exa. xi.
Vox late resonat desertis uallibus, amplas
Sternite iam stratas, omnis sit recta uiarum
Semita, quæ domini plantis calcanda beatis.
Subsidet colles, uallis complebitur omnis.
Corriget anfractus callis bona linea recti,
Corporeis'que oculis lumen tractare serenum
Omnibus indulget genitor, dominus' que salutis.
Ergo aderant populi, passim'que hinc inde ruentes
Complebāt ripas, auidi'que lauacra petebant.
Texta camelorum fuerant uelamina setis,
Et zonæ pellis, medium cinxere prophetam,
Edere locustas solitus ruralibus aruis,
Et tenuem uictum præbent siluestria mella,
Vsque ubi tot populos diuersis sedibus ortos
Irruere ad fluuium cernit, sic increpat ore.
Vipereæ gentis soboles, quis debita uobis
Supplicia, urgentes' que iras euadere monstrat?
Sed facite o miseri fructum (si pœnitet) aptum,
Nec generis uestri tollat fiducia mentes.
Nam potis est dura superum rex cote creare
Progeniem, quando soboles sua degener errat.
Proxima roboreis iamiam radicibus instat
Cunctorum ante oculos acies sublata securis,
Cedentur siluæ steriles, ignem'que fouebūt.
Nunc ego præteritas maculas in flumine puro
Abluere institui, ueniet sed fortior alter
Cuius uincla pedum non sum contingere dignus.
Abluet ille homines sancto spiramine mergens,
Flammarum'que globis purgabit noxia corda.
Illius & manibus ruralis pala tenetur,
Et propria ipsius purgabitur area frugum,
Horrea'que implebit secreti copia farris,

Aeternus'que leues paleas populabitur ignis.
Hæc ait, & propere per siluam passibus ipsum
Cernit Iordanis ueneranda lauacra petentem.
Sed uetat increpitans uates, & talia fatur.
Tu'ne meis manibus dignaris mergier undis,
Cum tua me melius possint purgare lauacra?
Dixit Ioannes. cui talia reddit Iesus.
Nunc sine, nam decet hoc, sic sancta per omnia nobis
Iustitiæ consectandus complebitur ordo.
Hæc memorans, uitreas penetrabat fluminis undas.
Surgenti manifesta dei præsentia claret,
Scinditur auricolor septemplicis æthera cœli,
Corpoream'q; gerens speciem, descendit ab alto
Spiritus aeream similans ex nube columbam,
Et sancto flatu corpus perfudit Iesu.
Tunc uox missa dei longum per inane cucurrit,
Ablutum'que undis Christum, flatu'que perunctum
Alloquitur. Te nate hodie per gaudia testor
Ex me progenitum, placet hæc mihi gloria prolis.

Post ieiuniũ quadraginta dierũ & noctiũ Iesus tẽtat' a' Diabolo. Math. & Lu.iiii. Mar.i.

Nunc petit umbrosos montes, & lustra ferarum,
Obsequium'que illi patris præbere ministri
Certabant, rabidi mox liuor dæmonis atram
Cum terrore rapit mentem, nec defuit ægro
Tentandi interea Christum uersutia fallax.
Quadraginta illi fuerant ex ordine soles,
Ex quo nulla cibi, potus'ue alimenta dabantur.
Sed contexta simul firmi ieiunia cordis
Terrarum ad regnum, mentis secreta tenebant.
Tunc epulas demum monuit conquirere corpus.
Horrendi interea sceleris fallacia tentans
Si te pro certo genuit Deus omnibus inquit,
His poteris saxis forti sermone iubere
Vsum triticei, formam'que capescere panis.
Christus ad hæc fatur, nil me iam talia terrent
Nã memini scriptũ, q̃ nõ sit sola datura Deu.viii.

Vitam credentis facilis substantia panis,
Sed sermone dei complet pia pectora uirtus.
Rursus at ille dolos uersutis artibus aptans
Nectere tentator properat, nam mœnibus urbis
Mox inferre pedem sensit, uis liuida Christum
Culmine marmoreo tendit consistere templi.
Tunc sic aggreditur uocis fallente ueneno.
Si deus est uere genitor tibi, culmine templi
Aera per uacuum saltu iaculabere corpus.
Testis erit scriptura tibi, quæ spondet aperte
Mādatū summi genitoris id esse ministris Psal.xc.
Vt lapsum studeant casu defendere corpus,
Et famulis manibus curent tua membra leuare
Ne lapidis lædat summas offensio plantas.
Reddidit his dictis Christus contraria dicta,
Me meminisse magis scripti cœlestis oportet, Deut.
Ne uires domini fidens audacia tentet. v.
Rursus in abrupti montis consistere celsis
Mox furibunda magis sensit fallacia Christum.
Ostendens illi fulgentia regna per orbem,
Cernis ait, quæ sit tantarum gloria rerum?
Cuncta tibi possum iam iam concedere regna,
Talia donantem si me ueneratus adores.
Tunc sic instantem dictis reiecit Iesus,
Effuge pestiferi rabies uesana ueneni,
Hæreat ut semper nobis immobile iussum, Deu.v.
Vt iustus cœli dominum deuotus adoret,
Vnius & famulans ueneretur numen in æuum.
Talibus excussus fugit per deuia dæmon.

Iesus Ioanne capto, secedit in Galilæam Mat.iiii. Mar.i.

Ille ubi Ioannem cognouit carceris umbris
Submersum, tristi compressit corde dolorem.
Finibus & statuit Zabulonum ponere sedes.
Vt dictum Isaiæ cōcurreret ordine secli Isaiæ.ix.
Terra Zabulonum, & regio cui Neptala nomen,
Et uia trans pelagus longe, Galilæa'que arua,

Trans & Iordanem gentes, populi'que tenebris
Inclusi, magnum lumen subitum'que uidebunt.
In mortis'que illis umbra residentibus, alma
Exoritur fidei resplendens luce uoluntas.
Ergo instare dei regnantis munia Christus
Nunciat, increpitans præconia larga salutis.

Petrum, & Andream, Ioannem & Iacobum piscatores conuocatos Mat.iiii. Mar.i.

Præteriens'que uidet ponti per littora fratres,
Præsolidum Simonem dignum cognomine Petri,
Andream'que, simul sinuosa uolumina lini
Piscibus insidias disponere marmoris undis.
Nunc inquit pisces capitis maris æstibus altis,
Sed me si libeat sectari, fortia uobis
Prouenient hominum præpulchra indagine lucra. inquisit.
Illi confestim firmato pectore certi
Retibus abiectis, pariter præcepta sequuntur.
Post fratres geminos Iacobum Ioannem'q;, marinis
Insidias gregibus, maculoso innectere textu
Vt uidit, similem'que dedit de littore uocem.
Illi Zebedeum genitorem in pupe relinquunt
Illico, sectantes pulcherrima iussa salutis.

Iesus Galilæam circuiens pœnitentiā prædicat, & uarios langores hoīum curat. Mat. iiii. Mar.iii. Ioannis.vi.

Ex in per terram Galilææ, sancta serebat
Insinuans populis regni præconia Christus,
Donabat'que citam inualidis, ægris'que medelam.
Et mox crebra procul Syriam iam fama tenebat,
Mille sonans linguis præsentia munera Christi.
Denique certatim langores tabe peresos,
Diuersis'que malis nexos, quis longa dolore
Absumpsit populans membrorum robora tabes,
Monstrabant Christo, facili sed munere cunctos
Reddebat propere miranda ad gaudia sanos.
Iam'que animæ ipsius morbi, sæui'que furores

Et lunæ cursum comitata insania mentis
Discessere, graui sermonis pondere iussa.
Illum stipantes miracula magna mouentem
Mixtæ sectantur turbæ, Solymi'q;, Syri'que,
Et Iudæa frequens populis, Galilæa'que plebes,
Quos & Iordanis dirimit stagnante fluento.

Qui beati futuri sint. Mat v. Lucæ.vi.

Hos populos cernens, præcelsa in rupe resedit,
Ac sic discipulis gremium cingentibus infit.
Felices humiles, pauper quos spiritus ambit,
Illos nam cœli regnum sublime receptat.
His similes mites, quos mansuetudo coronat,
Quorum debetur iuri pulcherrima tellus,
Hic modo lugentes solatia digna sequentur.
Pabula iustitiæ, qui nunc, potus'que requirunt,
Illos plena manet saturandos copia mensæ.
Felix qui miseri doluit de pectore sortem,
Illum nam domini miseratio larga manebit.
Felices, puro cœlum qui corde tuentur,
Visibilis deus his per secula cuncta manebit,
Pacificum deus innumerum sibi prolis adoptat.
Felices nimium, quos insectatio frendens
Propter iustitiam premet, iis mox regia cœli
Pandetur. gaudete operum, quos iusta tenentes
Vrgebit præceps stimulis iniuria sæuis.
Plurima nam merces uobis seruatur in æthra,
Namq; prophetarum fuit insectatio talis.

Apostolos sal terræ uocat. Mat.v.
Mar.ix. Lucæ.xiii.

Discite uos hac in terra salis esse saporem,
Hic sapor, amissa si iam uirtute senescit,
Quæ salis absumptos acuet substantia gustus,
Nec quisquam uani post hæc superest salis usus,
Ni longe abiectum cuncta ut uestigia calcent.

Iidem lumina mundi dicuntur. Mat.v.
Mar.iiii. Lucæ.viii. & xi.

Vos estis mundi clarum (ne abscondite) lumen

Nam quis præcelsis impostam rupibus urbem
Occultare queat, uestrum sed lumen ad omnes
Proueniat, rerum'qꝫ decus sub luce serena
Ponatur, cunctis genitoris gloria uestri
Laudetur, celsi thronus est cui regia cœli.

Quod non uenerit soluere legem, sed adimplere. Mat.v.

Non ego nunc priscas leges dissoluere ueni
Vertere nec ueteres, ponunt'que iussa prophetæ
Omnia nam uobis per me complenda manebunt.
Vera loquor, donec cœli, terræ'que, maris'que
Interitus ueniat, legis nec littera saltem,
Aut apicis parui gracilis distinctio deerit
Omnia quin fiant digesto ex ordine secli,
Si quis enim minimã mãdati soluere partẽ Iaco.ii.
Ausus erit, pariter'que homines suadendo docebit
Hic minimi nomen cœlesti in sede tenebit.
At quicunque operis proprii moderamina seruans
Inuiolata simul tradet præcepta priorum
Magnus erit, magni'que feret trans sydera nomen.

De homicidio. Mat.v.

Audistis ueteris iussum moderamine legis, Exo.xx.
Humano si quis macularit sanguine palmas,
Ille reus ferro persoluet uindice pœnas.
Ast ego præcipiam, ne quis consurgere in iras
Audeat, atque odio fratris feruente moueri.
Nam reus hic, æquo pœnas sub iudice reddet.
Nec minor illorum conuicia flamma sequetur,
Qui fatui, miseri'ue cient sub nomine fratrem.

De oblatione. Mat.v.

Sin offerre uoles, ueneranss altaria donis,
Et tua tum tacite mentis penetralia tangent,
Quod tibi sit cum fratre domi suscepta simultas
Munera cuncta adytis illic admota relinque,
Et prius ad pacem properans transcurre petendam
Fraterno demum iam conciliatus amori
Offer grata deo tranquillo pectore dona.

Aduersario

Aduersario, uirtuti scilicet & ratiõi, quæ uitiis
aduersantur, cõsentiendum esse in
uia, hoc est in uita. Math.v.

E st tibi præterea semper contraria uirtus
Corporis hoc casti celeri curetur amore,
Dum rapidæ tecum graditur per compita uitæ.
Accusabit enim polluti corporis usus,
Et te sublimi statuet sub iudice uinctum.
Damnatum rapient ad uincula sæua ministri.
Nec prius è tenebris solueris carceris atri,
Vltima q̃ minimi reddatur portio nummi.

Adulterium fugiendum. Math.v.Exo.xx.

Haud ignota reor uobis stat cautio legis
Corpus adulterio prohibens, sed nunc mea iussa
Occulta internæ frenent molimina mentis,
Nec minus optati, q̃ facti pœna luenda est.

Eruendum esse oculum, & amputan
dam esse manum, si errarint.

S i te forte oculi dextri laqueauerit error,
Authorem miseræ properans conuellito labis
Et iaculare procul, nam membrum perdere præstat
Exiguum, flammis q̃ totum tradere corpus,
Perpetuis'que animam pariter conuoluere pœnis,
Et si dextra manus mentem per deuia ducit,
Erroris causam præstat decidere ferro,
Quam totum æternis corpus concedere flammis.

Vxorem non nisi ob adulterium dimitten
dam, Math.v.&.ix.Mar.x.Lu.xvi.

Præcipiunt ueteres, si quis connubia rumpet. Deu.
Scribere discidium iuris feralia uerba. (xxiiii.
Sola uiri recte discedet adultera tectis.
Ast aliæ maneant, nam casti iura pudoris,
Authore amittet mulier deserta marito.

Non esse iurandum ullo modo, sed est & non est
dicendũ. Math.v.&.vi.& Iaco.v. & Leuitici. xix.

Antiquæ leges prohibent periuria linguis,
Sed nostris cedat iurandi audacia iussis,

Nec fas est homini cœlum iurare per altum,
Quod sedes domini est, nec quæ uestigia gestat
Terra dei, Solymæue urbis uenerabile nomen.
Quod regis magni patria est, iurabitur unquam.
Nec caput in proprium cuiquam iurare licebit,
Nanque potestatem minimi non esse capilli
Cernitis album'ue, aut nigrum mutare colorem.
Est est ferte, quod est, quod non est, dicite non est.
Quod superest istis, totum fallaciter ægro
Suggerit obreptans animo uis tetra ueneni.

Qualem quisque inflixerit pœná, talẽ & ipse sustinere cogebatur. ꝙ par pari ueteri lege refererendum. Math. v. Exo. xxi. Leuitici. xxiiii. Deu. xix.

P eruulgata diu legis præcepta tenetis,
Lædentem semper similis uindicta sequatur,
Sed tranquilla malum melius patientia uincet
Si tibi quis partem palma percusserit oris,
Mox aliam uultus partem præbere memento.
Auferat aut tunicam si quis ui iudicis instans,
Cede libens, pariter'que ferat tua pallia secum.

Iubenti ire uiam, onus'ue ferre, parendum. Marci. v.

S i te forte aliquis passus per mille iubebit
Ire uiam, grauis atque oneris perferre laborem,
Mox perges, aliud'que uiæ comitabere duplum.

Elemosynas erogandas & mutuum dari dum gratis. Math. v.

S i quis egens poscet, uel si simulabit egentem
Ex animo miserans largire, aut mutua si quis
Orabit, tribue, & mitem ne subtrahe uultum.

Diligendos esse inimicos. Math. v. Lu. vi

Nec tibi sit placitum solis succurrere amicis,
Nec cæcis odiis inimicos ducere dignos.
Quin ego pæcipiam semper blando esse per omnes.
Obsequio, precibus'que deum mollire benignis
Pro uita ipsorum, qui uos excindere gaudent,

Aduersis'que truces animis, odiis'que secuuntur.
Nam genitor noster communia lumina solis,
Communes'que dedit pluuias, iustis'que, malis'que.
Quod si coniunctos tantum ueneramur amicos,
Quis locus hic iuste poterit mercedis haberi?
Seruit amicitiæ tantum gens dedita lucris.
Sed uos perfecto similes estote parenti.

Ostentationem inanem in bonis operibus uitandam esse. Math.vi.

i cui iustitiæ pandetur pulchra facultas,
Deuitate oculos hominum, nam nulla manebit
Merces in cœlo, quæ factum tale sequatur,
Vt laudet tantum sterilis iactatio uulgi.
Sed quod dextra facit, facias nescire sinistram
Conueniet, iustis meritis condigna rependet
Occulti solus scrutator præmia cordis.

Captationem laudum in oratione declinandam. Math.vi.

S unt quos prætumidæ tollit iactatio mentis,
Et precibus propriis gaudent assistere turbas,
Multifluis'que diem uerbis ducendo fatigant
His uotis pompæ fructus succedit inanis.
Sed secreta domus precibus penetralia castis
Claudantur, paucis'que deum uenerabere uerbis
Scit pater ipse, tui quæ sit trepidatio cordis
Nil absente deo loquimur. nil abdita clausum
Pectoris antra tegunt, præsens Deus omnia cernit.
His igitur uotum placeat concludere uerbis.

Oratio Dominica. Math vi. Lucæ.xi.

S ydereo genitor residens in uertice cœli,
Nominis oramus ueneratio sanctificetur
In nobis pater alte tui, tranquilla'que mundo
Adueniat, regni'que tui lux alma patescat.
Sic cœlo, ut terris fiat tua clara uoluntas.
Vitalis'que hodie sancti substantia panis
Proueniat nobis, tua mox largitio soluat
Innumera indulgens erroris debita praui.

Et nos haud aliter concedere fœnera nostris
Tetri sæua procul tentatio dæmonis absit.
Eque malis tua nos in lucem dextera tollat.
Tunc etenim genitor populis delicta remittet,
Si uestra alterni uobis peccata uelitis
Cedere, nec durum erratis intendere pectus.

Ieiunandum esse, non tamen ad captandam famã, ut faciunt hypocritæ. Math. vi.

Sunt etiam pergrata deo ieiunia plebis,
Sed propriam multi faciem fœdare laborant,
Quo uanam captent hominum ieiunia famam.
Tu uero & grato crinem madefactus oliuo,
Lætantem puris de fontibus ablue uultum
Vt solus genitor deuoti pectoris aptum
Seruitium cernens, laudet, meritum'què rependat.

Terreno Thesauro non esse imminendum, sed cœlesti Math. vi.

Vanum est defossis terra inuigilare talentis.
Illic erugo & tineæ dominantur edaces.
Cuncta'que diripiunt fures egesta latebris.
Condite Thesauros uobis in uertice cœli
Non erugo illos, tineæue, aut horrida furum
Pactio diripiet, uobis ubi condita res est,
Illic corda etiam simili ditione tenentur.
Corporis ẽ lumẽ, quo publica lumina cernis. Lu. xi.
Sed si pura acies oculis, simplex que nitebit,
Clare totius splendebunt corporis artus.
Sin uero neq̃ fuerit, prauum'que uidebit.
Obscuræ incumbent super omnia membra tenebræ.
In nigras lumen sed si conuertitur umbras,
Ipsis horror erit quàntus sine luce tenebris.

Non posse quenq̃ seruire duobus dominis. Item nimiã ciboꝶ, & uestiũ curã e' corde elimandã, nec plus æquo solicitos eẽ oportere Math. vi. Lu. xvi.

Nemo potest dominis æque seruire duobus.
Vnius aut odiis cedet, uel cedet amori.
Nec pariter dominum seruus patietur utrunque.

Haud unquam poterit quis, diuitiis'que, deo'que
Inseruire simul. Sed uos hæc iussa tenete.
Sollicitet ꝑprio ne uos pro corpore uestis. Mat.vi.
Neu faciles uictus ægra disquirite cura. (Lu.xii.
Non'ne animam pluris facimus q̃ corporis escas?
Aut dubitat corpus quisquam præponere uesti?
Aerias spectemus aues, num uomere presso
Terga soli subigunt? iaciunt aut semina farris?
Aut segetum culmos incurua falce recidunt?
Proueniet tamen his facies, potus'que, cibi'que.
Non'ne deo magis est hominum curatio cordi?
Nec dignum fuerat uestis suspendere curam
Pectoribus, si nunc habitam transire figuram
Per se nemo potest, aut quicquã imponere membro,
Cernite per pingues agros ut lilia florent,
Nonulli tamen his unquam incubuere ligones.
Nec Salomona grauem cum regni diuitis aula
Afflueret, talis contexit gratia uestis.
Quod si pratorum, fruticum'que uirentia læta
Ipse deus uestit, nostris obnoxia flammis,
Cur uobis potior non est fiducia patris?
Ergo cibum, potum, uestem'que & inania cuncta
Gentibus infidis, terrenam linquite curam.
Vos potius digne cœlestia quærite regna,
Iustitiam'que dei. spontanea cætera currunt.
Crastina nec uobis curetur copia rerum.
Quisque dies sibimet satis est pro fraude diurna.

Non esse temere iudicandum. Tum cernere nos festucam in alieno oculo, trabẽ uero in nostro non sentire. Item non iaciendas esse porcis margaritas. Math.vii. Lucæ.vi.

Iudicium uestrum fugiat damnatio sæua.
Nam dominus uestri iuris documenta sequetur
Quæcunque in terris statuetis tempora capti,
Hæc eadem uobis genitor seruabit in æthra,
Mensuram tibi quam ponis, portare necesse est,
Cernis adhærentem festucam in lumine fratris,

Nec tamen in proprio tignum consistere sentis,
Atq; oculum prius alterius purgare laboras.
Diripe sed proprio fallax de lumine trabem,
Tum minimam alterius curabis demere aristam.
Ne canibus sanctum dederitis, ne'ue uelitis
Turpiter immundis iactare monilia porcis.
Nanque illa in cæno pedibus subiecta iacebunt,
Conuersi'que sues uasto uos uulnere rumpent.

Petendum, quærendũ & pulsandum esse.
Math.vii. Lucæ.xi. Ioan.xvi.

Poscenti dabitur, quærens inuenta tenebit,
Pulsanti'que aditus foribus pandetur apertis.
Vos homines natis panem poscentibus omnes
Num lapidem dabitis? piscem'ue petentibus anguẽ?
Vos inquam rigidi quibus alte est insita cordi
Duricies, uestris dabitis semper bona natis,
Indulgens hominum genitor bona mitia digne,
Quam præstare magis gaudet poscentibus æquis?
Quæ cupitis uobis hoĩum bñfacta uenire, Thob.iiii.
Hæc eadem uestro cunctis præstate fauore.
Hæc legis summa est, hoc ius dixere prophetæ.

Latã esse uiã, quæ ducit ad perditionem,
Angustam uero quæ ad salutẽ.
Math.vii. Lucæ.xiii.

Ite per angustam iusti super æthera portam.
Quam lata & spaciosa uia est, quæ limite leuo
Præruptum conuoluit iter caligine mortis,
Innumeræ'que illam penetrant per prona cateruæ
Vitalis uastis stipatur semita saxis,
Celsa'que uix paucos ducet per scrupea uirtus.
At si quos nimium fallax, illex'que malorum
Planicies suasit deformi lubrica lapsu,
Arripit hos, pronos'que trahit uelut impetus amnis,
Aut alacer sonipes ruptis effrenus habenis,
Aut rectoris egens uentosa per æquora puppis.

De pseudoprophetis & hypocritis. Math.vii.

Obseruate illos, falso qui nomine uobis

Insidias faciunt, appellantur'que prophetæ.
Hos ouium species uestit, sed sæua luporum
Pectora fraude tegunt, lacerant'que incauta trahentes
Agmina credentum, sæuus quos decipit error.
Fructibus e propriis noscuntur talia monstra,
Quem'q; petat finem fallax doctrina uidendum est.
Quapropter rerum molitio perspiciatur.
Nam neque de tribulis ficus, nec sentibus uuas
Prouenisse unquam ruris per terga notastis.
Vtque arbor proprio uestitur germine pomi,
Sic dolus illorum fructu monstrante patescit.

Non qui dicunt domine domine intraturos in regnũ cœlorũ, sed q faciũt iussa dei. Math. viii.

Non ego palpantum uerbis & honore mouebor,
Nec me q dominum præblanda adulatio dicit,
Præmia cœlestis capiet spontanea sedis,
Illi sed merito gaudebunt munere regni,
Qui faciunt nostri genitoris iussa uolentes.
Adueniet mox summa dies, quæ iure seuero
Præmia iustitiæ tribuet, sceleri'que gehennam.
Tum mihi multorum clamabit talia fletus,
Non'ne tuo quondam nobis sub nomine uirtus
Extitit, & nostris parebant omnia iussis?
Sæpe etiam nostra est uox annumerata prophetis,
Seruiuit'que tuo nobis sub nomine dæmon.
Tunc iurabo illis q talis cognita nunquam
Vita mihi est hominum, gestis quæ sordet iniquis.

Domum supra petram ædificatã, manere illæsam supra harenã uero, ruere. Math vii. Lucæ. vi.

Quisque meis monitis, aures'que & facta dicabit,
Hunc æquabo uiro, solidis fundamina saxis
Ponenti, librata super quæ mœnia surgent.
Illa domus pluuiis, uentis'que illæsa manebit,
Torrentum'que minas firmato robore uincet.
Hærent immoto quoniam fundamine petræ.
Qui uero auditu tantum mea iussa tenebit,

Diuersis'q; procul factis per lubrica perget,
Hunc similem faciam, uolucri qui fulcit harena
Fundamenta domus, cui mox ut flammina uenti
Et pluuia effusis cœpere incumbere riuis,
Omnis subuerso procumbit pondere moles,
Insequitur'que graui tectorum strage ruina.
Talia dicentem magna admiratio plebis
Immensum stupuit, quoniam transcenderet alte
Doctrinam ueterum, Christo concessa potestas.

Descendens Iesus de mõte leprosum curat.
Math.viii. Mar.i. Lu.v.

Denique linquentem celsi fastigia montis
Stipabat gaudens populorum turba sequentum,
Ecce sed horrenda confixus uiscera tabe,
Quem toto obsessum fœdarat corpore lepra
Procubuit uenerans iuuenis, Christum'q; precatur,
Vt careat tandem langoris pondere tanti,
Sufficiat uoluisse tuum, Tum dextera Christi
Attactu solo purgauit lurida membra,
Incolumi'que dehinc cælare hæc gaudia iussit,
Et legi parens, offerret munera templo.

Puerum Centurionis paralyticum
curatum. Math.viii. Lu.vii.

Inde recedenti, supplex se protinus offert
Centurio, & precibus proiectis talibus orat.
Impubis pueri cruciatur spiritus æger,
Cuius cuncta tepens membrorum munia langor
Dissoluit, uitam'que tenet iam pœna superstes.
Sed iussu miserere precor, nam tecta subire
Crimina nostra uetant uitæ lucis'que parentem,
Nunc uerbo satis est iubeas remeare salutem.
Subiectos mihi sæpe uiros, sic nostra potestas
Officiis uerbo iussis parere coegit.
Dixerat. Ille uiri motus precibus'que, fide'que,
Talia conuersus populo dat dicta sequenti.
Haud unquam talem memini me gentis auitæ
Inuenisse fidem, sed ueris discite dictis,

Quod multos homines diuersis partibus orbis
Progenitos, cœli regnum sublime uocabit,
Cum patribus uestris uitali accumbere mensæ,
Progenies quorum cæcis dimersa tenebris,
Dentibus horrendum stridens, fletum'q; frequẽtans,
Perpetuis pœnam cruciatibus acta subibit.
At tibi iam iuuenis mentis uirtute fidelis,
Vt credis, ueniet fructus cum luce salutis.
Dixerat, & dicto citius cum uoce loquentis
Ad puerum celeris percurrunt munera uerbi,
Ingressus'que domum miles properante recursu,
Præuenisse dei lætatur dona medentis.

Socrum Petri febricitantem tactu liberatã.
Math. viii. Mar. i. Lucæ. iiii.

Aedes inde Petri sanctus penetrabat Iesus,
Cuius anhela socrus, æstu, febri'que iacebat.
Vtque illi dextram tetigit saluator Iesus,
Sana ministerium præbebat fœmina mensis.

I.P.H. DE EVANGELICA HISTORIA LIBER SECVNDVS.

Plurimos ægrotos curatos, ac uerba domini
ad Scribam, qui eũ sequi uolebat.
Math. viii. Lucæ. ix.

iAmque dies prono decedens lumine, pontum
Inciderat, furuam' que super nox æmula pallam
Syderiis pictã flãmis pater inane trahebat,
Cum multos homines, mentis langore ruentes,
Deuinctas 'que animas scelerata dæmonis arte
Certatim populi cæca iam nocte ferebant.
Sed uerbum Christi, tanto langore remoto
Omnibus indulgens, præbebat munera patris.
Ecce sed exortas maior cum luce tumultus

Gratantis populi, cum turbis anxius ille
In mare ueliuolum celsam deducere iussit.
Discipulis puppim precibus tum scriba profusis
Nauigio sancti pariter poscebat abire.
Illi Christus ait, quo me tu scriba sequeris?
Vulpibus in saltu rupes excisa latebram
Præbet, & aeriis auibus dat silua quietem.
Ast hominis nato, nullis succedere tectis
Et licitum, gentis sic sunt molimina uestræ.

Iesus discipulo præcipit ut sequatur patre inhumato relicto. Math.viii.

Tunc e' discipulis unus sic ore rogabat,
Vltima defuncto debentur munera patri,
Sed spacium tribuat nobis tua sancta uoluntas,
Vt liceat miseri genitoris condere corpus.
Christus ad hæc, calcem potius comitabere nostrum,
Et sine defunctis defunctos condere terræ.

Iesum in naui dormienté excitant discipuli quo tẽpestatem sedet. Mar.iiii. Lu.viii.

Conscendunt nauem, uento'que inflata tumescunt
Vela suo, fluctu'que uolat stridente carina.
Postq̃ altum tenuit puppis, consurgere in iras
Pontus, & immensis hincinde tumescere uentis
Cœpit, & ad cœlum rapidos sustollere montes.
Et nunc mole ferit puppim, nunc turbine proram,
Illisos'que super laterum tabulata receptant
Fluctus, disiecto'que aperitur terra profundo.
Interea in puppi somnum carpebat Iesus.
Illum discipuli pariter, nautæ'que pauentes
Euigilare rogant, ponti'que pericula monstrant.
Ille de hinc, q̃ parua subest fiducia uobis.
Infidos animos timor irruit, inde procellis
Imperat, & placidam sternit super æquora pacem.
Illi inter sese timidis miracula miscent
Colloquiis, quæ tanta illi permissa potestas,
Quod'ue sit imperium, cui sic freta concita uentis,
Erectæ'que nimis submittant colla procellæ.

conatu

In terra Gerasenorũ dæmonia ab hoĩe expulsa, & in porcos missa. Math. viii. Mar. v. Lu. viii.

I am Gerasenorum steterat sub littore puppis,
Ecce sed egresso iuuenis (mirabile dictu)
Occurrit, miseram cui mentem spiritus ater
Horrenda implebat lacerans uirtute furoris.
Illi grata domus terris habitare sepulchris,
Nec poterat rapidum quisquam retinere furorem,
Fortia quinetiam rumpebat uincula ferri,
Scindebat'que graues, ut lanea fila cathenas.
Et iam compedibus leuis insultare soluto
Ludus erat, saxis'que ferum concidere pectus.
Isque ubi pergentem Christum per littora uidit,
Cum clamore ruit, longe'que accurrit adorans.
Regnantis semper domini certissima proles,
Oramus ne nos solitæ regionis ab oris
Excutias, ualde tormentis excruciatos.
Nam nomen legio est nobis, multos'que sub uno
Nomine consociat flatus uis sola nocendi.
Cernis ut immundi subigunt hæc pascua porci,
His saltem liceat rabiem satiare repulsam,
Per patris altithroni nomen sublime rogamus.
Imperat his hominis mentem dimittere Christus,
Porcorum'que sinit gregibus finire furores.
Iamq; hominis stupidum discusso dæmone pectus,
Insperata suæ ueneratur dona salutis,
Et iam præcipites, scopulorum margine porci
In mare deiecti, properant disperdere uitam.
At uero e' speculis, miracula tanta pauentes
Diffugiunt, urbis'que ruunt ad tecta subulci.
Et famam spargunt, populos'que ad littora cogunt.
Insanum uero iuuenem postquam resipisse
Credere cernentum populorum turba coacta est,
Orabant pauidi regionem linqueret illam.

Iesus paralytico sanato iussit abire, humeris impo/sito lecto. Math. ix. Mar. ii. Lu. v. Io. v.

I nde domum repedat terrarum lumen Iesus.

Ecce reuertenti, iuuenis torpentia membra
Officium quorum morbus dissoluerat acer
Ante pedes ponunt tepido recubantia lecto.
Quem miserans animo, uerbis compellat Iesus,
Assit certa tuæ iuuenis constantia menti.
Nam tibi præteritus uitæ donabitur error,
Hoc dictum scribæ mentis per operta malignæ
Carpebant, q uerba dei uirtute ferenda
Protulerat Christus, sed pectora talia cernens,
Hoc inquit uerbum scribarum dicta retrectant,
Quod quantum facile fuerit dixisse, sequentis
Et dicti & facti pariter uirtute probabo,
Vt mihi concessum peccata remittere cernant.
Quapropter iuuenis firmato corporis usu
Surge uigens, stratum'q; tuum sub tecta referto.
Surrexit, lectum'q; humeris iam fortibus aptat,
Per medium'q; uigens populi mirantis abibat.
Tunc timor & laudes domini per pectora plebis
Concelebrata simul miracula læta frequentant.

Matheus ad apostolatum uocatur.
Math. ix. Marci. ii. Lucæ. v.

P rogrediens tunc inde ad uectigalia, uidit
Consessu in medio Mattheum, protinus illi
Discipulis hærere iubet, nihil ille recusans,
Imperio Christi paret, gaudet'que secutus.

Philippus ad apostolatum uocatur, & uerba Christi ad Nathanaelem. Ioan. i.

I nde iter ingrediens, simili sermone Philippum
Hortatur, comitem'que suis asciuit amicis.
Ille ubi cognouit Christi uires'que, uiam'que,
Tum primum iusto concurrit Nathanaeli.
En nostris inquit concessum est uisere seclis,
Quem uoces ueterum, & sancti cecinere prophetæ.
Hunc genuit ueniens Dauidis origine Ioseph,
Nazara cui felix patria est, & nomen Iesus.
Ille refert genuit quicquam si Nazara, miror,
Quod dignum tantis unquam uirtutibus esset.



Inde Philippus ait, cernens dubitare quiesce,
Progrediens'que uide, nam oculis spectare licebit.
Illum ubi tendentem longe respexit Iesus,
Vir ait hic iustus, cui pectora nescia falsi
Virtutem puram seruans, sine fraude maligna.
Ille sub hæc. ubi nam, uel quo me tempore nosti?
Cui dominus dicta hæc diuino pectore promit.
Cum te diffusæ tegerent umbracula ficus,
Ante etiam q̃ te uocitarent uerba Philippi
Vidit, & elegit comitem te spiritus author.
Talibus attoniti sequitur uox Nathanaelis,
Progenies ueneranda dei, rex inclyte gentis,
Tu populis, terræ'que salus, uitæ'que magister.
Christus ad hæc, facilis suasit tibi credere uirtus
Arborea ꝙ te uidi recubare sub umbra,
Sed maiora dehinc rerum miracula restant,
Cernetis pariter totum se scindere cœlum,
Atque dei celeres æthram penetrare ministros
Inde hominis nato, claram deferre coronam.

Iesus cum discipulis uocatus ad nuptias
aquā in uinum conuertit. Ioan. ii.

Interea thalamis connubia festa parabant
In regione Chanaan, ubi mitis mater Iesu
Cum nato pariter conuiuia concelebrabant.
Vina sed interea conuiuis deficiebant,
Tum mater Christum per talia dicta precatur.
Cernis lætitiæ iam defecisse liquorem?
Assint nate bonis ex te data munera mensis.
Illi respondet terrarum gloria Christus,
Festinas genetrix, non dum me talia cogit
Ad uictus hominum tempus concedere dona.
Mensarum tunc inde uocat lætata ministros
Mater, & imperiis nati parere iubebat.
Sex illic'fuerant saxis præpulchra cauatis
Vascula, quæ ternis aperirent ilia metris,
Hæc iubet e' fontis gremio complere ministros.
Præceptis parent iuuenes, undas'que coronant.

Completis lapidum labiis, tum ſpuma per oras
Commiſtas undis auras ad ſumma uolutat.
Hinc iubet ut ſummo tradant guſtanda miniſtro.
Ille ubi percepit uenerandi dona ſaporis
Neſcius in uini gratum tranſiſſe liquorem
Egeſtas nuper puris de fontibus undas.
Increpat ignarum ſponſum, q̧ pulchra reſeruans
Deteriora prius per menſas uina dediſſet.
His ſignis digne credentum diſcipulorum
Perpetuam ſtabili firmauit robore mentem.

Ieſus emētes & uēdentes eiecit de tēplo.
Mat.xxi. Mar.xi. Lucæ.xix. Ioā.ii.

Inde ubi Iudæis aderant ſollennia paſchæ
Ad Solymos direxit iter, templum'que ſubibat.
Repperit hic populum uenalia multa locantem
Pars uendebat oues, pars corpora magna iuuencum,
Pars inhians nummis, menſas onerauerat ære.
Reſtibus hic Chriſtus connectit uerbera flagri,
Et tales populos ſancta perturbat ab æde,
Et menſas uertens, æris'que profudit aceruos,
Et ſuper increpitans, procul hæc auferte prophani,
Vt meus hic genitor, non ſordida lucra colantur.

Iudæi a' Ieſu ſignum petunt. Ioan.ii.
Math.xvi. Marci.viii.

Nunc poſcens ſignum plebes Iudæa fremebat,
Quo fidens animos in talia facta leuaret,
Ventura obſcuris tunc Chriſtus talia miſcet.
Soluite pollutis manibus uenerabile templum.
Hoc ego reſtituam, cum tertia lumina ſolis
Incipient rutilum terris infundere lumen.
Illi inter ſeſe tractantes murmure cæco,
Illud aiunt, uix ſex & quadraginta per annos
Conſtructum ueteris regni molimine templum,
Tu poteris tribus in ſpaciis renouare dierum?
Hoc uerbum quondam poſt tempora debita, dignī
Cognouere uiri, proprio de corpore Chriſtum
Delubrum dixiſſe dei, ſed ſigna uidentes

Tum multi cœpere fidem, sanctum'que secuti.

Iesus Nicodemũ alloquitur de Baptismate, & aliis multis. Ioan.iii.

Nocte sub obscura, celso sublatus honore
Primorum procerum iudæi nominis unus
Venit, & ad Christum submissa uoce profatur.
Haud dubium est, quin larga dei te sancte uoluntas
Humanis lucem concessit surgere rebus.
Nec quisquam tantis tribuit miracula signis,
Ni comitata diu iubeat splendescere uirtus.
Christus ad hæc, callis iusti si culmina quæris,
Nullus ad excelsum poterit conscendere regnum,
Reddita ni penetret nascendi exordia rursus,
Atque nouam capiat diuino munere uitam.
Ille autem tantis stupefactus corda loquelis,
Hoc inquit nostræ non est comprendere mentis.
Quis poterit cœptæ reuocare exordia uitæ?
An rursus senior matris correptet in aluum,
Vt nouus in lucem ueniat, uitam'que resumat?
Ille sub hæc, liquido si quis de fonte renatus,
Et flatu sancto rudibus consistere membris
Cœperit, æthercam liber conscendit in aulam.
Terrenum corpus terreno corpore natum est.
Spiritus haud aliter similem generat sibi flatum,
Spiritus hic deus est, cui parent omnia mundi.
Hic ubi uult, quocunque uolat, uocem'que per auras
Iactat, sed nescis quæ sunt exordia uocis,
Quam'que petant eius currentia flamina partem.
Quisque igitur iustæ repetit primordia uitæ,
Hunc similem sancti flatus reuiuiscere certum est.
Et Iudæus ad hæc, nihil horum cernere possum.
Talia tum Christus, Solymorum magne magister,
Israelitarum sublimis gloria gentis,
Tu ne etiam mentem uitæ de lumine raptam
Demerges præceps, furuis miserandæ tenebris?
Nec potes obtuso comprendere talia sensu?
Ecce fides nulla est, tantum terrestria dixi,

Quid si cœlestis uires conscendere sermo
Cœperit, & superas rerum comprendere formas?
Quis uestrum duram poterit mihi pandere mentem?
Accipite ergo nouis quæ sit sententia rebus.
Sydereum nullus poterit conscendere cœlum
Ni solus cœli, qui missus uenit ab aula. Ephe.iiii.
Idem hominis natus, cœli qui in sede moratur
Vt serpẽs olĩ uastæ regionis ĩ oris Nu.xxi.Io.viii.
Moseis manibus summo sublat⁹ honore est, (&.xii.
Sic hominis natum tolli in sublime necesse est.
Vt quicunque fidem mentis penetralibus altis
Illius ad numen statuet, sub turbine secli
Conculcet pedibus letum, & trans sydera surgens,
Sublimis capiet donum inuiolabile uitæ.
Nanque deus mundum tanto dilexit amore,
Eius ut in terras descenderet unica proles,
Credentes domino uitæ iunctura perenni,
Nec deus hunc natum disquirere iure seuero,
Iudicio'ue truci terras expendere misit,
Mitia sed populis ueniant ut munera uitæ.
Nanque, ubi certa fides fuerit complexa salutem,
Non erit ulla anceps illic agitatio iuris.
Ast ubi dona procul fuerint exclusa medelæ,
Iam propria ipsorum mentem damnatio torquet.
Vnica nam domini fuit his incognita proles.
Aduentum lucis miseri fugere supernæ,
Et magis amplexi cæcas tenuere latebras.
Sic quicunque malis mentem maculauerit actis,
Ad tenebras pauidus refugit, ne lumine claro
Sordida pollutæ pateant contagia mentis.
At quicunque piæ tenuit uestigia uitæ,
Ad medium properat, lucem' que nitescere gaudet
Splendeat ut claris uirtutis gloria factis.

Iesus cum muliere Samaritana
loquitur. Ioã.iiii.

Inde Galilæam repetit saluator Iesus,
Præteriens sed forte uenit Samaritida sichen.

Illic

Illic fundus erat, Iacob de nomine pollens,
Et puteus gelido demersus in abdita fonte.
Sederat hic rapido Seruator anhelus in æstu.
Discipuli'que escas mercantes mœnibus urbis
Passim dispersi, solum liquere magistrum.
Mœnibus egrediens Samaritis fœmina uenit
Extractura cauis putei penetralibus undas.
Olli Christus ait, laticis da fœmina potum.
Respondens mulier, mirum mihi præcipis inquit
Vt tibi Iudæo Samaritis fœmina potum
Dispernens ueterum Samaritum iussa, ministrem,
Tum Seruator ait, domini si munera nosses,
Et quis te sitiens putealia pocula poscat,
Tu potius peteres, uiuam tibi traderet undam.
Illa sub hæc, Puteus gremium sinuatur in altum,
Vrceus est nullus, nec sunt tibi uincula funis,
Vnde igitur poteris undam mihi tradere uiuam?
Num tu maior eris nostri uirtute parentis?
Hunc Iacob etenim puteū cum prole bibebat,
Et proprios huc sæpe greges ad pocula duxit.
Illi respondit summi regnator olympi
Ex ista plenæ nullus satiabitur unda,
Nam rursus sitiet, sed nostri dona liquoris
Ardorem excludent æterna in secla bibendi,
Dulcia prouenient nostri cui pocula fontis,
Largior unde fluet uitalis gratia fluctus.
Sed desiderium nostræ si te capit undæ,
Excitus ueniat tecum mox urbe maritus.
Coniugio sese mulier negat esse reuinctam.
Tunc sic prosequitur mentis perspector Iesus,
Fœmina ueridicis loqueris de coniuge uerbis.
Nam tu connubiis nexa es iam quinque uirorum,
Nunc aliena super thalamorum uincula tollis.
Tum mulier, sanctum te certum est esse prophetam,
Sed nostri istius uenerandum montis in arce
Præceptum nobis quondam liquere parentes
At uos in Solymis orandum dicitis oris.

Talia dicenti, mox talia reddit Iesus.
En aderit tempus, montis cum uertice uestri,
Omnibus & Solymis aberit ueneratio longe.
Sed nunc certa salus iudæis surgit ab oris.
Et nunc instantis cursus iam temporis urget,
Cum ueri sanctum genitorem, errore remoto
Cultores iustis armati legibus orent.
Spiritus his ac plena fides erit, & pater altus
Talia conquiret cultorum pectora terris.
Illa dehinc, scimus ꝙ Christus nuntius orbi
Aduentu proprio uitalia secula pandet.
Et tunc peccantum largus miserator Iesus,
Se lumen terris Christum uenisse fatetur.
Et iam discipuli reduces stupuere magistrum
Quod secreta piis potiretur fœmina uerbis.
At properans urnam mulier fontem prope liquit,
Et populum totis eduxit mœnibus urbis.
Omnia nam memorat, sibimet sermone prophetæ
Gesserat ipsa prius quæcunque ex ordine dicta,
Tum propere Christum fusæ petiere cateruæ.
Discipuli interea rogitabant sumeret escas.
Ille satis sibi pulchrorum superesse ciborum
Respondit, sed tum mirantum discipulorum
Inter se occultis currebat sermo loquelis.
Forte aliquis prior hic epulas dedit ante magistro,
Nostras ut merito satiatus respuat escas.
Ille sed internæ cernens molimina mentis.
Hæ mihi sunt epulæ, pectus satiabitur istud,
Si faciam magni genitoris iussa per orbem,
Quattuor hinc menses, letæ ad primordia messis
Frugiferæ æstati certe superesse putatis,
Erigite ergo oculos, albentes cernite campos,
Cuncta'que maturam iam rura exposcere messem.
Nunc quicunque metet, pulchri mercede laboris,
Vitali'que dehinc gaudebit fruge redundans.
Et sator excipiet messorum gaudia lætus.
Vos ego nunc misi grauidam succidere messem,

Quæ non est uestro sulcis inserta labore.
Vos aliena bonæ ditabunt munera frugis.
Talibus alloquiis comitum dum pectora complet,
Ecce Samaritum populi uenere rogantes,
Exorant'que illic geminos expendere soles
Iam'que fides multos plebis fundauerat alta,
Nec iam fœmineis tantum concredere uerbis,
Ipsos sed coram' uirtus manifesta docebat,
Venisset secli ꝙ iam Saluator Iesus.

Filium Reguli a morte liberatum. Io.iiii.

I am'que Galilæam remeauerat in regionem,
Quondam ubi fontanas uino mutauerat undas.
Regius Hic iuuenis, cui natum morbus anhelo
Ardore extremis uitæ torrebat in oris,
Comperit ut Christum certo remeasse recursu
Aduolat, & precibus sobolis pro sorte profusis
Orabat, celeris deposcens dona salutis,
Ne pius ad letum natus traheretur acerbum.
Christus ad hæc signis nisi suadeat omnia uirtus,
Non erat ulla fides, sed perge & sospite uita
Aedibus in uestris dulcem complectere natum.
His uerbis, Fructum mox perceptura salutis
Pulchra fides, animum lætanti in pectore firmat,
Iam'que iter ingresso, properantibus obuia seruis
Nuncia fama uenit, puero resonat'que iacenti
Limine de mortis subitam remeasse salutem.
Ille ubi cognouit certum concurrere tempus
Sanantis Christi uerbis sese'que, domum'que
Mancipat, amplexus fidei uenerabile donum.

Iesus pharisæis murmurantibus de
conuiuio publicanorum di
cit, nō opus esse sanis
medico. Math.ix.
Mar.ii.

F orte dies epulis multos satiauerat unus
Publica conductis qui uectigalia lucris
Professi rapiunt alieno nomine prædam,

Hos cum discipulis simul accipiebat Iesus.
Ecce pharisæi occulto reprehendere risu,
Quod legis doctor conuiuia talia iniret,
Ille sed inspiciens quid pectora clausa tenerent,
Non inquit medicis opus est, ubi fortia membra
Intemerata salus uegetat, uires'que ministrat.
Aegris sed merito miserans adhibenda medela est.
Discite nunc saltem iubeant quid uerba prophetæ.
Non ego sacra magis q̃ mitia pectora quæro
Haud etenim iustos ueni ad directa uiantes,
Sed reuocarê malos peccantum a' limite gressus.

Discipulis Ioannis interrogantibus quare non ieiunarent discipuli eius, parabo lã ꝓponit pãni scissuræ & utris. Math.ix. Mar.ii. Lu.v.

Ecce sed e' numero mirantum munera Christi
Vnus Ioannis quærebat discipulorum.
Cur ipsi legis ieiunia crebra tenerent,
Nulla' que sub Christo plebes ieiunia ferrent?
Christus ad hæc contra placido sic ore profatur,
Qui sponsi lætis comitantur uota choreis,
Non præsente illo ieiunia tristia portant.
Iamque dies aderit, cum sponsus turbine secli
E medio comitum rapietur, tristibus illi
Tuncque dabunt animos lacrymis, horrore ciborum
Languida concipient animis ieiunia flentes.
Quã stultum est rudibus ueteres subtexere pannos
Vestibus, ut turpis peius scissura notetur.
Vtribus aut calidum tritis committere mustum
Quis ruptis totum sequitur disperdere uinum.
Vtribus est rectum rudibus spumantia musta
Condere, sic uinum conseruant fortia uasa.

Intereundũ ad suscitandã filiam principis sacerdotũ mulierẽ a' ꝓfluuio sanguinis sanat Iesus. Math.ix. Mar.v. Lucæ.viii.

Talia tractanti. perculsus pectora luctu,
Ecce sacerdotum princeps procumbit adorans,

Et sibi defunctam funus miserabile natam
Implorat lacrymis, certam'que uenire salutem
Defunctæ uita poscebat munere Christi.
Haud mora consurgens graditur seruator Iesus,
Progressi mulier sequitur uestigia seruans,
Quam langore graui bis sex labentibus annis
Torquebat fluxus lacerans sine fine cruoris.
Viribus absumptis, & toto corpore fessa
Pectoris hæc tacitam uoluebat credula mentem,
Arcana secum'que fide iam certa tenebat
Actutum fesso fugeret ꝙ corpore tabes,
Extremam Christi posset si tangere uestem.
Hæc ubi per populum summi pendentia pepli
Fila manu trepida tractauit, protinus ille
Et causas morbi, & credentia pectora cernens,
Concessit celerem tali cum uoce salutem.
Accipe quod meruit fidei constantia munus.
Et mox constricto uiguerunt sanguine uenæ.
Postq̃ peruentum est ubi funera uirginis, ingens
Plangentis populi fremitus, clangor'que tubarum
Vltima supremæ celebrabant funera pompæ.
Abscedant inquit uestris hæc tristia tectis.
Nanque puella iacet placido dimersa sopore,
Defunctam retur flentum quam nescia plebes.
Talia dicentem ridentum turba reliquit,
Quod morte abreptam dixit dormire puellam.
Sed Christus læti uictor, uitæ'que repertor
Frigentis dextram dignatus prendere dextra,
Surgere mox iussit, miranda ad gaudia patris.

Duo cæci liberantur. Math.ix.

Inde reuertenti clamor se protinus offert
Lumine captorum gressu labente duorum.
Istis Christus ait, si credunt pectora uestra,
Nunc uirtute mea se reddet lumen ademptum.
Illi firmato se credere corde fatentur.
Tunc Christus fatur, credentes cernite lucem
Nec cuiquam nostrum post hæc edicite nomen

Dixit, sed propere per gaudia tanta uidentum
Ardor inexpletus, famam per cuncta ferebat

Dæmonium mutum eiectum, Et turbam ad Iesum confluxisse.
Math.ix. Mar.vij.Lu.xi.

Affertur'que dehinc iuuenis, cui rapta sonore
Dæmonis incursu fuerat substantia uocis.
Ast ubi propulsus fugit de pectore dæmon,
Confestim sanæ redierunt munera linguæ.
Talia mirantis populi, stipante tumultu
Vallatur, cernens sed millia tanta uirorũ. Mar.vi.
Ingemit ut ruris dominus, cui pascua læta
Innumeræ tondent pecudes rectoris egentes.
Tunc ad discipulos depromit talia dicta,
Quam late segetes ruris per terga latescunt, Lu.x.
Sed rarus messor frugis superatur aceruo.
Iam superest dominum segetis deposcere tantæ,
Vt sua rura uelit numero complere colentum.

Quid facturi sint præcipit discipulis. Math.x.Mar. iii.&.vi. Lu.ix.

Hæc fatus, populo ex omni delecta seorsum
Fortia conglomerat bisseno pectora cœtu.
Bis sex consociat fidorum corda uirorum.
Hos ubi delegit, præceptis talibus implet.
Deuitate uiam, quam gentes perfidiosæ,
Et Samaritarum fraudis uestigia calcant.
Pergite qua patrii pecoris custodia labat,
Pergentes uero similem mihi sumite mentem,
Vt uobis subigat uirtutem dæmonis atri
Sancta fides, curam'que piam langoribus aptet.
Hæ uires nulla uobis mercede dabuntur.
Et uos haud aliter cunctis impendite dona.
Non auri, argenti'ue domet possessio mentem.
Nec uos nummorum subigat scelerata cupido.
Non geminas uestes, nec plantis tegmina bina
Virtutis nudæ cupiat seruare minister.

inclia

Ingreſſi muros urbis, perquirite ſemper,
Hoſpitio quorum par ſit ſuccedere iuſtis.
Ingreſſi'que dehinc pacem ſub tecta uocate
Si tranquilla domus fuerit, pax illa manebit,
Sin erit indignis habitantum moribus horrens,
Diffugiet, ueſtrum'que habitum pax ueſtra ſequetur.
Excludet quicunque ferox uos limine tecti,
Auribus aut duris ſpernet uitalia uerba,
Excutite egreſſi domibus ueſtigia ueſtra,
Hæreat iniuſtæ ne uobis portio uitæ.
Illos deterior Sodomorum pœna manebit
Suppliciis, ueniet mundo cum terminus omnī.
Pergite nunc ut oues ſæuorum præda luporum.
Sed uos arguto ſerpentum corde uigete,
Simplicitate tamen puras ſuperate columbas.
Nam ſæpe incumbet uobis iniuria præceps.
Conciliis'que hominum ſtatuentur corpora ueſtra
Vos flagris. uinclis'que feris, duris'que tyrannis
Frendens urgebit pro me uiolentia ſecli.
Cum uos tradiderint, uerborum ponite curam,
Sponte fluens dabitur ſermonis gratia uobis.
Spiritus in uobis, pro uobis digna loquetur.
Prodet enim fratrem ſcelerata inſania fratris.
Ad letum'que dabunt genitorem corpora nati.
Vos odio urgebunt ſemper pro nomine noſtro,
Sed finem fidei comitatur gloria uitæ.
Profugite e' tectis, quæ uos ſectabitur, urbis,
Inde aliam, mox inde aliam conquirite ſedem.
Nam uobis urbes ſemper ſupereſſe neceſſe eſt,
Iſraelitarum quæ dent ſub nomine plebem.
Diſcipulus nunquam tranſcendat celſa magiſtri
Culmina, nec dominum tentet præcellere ſeruus,
Diſcipulo ſatis eſt uires æquare magiſtri,
Vel domini ſimilem uirtutem prendere ſeruo.
Pectoribus ueſtris ſemper timor omnis aberret.
Nam nudata ſuis promentur cuncta latebris,
In tenebris tacite uobis quæcunque iubentur,

Dicite præclaro nitidi sub lumime solis.
Auribus & uestris dicam quæcunque susurrans,
Excelso in populos spargentur culmine tecti.
Despicite illorum rabiem, qui corpora uestra
Prosternent ferro, non est his ulla potestas
Viuacem leto pariter demittere mentem.
Illum sed potius cordis secreta pauescant,
Corporis est, animæque simul, cui lata potestas
Passeribus pretium nummi uix portio parua
Prouen iet, non est tamen unum credere dignum,
Iniussu domini laqueos incurrere uestros
Quis dubitet sapiens domini sub pectore multis
Cedere pennatis, hominem pro millibus unum.
Qui me confessus fuerit sub iudice terræ,
Hunc ego non aliter coram genitore fatebor.
Sic itidem coram genitore negabo negantem.
Non ego nunc pacem terris immittere ueni,
Sed gladium, patrio dirimat qui pectore natum.
Et dulcem matris dirimat qui pectore natam.
Siquis amore meo genitorem pluris habebit,
Vel matri, soboli'ue meum postponet amorem,
Sentiet horribilem nostra de sede repulsam.
Contemnet quicunq; animam pro nomine nostro,
Inueniet læta florentem fruge salutem.
Qui uos suscipiet, me suscepisse benignis
Obsequiis, idem me pro genitore supremo
Suscepisse sibi gaudebit perpete uita.

Ioannes ad Iesum discipulos mittit, & Iesus de Ioanne ad turbas loquitur. Math.xi.Lu.vii.

T alia discipulis bis sex, cum iussa dedisset
Iustus Ioannes cæcis de carceris umbris
Sectantum e' numero delectos talia dicta
Ad Christum portare iubet, uerum'que referre.
Tu'ne piis animis requies, quam regia cœli
Pollicita est terris, nostro sub tempore fulges?
An'ne aliam super est post, hæc sperare salutem?
Talibus hæc Christus dictis mandata remittit.

Cæcorum tenebræ mutantur lumine lucis,
Debilium'que uigent firmato robore membra,
Lurida discutitur squamoso corpore lepra,
Aeriæ uocis penetrat surdas sonus aures,
Redditur amissa læti post funera uita
Depositum repetens animæ substantia corpus,
Pauperibus'que suis non dedignata patescit
Fulgentis splendens aduentus gloria terris.
Ille beatus erit, quem non deceperit error.
Talia discipuli referunt mandata magistro.
Hæc super ad populum depromit talia Christus.
Cur in deserto uoluistis uisere nuper
Stramen arundineum uento uibrante moueri?
Cur etiam molli uestitum ueste uidere?
In domibus regum molli cum ueste tenentur.
Fatidicis longe præponitur ille prophetis
Vt ueteris quondam cecinere oracula scripti.
Hunc etenim memorat uenerandæ lectio uocis.
En ego mitto illũ stratas aptare ministrũ. Malach.iii.
Ante tuos uultus, genuit nec fœmina quenquam
Maior Ioannis nostri qui uiribus esset.
Sed minor hæc cœli fiet sublimior aula.
Huius ab exortu uim cœli regia sensit.
Et cœli regnum uiolentia diripit atrox.
Lex omnis summam baptistæ a' tempore cepit,
Atque prophetarum finis conclusus eodem.
Si uultis uolucris penetralia noscere secli,
Corpus Ioannis felix habitabile sumpsit.
Helias quondã, quẽ turbine missa corusco.iiii.Re.ii.
Flammipedum rapuit simulatio quadriiugorum.
Audiat hæc, dictis pandens uitalibus aures.

Confessio Iesu ad patrem, & iugum domini leue esse. Math.xi Lu.x.

Nunc tibi confiteor genitor, cui gloria seruit
Fulgentis cœli, & terrarum frugiferentum,
Cælasti nunc ꝙ sapientibus ista superbis,
Paruula'que infantum uis hæc comprendere corda

Iam mihi regnantis sunt omnia tradita patris.
Nec quisquam domini poterit cognoscere natum
Ni solus genitor, genitorem mente uidebit
Filius, aut idem pandet cui talia natus.
Huc omnes ueniant, oneris quos sarcina uasti
Comprimit, his poterit uirtus mea munere patris
Antiquas uires hilari reparare quiete.
Sumite forte iugum, leuis est mea sarcina iustis.
Nanque humili dulcem largitur corde salutem.

Discipuli spicas uellunt. Math.xii.
Marci.ii. Lucæ.vi.

Hæc ubi dicta dedit, messis per culta grauatæ
Præterit, & populus sectantum discipulorum
Spicarum grauidam carpebat in ordine frugem.
Ille dies ueteri poscebat lege quietem
Sabbata nam priscis repetebant ocia iussis.
Ecce pharisæi coram'que reprēdere Christum,
Qui sanctæ legis calcarent iussa metentes
Discipuli, legum sed tunc completor Iesus
Incipit his ueteris scripti monumenta retexens
Legistis certe ī tēplo Dauida canorū .i. Re.xxī.
Cum populo quondam panes sumpsisse sacratos,
Et proprium, comitum'que famem sedasse. sed illos
Illicitum cuiquam fuerat contingere panes
Sumere quos solus poterat de lege sacerdos.
Eiusdem scriptum est, iusto moderamine legis
Vates in templo sine crimine festa profanant
Nec minor est istic uestræ glomeratio turbæ,
Quam templi uirtus, caperent si pectora uestra.
Quod nō sacra deus, sed mallet mitia corda, Oseæ.
Nō tam sæpe uiros dānasset factio sacros, (vi.
Expertes culpæ, sed nunc ego sabbata cuncta
Sponte mea dominans, legis sub iure tenebo.

Manum aridā hominis sanatam esse.
Math.xii. Marci.iii. Lucæ.vi.

Tunc conuenticula illorum post talia dicta
Ingreditur, mox hic iuuenem pro limine cernit

Siccatum ex humero cui pondus inutile palmæ
Pendebat. sed tum dictis tentando dolosis,
Aegris an liceat per sabbata ferre medelam
Quærunt, calcatæ ut legis uindicta maneret.
Christus ad hæc, foueam si forte pecuscula uestra
Inciderint, certe transibitis ocia legis,
Et pecus abrupto tolletis uile profundo.
Quanto igitur nobis hominum curatio maior
Ad benefacta animos tollens accendere debet?
Ergo age tu iuuenis rediuiuam extendito dextram,
Cum dicto palmas sanas porrexit utrasque.

Hominẽ a' dæmonio, & cæcum & mutũ curatos esse. & in principe dæmoniorum id facere opinantes, refellisse. Math. xii. Marci. iii. Lucæ. xi.

Istum pro signis quem uix ueneratio posset
Mirantis digno populi sustollere cultu
Conciliis trucibus conclamant decipiendum.
Talia prospiciens procerum molimina Christus,
Discessit, uariis hominum langoribus aptat
Concessam in populis prima uirtute medelam.
Oblatus'que ibidem nox dæmonis horrida uirtus
Et lingua & uisu truncatum, uiuere penè,
Et propriis escam cruciatibus esse uolebat.
Hunc ubi curatum, uisu'que & uoce uigentem
Cæca pharisææ cognouit factio gentis,
Dæmonis auxilio, qui princeps dæmoniorum
Solus nequitiæ uires ditione teneret,
Hæc illum fecisse ferunt, sed talia Christus
Veridicis aperit conuincens pectora uerbis.
Si gemina regnum distractum parte dehiscat
Et scissa aduersum sese diuisio pugnet,
Disruptis propere labentur cuncta medullis.
Horridus & dæmon, si dæmone pellitur atro,
Aduersa sibimet scissus uirtute repugnat.
Quis poterit prædam tectis auferre uirorum?
Ni prius aggressor custodum brachia nodis

Vinciat, & facilis ueniat direptio prædæ.
Quisque meis aberit discretus milès ab armis,
Hostis in aduersa consistet fronte duelli,
Quisque meis gregibus cogendis liber, oberrans
Disiicet ille mei pecoris per deuia pastus.
Sed quicunque hominũ fuerit super omnibus error
Dimitti poterit, tantum ne spiritus unquam
Vocibus insana laceretur mente profusis.
Siue furens hominis nato conuitia quisquam
Ingerit, hæc etiam pòterunt peccata remitti.
Spiritus at sanctus tantum, cuicunque profana
Verborum rabie uiolabitur, irreuocatis
Suppliciis nunc & semper torrebitur ignis.
Quando ueneniferi serpentis sæua propago
Sermonum dulci poterit mitescere fructu?
Nam bona thesauris promuntur dulcia iustis,
Et mala lætifero procedunt ore uenena.
Verborum meritis dabitur sub iudice uita.

Quæcunque pater fecerit, facturum & filium,
& nunc esse horã, qua mortui audient uocẽ
filii dei & alia item multa, dicit
Iesus Iudæis. Ioan. v.

Quæ genitor faciet, sectabitur omnia natus.
Nanque idem nato manifestat cuncta uidenda.
Et potiora dehinc tribuet miracula rerum
Sicut enim genitor emortua corpora reddit
Ad claram uitæ lucem, sic omnia natus,
Quæ uolet ad superos surgentia corpora ducit.
Nec genitor quenquam uestrum se iudice quæret,
Sed dedit hæc nato quærendi iura per orbem,
Gloria quo maneat similis nato'que, patri'que.
Nanque repulsus erit uestro si natus honore,
Improbitate pari genitorem despicietis.
Sed cui nostra fidem sermonis gratia figet
Mox me mittentis genitoris dona uidebit,
Aeternam'que dabit præsens constantia uitam,
Iudicium'que illi non est, sed migrat ab atra

Morte procul, lucis'que uigens ad limina tendit.
Adueniet tempus quo mortua corpora uocem
Accipient nostram, & uitam cum uoce tenebunt.
Nam sicut genitor uitam sibi possidet in se,
Sic tribuit nato uitam, & ius dicere iussit
In terris, hominis quoniam cum corpore uenit.
Nec uobis mirum uideatur corpora cuncta
Vocis ad auditum, propriis exurgere bustis,
Iustorum'que animas rediuiuo corpore necti,
Iudicio'que graui miseros exurgere prauos.
Nec mihi iudicium tribuet mea sola potestas
Arbitrio quoniam genitoris cuncta iubentur,
Qui me iustitiam terris disquirere iussit,
Nanque ego si proprio testis pro nomine surgam,
Falsa loquar, alius'que itidem quia testis habetur
Pro uobis recte mihi talia temnere fas est.
Nam ueris operum signis, manifestior omni
Luce nitet præsens nostris testatio factis.
Talia concedens genitor, mihi testis adhæret
Qui me demisit terris sua ponere iussa.
Huius enim uocem nunquam comprendere quistis
Nec speciem propriam concessit uisere uobis.
Nec sermo ipsius poterit per uestra sedere
Pectora, credendi quoniam substantia nulla est.
Quæratur ueterum scriptorum lectio uobis
Perpetuam cunctis uitam, quam ferre putatis,
Hæc etiam nostrum testatur lectio donum.
Nec tamen audetis propius consistere nobis,
Ne ueræ uobis contingant gaudia uitæ.
Non mihi captatur terrenæ gloria laudis.
Nanque ego, qꝫ summi genitoris nomine ueni,
Respuitur uobis, ueniet sed discolus alter
Nomine quem fultum proprio, gens uestra sequetur.
Alternæ in uobis captatur gloria famæ,
Vnius & solam fugitis disquirere laudem.
Nec uos arguerim coram genitore, sed illic
Accusator erit, quem spes modo uestra celebrat

Moses.quem fidei nullo seruastis honore.
Eius enim scriptis uester si crederet error,
Crederet & nobis, Mosi quem scripta frequentant.

Pharisæis signum petentibus Ionæ & Niniuitarum signum tradit. Math.xii. Lucæ. xi. Mar.viii.

T alia tum contra scribarum uerba sequuntur,
Vocibus indubitata fides comitabitur istis,
Si uirtus certis firmet miracula signis.
Ille dehic, polluta magis generatio q̃rit Deu. xxxii
Signa sibi, rebus stabunt sed signa futuris.
Nanq; ꝓpheta cauo q̃tũ sub pectore cœti Ionæ.ii.
Temporis absumpsit, terræ in penetralibus altis
Progenies hominis tantum diuersa manebit.
Adueniet tempus, quum surget reddita uitæ
Gens hominum, propriis in fletum dedita gestis,
Hæc istam digno damnabit crimine gentem,
Quod maris e' fundo surgẽtis uoce ꝓphetæ. Ionæ.
Cõmonita, in lacrymas dñm ꝓiecta reflexit. (iii.
Hic & Ionæis monitis potiora iubentur
Contemnit'que feris animis gens impia lucem,
Et regina Noti uitales surget ĩ oras. iii.Re.x.&.ii.
Illius ad specimen dãnabitur effera plebes (paral.ix
Finibus extremis Libyæ, ꝙ uenerat illa
Vt Salomona pium præceptis dedita iustis
Audiret, potior nunc est Salomone potestas,
Et tamen obtusæ cæcantur pectora plebis.
Expulsus si quando fugit de pectore dæmon,
Quem turbat sanctus purgato corpore flatus,
Ille uenenatus collustrat passibus oras,
Qua nulla excurrit fontani gurgitis unda.
Si requiem placidæ sedis non repperit, ardens
Tum repetit suetæ sitiens habitacula mentis.
At si forte suis obnoxia corda uenenis,
Ornatu'que leui ridentia limina cernit,
Associat septem similes glomerando furores
Vis inimica homini, penetrat'que in uiscera serpens,

Sic genus hoc uero sensu cum degener errat
Vincula perpetuis deflebit subdita pœnis.

Matrem & fratres esse eos, qui audiũt
& faciũt uerbũ dei. Math.xii.
Mar. iii. Lu.viii.

A tque ea dum populis uitalia dicta frequentat
Pro foribus mater cum fratribus astitit illic,
Et miscere foris sermonem cominus orat.
Talia tum matris mandatis dicta remittit.
Hic mecum genitrix, mecum germana residunt
Corpora, nam patria impletur cuicunque uoluntas,
Ille meo proprium connectit sanguine corpus,
Et matris, generis'que mei sub nomine habetur.

Sedens in nauicula Iesus turbis para
bolas exponit. Math.xiii.
Mar.iiii. Lucæ.viii.

P rogreditur templo terrarum lumen Iesus,
Et maris extrema, terræ'que resedit in ora,
Innumeræ'que illuc plebis fluxere cateruæ.
Ille sed excelsam scandens celeri pede puppim
Littora complenti depromit talia plebi,
Ecce sator proprio commendat semina ruri,
Illa cadunt diuisa solo, sortem'que locorum
Pro uirtute ferunt, etenim si ubi trita uiarum
Sub pedibus solido densetur limite tellus,
Aeriis auibus dant nudam semina prædam.
Ast ubi pertenui uelantur puluere saxa,
Farra quidem uiridem depromunt germinis ortum.
Sed quia nulla subest siccis substantia glebis
Incerto arescunt radicum fila calore,
Cuncta'que mox apicum labuntur acumina leto,
Seminibus'que aliis contingunt aspera rura,
Sentibus hic, spinis'que feris uelocius exit
Roboris augmẽtum, frugem'que internecat angẽs.
Vberibus uero dantur quæ semina glebis,
Illa ferunt pulchram segetem, cui læta frequentat
Incrementa sui centeno copia fœtu.

Audiat hæc aures mentis qui gestat apertas.
Talia discipuli mirantes dicta, requirunt
Implicitis populo cur clauderet omnia uerbis,
Ille sed admota credentum plebe profatur.
Vobis, qui firmo robustam pectore mentem
Ad capienda dei penetralia constabilistis,
Concessum est adytis penitus consistere regni,
Illis pro merito clauduntur limina uitæ.
Si quis habet dignus, capiet potiora redundans,
Qui uero expertes cœlestis muneris errant,
Amittent etiam proprium quodcunque retentant.
Idcirco obscuris cooperta ambagibus illum
Promitur in populum sermonis gratia nostri.
Vt dictũ Isaiæ merita de plebe recurrat, Isaiæ.vi.
En populi mentis uelantur ad omnia crassis
Obicibus, sensu ne tangant munera uitæ,
Auribus assistunt clausis, oculis'que grauatis
Ne conuersa bono sanetur noxia plebes.
Quam uestræ nunc sunt aures, oculi'que beati.
Nam multi ueterum iusti, sancti'que prophetæ,
Quæ uobis clarent orarunt cernere dona.
Accipite ergo animis quis sit de semine sensus.
Quisque meum uerbum summas demittit in aures
Nec sensus recipit stabili præcepta uigore.
Eripit illius totum de pectore dæmon,
Talis agro est similis duro qui germina farris
Exponit rapidis auibus sine fruge rapinam.
Sunt alii, læto qui pectore nostra receptant.
Sed breuis est illis perceptæ gratia frugis.
Nam si dura premat mentem strictura coercens
Continuo trepidi produnt sibi credita farra,
His saxosus ager simili leuitate uirescit.
At spinosus ager curarum mole grauatis
Respondet, pressant quos pondera diuitiarum,
Semina sic nostri sermonis pressa grauãtur.
Nec fructus sequitur spinarum horrore necatus.
Pinguia sic itidem paribus stant uiribus arua
Illis

Illis, qui clare capiunt præcepta salutis,
Quæ penetrant animum, sensu tractante tenaci,
Centuplicem'que ferunt uirtutis robore frugem.
Hæc tum discipulis, plebi'que hæc insuper addit.

Parabola de tritico & zizania.
Math. xiii & Mar. iiii.

Agricolæ simile est regnum sublime tonantis,
Ille iacit proprio mandans bona semina ruri.
Sed post subripiens homini insidiando saporem
Trux inimicus adit, lolium'que inspergit amarum.
Ecce sed ad fructum culmis cum spiceus horror
Processit, lolio messis maculata redundat.
Tum domino famuli mirantes talia fantur,
Non'ne bonum terræ semen per terga dedisti?
Vnde igitur lolio turpi tua rura grauantur?
Sed iam si iubeas messem purgabimus omnem,
Triticeus'que nitor selecta sorde nitebit.
Tum dominus miti contra sermone profatur.
Hic dolus est inimice tuus, sed farra sinamus
Crescere cum lolio. pleno nam tempore messis
Secretum lolium connexo fasce iubebo
Ignibus exuri, at nostro de semine messis
Horrea nostra dehinc purgata fruge replebit.

Parabola de grano sinapis. Math. xiii.
Marci. iiii. Lucæ. xiii.

Haud aliter simile est (cordis si panditis aures)
Præparui grano regnum cœleste sinapis,
Quod proprio insinuans disponit cultor agello,
Seminibus'que illud minus omnibus esse uirentum
Creditur, ac iusti mox ut crementa uiroris
Sumpserit, erecto transcendit uertice cunctas
Agrorum fruges, ramis ut plumea turba
Considat, possit'que umbras habitare uirentes.

Parabola de fermento.
Math. xiii. Lu. xiii.

Fermento par est munus cœleste salubri
Quod magna condit mulier sub mole farinæ.

Illa dehinc modico fermenti mista calore
Conducto, unius coalescit corpore massæ.
Talia dū populo perplexis condita uerbis. Mar.iiii.
Promebat, ueteris quo possent dicta prophetæ
Ordine seclorum iussis concurrere rebus.
Os aperire meum dignabor, condita mundi
Conuoluet ructās uarii sermonis imago. Psal.lxxvii.
Inde domum repetit sero, turbas'que reliquit.

I.P.H. DE EVANGELICA HISTORIA LIBER TERTIVS.

Interpretatur Discipulis parabolam de zizania. Math.xiiii.

Vderat in terras roseum iubar ignicomus sol.
Discipuli rogitant, lolii quid quæstio uellet,
Et segetis, clarus quibus hæc depromit Iesus.
Optima qui farris commendat semina glebis
Filius est hominis, mundum sub nomine ruris
Accipite, atque homines puro pro semine iustos.
At lolium infelix cooperti dæmonis arte,
Sunt homines, inimicus erit uis horrida dæmō.
Extremus mundi finis, pro tempore messis.
Messores patris ueniunt per rura ministri,
Quos hominis natus proprii de corpore regni
Colligere erroris laqueos, labem'que iubebit,
Collectos'que simul rapidis exurere flammis.
Dentibus his stridor semper, fletus'que perennis.
Secretis'que piis ueniet lux aurea uitæ,
Sedibus ut cœli uibrantur lumina solis.

Prophetam in patria sua sine honore esse.
Math.xiii. Mar.vi. Lu.iiii. Ioā.iiii.

Hæc docuit, patriam'que redit Saluator in urbem,

Illic expediens populis(mirabile dictu)
Iustitiæ leges, uitæque salubria iussa,
Virtutes patrias simul insinuando docebat.
Tunc liuore graui plebes commota suorum,
Præsentis'que simul domini miracula uoluens
Et generis noti reputans ex ordine gentem,
Hæc inter sese submissa uoce uolutant.
Non'ne hic est soboles fabri, cui nomē Ioseph? Io.vi
Num Maria est genitrix? nū fratrū nota propago ē?
Vnde igitur legis doctor, tantæ'que minister
Virtutis cedit, cui labes uicta malorum?
Nazara sit plebes. cui talia reddit Iesus.
Temnuntur propriis miracula semper in oris
Et sine honore manent, patria sub sede prophetæ.
Talibus indignans pressit sua munera Christus.

Ioannis caput in disco positum.

Math.xiiii. Mar.vi.

Lucæ.ix. &.iii.

Interea ad regem uolitabat fama superbum,
Quod mala cuncta illic uirtus diuina domaret.
Sed putat Herodes læti ꝙ lege remissus,
Tanta ut Ioannes uirtutis dona teneret.
Nam quondam, cernens, liuenti pectore dæmon
Erroris labem, puris ꝙ solueret undis
Iustus Ioannes, damnis accensa malorum
Tunc petit Herodem pestis sæuissima regem.
Et facile iniusti penetrans habitacula cordis
Accumulare feris subigit scelera impia gestis.
Arserat illicito Herodes accensus amore,
In thalamos fratris, casto quod iure uetabat
Doctus Ioannes, feritas sed nescia recti
Subiecit leges pedibus, fruitur'que nefandis
Connubiis, iustum'ꝗ super(quia praua uetabat)
Carceris immersit tenebris, uinclis'que grauauit.
Sanguine nam iusti primo compressa timore
Abstinuit sitiēs feritas, quia magna prophetam
Plebis Ioannem ueneratio suscipiebat.

Natali sed forte die, quum læta tyrannus
Herodes celsis strueret conuiuia tectis
(Luxuriæ quoniam coniuncta superbia gaudet)
In medio iuuenum, reginæ filia uirgo
Alternos laterum celerans sinuamine motus
Compositas cithara iungit modulante choreas.
Ipse sed in primis mirata uirginis arte
Attonitus stupuit, tum præmia cuncta patere
Iuratus spondet, quæcunque puella petisset.
Illa sed horrendæ seruans scelera impia matris
Vrget Ioannis caput a' ceruice reuelli,
Et lance inferri præsentia munera poscit.
Præsentum Herodes procerum sub pondere tristis,
Iurandi'que memor iuris, tamen imperat ægre
Insontis caput inferri, tradi'que puellæ.
Illa nefas matris scelerata ad gaudia portat.
Corporis ac lacerum flentes sine nomine truncum
Discipuli condunt terræ, Christum'que sequuntur.

Quinque panibus, & duobus Piscibus quinq; hominũ millia Iesum sa tiasse. Math. xiiii. Mar. vi. Lu. ix. Ioã. vi.

Ille ubi cognouit iusti miserabile letum,
Deserit insontis pollutam sanguine terram.
Frondosa'que latet secretæ uallis in umbra.
Sed populi immensæ uirtutis dona sequuntur.
Ille ubi credentum turbas in ualle remota
Conuenisse uidet, morborum tabe repulsa,
Corpora subiecit miseratus multa medelæ.
Iam'que sub extremo labentis lumine solis,
Discipuli Christo suadent dimittere turbas,
Vt sibi quisque paret quærens per compita uictum,
Ille iubet cunctis ibidem conuiuia poni.
Discipuli ostendunt nihil amplius esse ciborum,
Quam pisces geminos, & farris fragmina quinque.
Hoc inquit satis est, tunc mox discumbere plebem,
Gramineis'que thoris iussit componere membra.

Suſpiciens'que dehinc cœlum genitore precato,
Ipſe duos piſces, & quinque ex ordine panes
Diuidit, & dapibus menſas onerauit opimis.
Iam'que expleta iacet (dictu mirabile) plebes,
Relliquias'que dehinc menſis legere miniſtri,
Bis ſenos'que ſinus cophinorum fragmina complēt.
Cœnantum numerus tum millia quinque uirorum.
Præterea populus matrum fuit, & puerorum.

Ieſus ſuper mare ambulat, & Petrum mergentem manu apprehendit. Math. xiiii. Marci. vi. Ioan. vi.

Diſcipulis tunc inde iubet conſcendere nauim,
Et tranſire fretum, donec dimitteret omnes,
In ſua quenque uiros, tum montis celſa petiuit,
Secretus'que dehinc genitoris nomen adorat.
Iam'que ſoporata torpebāt omnia nocte.
Quum puppis medio ſulcabat in æquore fluctus
Iactata aduerſo ſurgentis flamine uenti,
Aſt ubi iam uigilum quarta ſtatione premebat
Noctis iter, rapidos attollens lucifer ortus.
Fluctibus in liquidis, ſicco ueſtigia greſſu
Suſpenſus carpebat iter (mirabile uiſu)
Iam'que propinquabat puppi. ſed neſcia nautæ
Attoniti tremulo uibrabant corda pauore,
Clamorem'que ſimul confuſa mente dederunt.
Tum pauidis Chriſtus loquitur. timor omnis abeſto,
Credentum'que regat uegetans conſtantia mentem.
En ego ſum, ueſtræ doctorem noſcite lucis.
Olli confidens reſpondit talia Petrus.
Si tua nos uere dignatur uiſere uirtus,
Me pariter permitte tuo ſuper æquora iuſſu
Fluctibus in liquidis immerſos figere greſſus.
Annuit his dominus, nauem mox linquere Petrus
Audet, & innixus figit ueſtigia ponto.
Verum ubi tantarum mentem miracula rerum
Terrificant, uenti'que minas crebreſcere cernit
Paulatim cedunt dubio liquefacta timore,

Quæ ualidum fidei gestabant æquora robur,
Iam'que Simon medio submersus corpore clamat,
Fluctibus horrendis pereuntem deripe Christe.
Dextera confestim protenditur obuia Petro,
Et dubitata fides, uerbis mulcetur amaris.
Ascensæ'que rati contraria flamina cedunt,
Præsentem'que dei sobolem stupuere rogantes.
Cuncti nauigio socii, quos casus habebat.
Transierat tandem sulcans freta feruida puppis,
Optatum'que grauis comprenderat ancora portũ.
Conueniunt populi rapido per littora cursu
Portantes ægros, uestis'que attingere fila
Extrema exoptant, mirum'que hoc munere cuncti
Credentes, referunt plenam per membra salutem.

Lauandas esse manus. Item quæ ex ore ex
eunt, non quæ intrant, hominẽ
coinquinare. Math.
xv. Mar. vii.

Ecce pharisæi, scribæ'que hincinde dolosi
Captantes Christum, promunt fallacia dicta.
Cur tua discipulos patitur doctrina labare?
Præceptis ueterum manibus nam cura lauandis
Præterit, assum unt'que simul cum sordibus escas.
Ille sub hæc fatur magis hoc est quærere dignum
Transgressi mandata dei quod proditis omnes.
Nãq; de⁹ mortẽ defixa lege minat᷑, Leui. xx. Exo. xxi
Si genitor cuiquam uerbo lædatur amaro,
Vel genitrix nati uerbis pulsetur acerbis,
Irrita uos ista facitis peruersa docendo.
Quã manifesta uigẽt de uobis dicta ꝓphetæ. Isa. xxix
Me populus summis labiis sublimat honore,
Sed diuersa procul cordis secreta pererrant.
Accipite ergo omnes, aures'que aduertite cordis
Non illata homini fuerint quæcunq; pudendis
Sordibus aspergent, uitæ'ue animo'ue sedebunt.
Erumpunt hominum sed quæ penetralibus oris,
Internam misere maculabunt edita mentem.

Discipuli Christo memorant quod uerba loquentis
Occulto traherent scribarum pectora risu.
Ille dehinc genitor plantarum semina noster,
Quæ non ipse sui conseuit in æquore ruris
Abiiciet penitus radicibus eruta longe,
Cæcus forte ducem cæcum si nactus obertans,
Decidet in foueam pariter demersus uterque.
Tum petit absolui Petrus, quid quæstio uellet
Ipse pharisæis, quam mox scribis'que dedisset.
Tum sator æterne respondit talia uitæ.
Vos etiam duro discluditis omnia corde
Iussa, nec admittit mentis dubitatio lucem.
Nam quæcunque hominum ueniunt extrinsecus ori
In uentrem cedunt, animo'que incognita currunt.
Quæ uero interno concepta e' pectore promunt,
Ora hominum mentem possunt aspergine labis
Polluere, immundo'que hominem maculare piaclo.
Secreto cordis promuntur noxia uitæ
Consilia, & cædes, & furta nefanda thororum,
Et fraudes, fallax'que hominum pro testibus error,
Et rabidæ cœlum pulsans insania uocis,
Hæc sunt, quæ maculant hoīem, quæ sordib⁹ implēt,
Illotis autem manibus non polluit unquam
Corporis arbitrio terrenum sumere uictum.

Filiam mulieris syropheniſſæ a dæmonio curatā. Math. xv. Mar. vii.

Hæc ubi dicta dedit pulcherrima rura syrorum
Sidonem Tyrum'que petit, tum fœmina fusis
Crinibus, & precibus natam causata iacentem
Voluitur, & tacitum non deserit anxia Christum
Orare, ut mentem uexatā dæmone sæuo
Redderet, & miseræ tandem resipisse liceret.
Tunc etiam precibus sectantum discipulorum,
Respondit, proprias genitoris malle bidentes
Cogere, quas uanus late disperserat error.
Crebrius instanti tum talia fatur Iesus.
Natis quisque suis panem non detrahit unquam,

Vt canibus iaciat, tum talia fœmina fatur
Micarum saltem canibus sua portio mensæ
Decidit. atque nihil dominorum cœna grauatur.
Tum dominus loquitur. ueniant tibi digna salutis
Præmia, quæ fidei meruerunt robora tantæ.
Talia Saluator uerbis & uoce loquutus
Virginis & mentem, discusso dæmone, uirtus
Complexam impleuit donis fœcunda salutis.

Secus mare Galilææ cæcos. claudos. mutos sanatos. septem'que panibus, & paucis piscibus, quatuor hominum millia saturata. Math. xvi. Marci. viii.

Inde Gallilæas repedat Saluator in oras,
Præcelsi'que procul montis consedit in arce.
Haud mora, conueniunt populi, secum'que trahebãt
Pars captos oculis, & uulgus debile crura,
Elingues'que alii, morbi'que uocabula mille.
Omnibus ille tamen langores dempsit amaros.
Viribus & ualidis uenerando munere donat.
Tum populi pariter miracula tanta frequentant
Aeterno'que patri laudes, grates'que celebrant.
Discipulos Christus cogens in uertice montis
Secrete alloquitur. plebis miseratio multa est.
Tertia nam terris remeant iam lumina solis,
Ex quo nulla sibi sumunt alimenta ciborum.
Ieiunam nolim tantam dimittere plebem,
Ne labor afficiat populos per longa uiantes.
Discipuli Christo ostendunt septem sibi panes
Esse & pisciculos alimenta ad proxima paucos.
Tum populum iussit terræ per terga cubare
Quod'que fuit, totum propriis decerpere palmis
Et cunctæ curat mensatim tradere plebi.
Discipuli ponunt epulas, populus'que repletur
Ad satiem dapibus, relegunt mox fragmina panis,
Et sportas referunt cumulato pondere septem.
Quattuor ex omni fuerant tum millia plebis.

Nec munero quisquam matres pueros'que notauit.

De signo Ionæ prophetæ. Math.xvi.
Marci.viii. Ioan.vi.
Lucæ. xii.

Inde Magedarum naui transcurrit in oras,
Ecce pharisæi, sadducæi'que dolosi
Poscere tentantes instant cœlestia signa,
Sed Christus cernens fallacia pectora, fatur,
Connexum quoties claudit nox humida cœlum,
Si ruber astrifero procedit uesper olympo,
Dicitis adueniet uentura luce serenum.
Iam'que sub ex ortu solis si tristia rubro
Nubila miscentur confusa luce colori,
Dicitis agricolis, nautis'que uenire fragosam
Ventorum rabiem, tempestatum'que furores.
Fallaces nostis faciem discernere cœli,
Seclorum uero nescitis tempora signis
Explorare suis. sed uobis signa dabuntur
Quæ maris immenso quondam uenere profundo
Belua cũ tenuit uentris sub carcere uatem, Ionæ.ii.
Hæc ait, & propere puppis retinacula soluens
Trans freta contendit rapido comprendere cursu
Arua Philipporum, sociis'que hæc talia fatur,
Sollicite uobis uitentur noxia farra,
Fermentum'que ferox uestris auertite mensis.
Illa pharisæi, sadducæi'que dolosi
Admiscent escis, fallunt'que in nomine panis.
Cur uobis tacitas uoluit cunctatio mentes
Pro quo parua fides sensu torpente satiscit?
Dicitis auersi naui ꝙ tollere panes
Non fuerit uobis uacuum, farris'que cauendas
Insidias iubeam meminisse & scire putabam
Panes quinque mihi plebis ꝙ millia quinque
Implerint dapibus, cophinis'que superflua tantis
Fragmenta ad cumulum fuerint collecta ciborum.
Quattuor & rursum cœnantum millia panes
Quod facile implerint septem, sportas'que referri

Vidistis rursus completas relliquiarum,
Sed moneo istorum semper fermenta cauenda.
Discipuli tandem uitalia uerba secuti,
Doctrinam cernunt fermenti nomine dictam.

Petrum post confessionem, quia Christus dei esset filius, beatũ appellat Iesus. hinc dicto, ne uellet sua membra cruciatibus affici, dure increpat dicẽs, uade retro Sathana. Math. xvi. Mar. viii. Lu. ix.

Inde ubi peruentum est liquidi per terga profundi,
Clara Philippeo quo pollent nomine rura,
Cogit concilium sectantum discipulorum.
Et quærit quem se populorum fama putaret,
Respondent multas plebis tunc esse loquelas.
Crebrius audisse, & multos firmare ꝙ esset
Iustus Ioannes, populos qui flumine lauit.
Pars trepidat, memori seruãs oracula mẽte, Mala.
Heliam uenisse iterum, quem prepete cursu (vi.
Turbine cœlesti quõdã simulata q̃dragis .iiii. Re. ii
Astris inseruit rapidæ uis feruida flammæ.
Hieremiam dixere alii. pars esse prophetam.
Tu Christus cunctis arridens pectore blando,
Conquirit quæ sit sententia discipulorum.
Sed stabilis Petrus, Tu sancti filius inquit
Christus, magnifico terras qui lumine comples.
Tum dominus forti respondit talia Petro.
Petre beatus eris, nam talia pandere certe
Humanus sanguis uel terræ portio corpus,
Haud unquam poterit. genitoris munera sola
Possunt tam ualidum fidei concedere robur.
Tu nomen Petri digna uirtute tueris
Hac in mole mihi, saxi'que in robore ponam
Semper mansuras æternis mœnibus ædes.
Inferni domus hæc non exuperabile portis
Claustrum perpetuo munitum robore habebit,
Cœlestis'que tibi claues permittere regni

Est animus, terris'que tuo quæ nexa manebunt
Arbitrio, cœlo pariter nodata manebunt.
Soluerit, & rursus tua quæ sententia terris,
Haud aliter uenient cœli sub sede soluta.
Sed uos discipuli Christum me dicere cunctis
Parcite, quo soli cognoscant talia digni.
Iam lux adueniet properis mihi cursibus instans
Mœnibus in Solymis, rabies quum plena furore
Eximios uatum saturabit sanguine nostro.
Ast ubi lucifluum reddet sol tertius ortum
Consurget radiis pariter redimita salutis
Vita mihi, cunctis'que dabit sua munera terris.
Tunc Petrus magno perculsus corda dolore
Absint Christe tuis inquit tam tristia sanctis
Monstra procul membris, nec fas est credere tantum,
Nec tibi tam durus poterit contingere casus.
Christ⁹ ad hæc, Procul hic inqt, ꝓcul effuge dæmon,
Nil diuina tuam mentem prudentia tangit,
Sed terrena sapis, molli'que timore tremiscis.

Debere unumquemque tollere crucem suam, & sequi dominum. Item non morituros quosdam donec uideant filium hominis. Math. XVI. Mar. viii.

At si quis uestrum uestigia nostra sequetur,
Abneget hic sese, corpus'que, animam'que recusans.
Atque crucem propriam comitatibus addere nostris
Gaudeat, amissam redimet cui gloria uitam.
Nam seruata perit terris possessio lucis.
Sed quid proficient secli mortalia lucra
Si damnum subeant uitæ, lucis'que perennis,
Vel quæ digna queunt animæ commertia poni?
Filius huc hominis ueniet sub nomine patris,
Cœlestes'que illum fremitu comitante ministri
Stipabunt, reddet'que hominum sua debita uitæ.
Vera loquor certos istic sub nomine lucis
Inueniam, cœli fulgens cum regna capessam.

Transfiguraſſe ſe Ieſum in monte.
Math.xvii. Mar.ix. Lu.ix.

Hæc ubi dicta dedit paſſus bis terna dierum
Lumina conuerſo terras tranſcurrere cœlo.
Tum ſecum iubet abruptum conſcendere montem
Petrum, Zebebei'que duos per deuia natos.
Inde ubi peruentum eſt, ſecreti montis in arcem,
Continuo Chriſtus faciem fulgore coruſco
Mutatur, ueſtis'que niuis candore niteſcit.
Reſpiciunt comites, medium'que aſſiſtere ſanctis
Heliæ, Moſi'que uident. tum talia Petrus
Reſpice num nobis potius diſcedere longe,
An iſtic tantæ ſpectacula cernere molis.
Conueniat? trina tamen hic tentoria uobis
Si iubeas frondis faciam diuerſa paratu,
Singula ſub noctem, quæ uos aulæa receptent.
Talia dum loquitur, cœlo præfulgida nubes
Circumiecta oculis ueſtibat lumine montem,
Et uox e' medio lucis manifeſta cucurrit.
Viuens hic meus eſt natus, mea ſumma uoluptas,
Huius iuſtitiam iuſto comprendite corde.
Diſcipuli pauido preſſerunt corpore terram,
Nec prius e' prono uultus ſuſtollere caſu
Audebant, ſancto Chriſti q̃ dextera tactu
Demulcens blandis firmaſſet pectora uerbis,
Surgite, & abiectum fortes calcate timorem,
Nec cuiquam præſens pandatur uiſio uobis,
Ni prius huc hominis ſoboles ſpecioſa reportet
In lucem referens mortis de ſede trophæa.
Conſurgunt, ſolum'que uident, & uoce requirunt,
Cur ſcriptis ueterꝫ ſcribarꝫ factio certet Malach.ult.
Heliam primum cœli de ſede reuerti
In terras, Chriſti'que dehinc conſurgere lucem?
Chriſtus ad hæc ueniet certo ſub tempore iuſtus
Helias, reddens mox omnia debita ſeclo.
Sed ſi quis credit iam uenerat ante renaſcens,
Ignotum ueluti rabies, quem cæca furoris

Dimersit leto, mox sæuior altera cædes
En hominis nato trucibus laniantibus instat.

Puerum lunaticum curatũ esse. Montem'q; e' loco mouere posse, qui tãtã habeat fidẽ, quãtũ est sinapis granũ. Math. xvii. Mar. ix. Lu. ix.

Hæc ait, & populum repetit, montem'que relinquit.
Ecce sed inflexis genibus, fletu'que solutus
Vir senior precibus Christum ueneratus adorat.
Dauidis soboles, hominum, lumen'que, salus'que
Te precor horribilem nati de corpore morbum
Perturbes, reddas'que seni solatia uitæ.
Nam cursus lunæ natum mihi dæmonis arte
Torquet, & in liquidas deiectum proiicit undas,
Aut miserum medio proiectum uoluit in igni.
Nam tua discipuli sectantes iussa frequenter
Connisi, nulla in solidum mihi dona dederunt.
Tum Christus magno commotus corda dolore,
O gens nullius fidei gens effera semper,
En etiam patiar uobiscum me fore terris?
Sic ait & puerum mandat perferre parenti
Ante suos uultus tum uocis pondere multo
Incubuit, mentis'que simul conuulsa uenena
Dæmonis horrendi purgato corde fugauit,
Discipuli rogitant cur non successerit illis
Eiusdem pueri totiens tentata medela?
Respondit dominus, labat quia pectore uestro
Instabilis fidei nutans per lubrica gressus.
Nam si tãta foret credendi portio uobis,
Quæ minimi posset granum præstare sinapis,
Istius hinc montis possetis uellere uerbo,
In'que alias sedes cunctam transuoluere molem.
Nam genus hoc morbi precibus sine fine, fide'que,
Multa'que robusti ieiunia pectoris arcent.

Petrum in piscis ore numum inuenisse, quo tributũ solueret. Math. xvii.

Inde Capharnaum gradiens peruenit ad oras
Conuenere Petrum, quibus instat cura tributi,

Soluere poſcentes ſolitum pro nomine Chriſti.
Ille ſed ad Petrum conuerſus talia fatur.
Dic inquit, reges quorum dependere natos
Externos, proprios'ue ſibi iuſſere tributa?
Reſpōdit Petrus alienos ſoluere certum eſt.
Cernis ait Chriſtus natum non ſoluere regis,
Sed ne quem lædam, præceptum ſuſcipe noſtrum,
En maris undiſoni rupes, quæ prodit in altum
Scandatur tibi ſumma Simon, hamus'q; profundo
Stamine ſetarum connexus præcipitetur.
Hæſerit & curuo qui primus acumine piſcis,
Huius pandantur ſciſſi penetralia uentris
Illic inuento duplex diſſolue tributum.

Qui in cœlum aſcendere uelit, humilem, qualis puer eſt, eſſe oportere. ac ne unum quidem decipiendum puerulum, &, qui deceperit dignas pœnas daturum. Math. xviii. Mar. ix. Lucæ. ix. & xvii.

Diſcipuli poſt inde rogant, quis maximus alto
In cœli regno, meritis'que pro qualibus eſſet?
Tum Chriſtus medio puerum conſiſtere cœtu
Præcipit, & placido doctor ſermone profatur
En huius ſimilem pueri ſe reddere certet
Quiſque cupit celſam cœli conſcendere ſedem.
Erroris laqueos ſeclis increſcere certum eſt.
Sed tamen infelix per quem generabitur error.
Qui uero è paruis iſtis deceperit unum,
Si ſapiat nectat ſaxo ſua colla molari,
Præcipitem'que maris ſeſe iaculetur in undas,
Nec quiſquam faſtu paruos contempſerit iſtos.
Horum cuſtodes cœleſti in ſede tuentur
Altithroni uultum genitoris ſydera ſupra.
Sed ſi quas paſtor cui paſcua credita tondant Lu. xv
Centum balantes unam cum forte ſeorſum
Neſcius error habet quæſitor deſerit omnes
Vnius & totis luſtrat ueſtigia ſiluis.
Illam ſi magno poſſit reperire labore

Lætitia iuuentæ maior tum nascitur agnæ,
Quod pro cunctarum numero ꝙ nulla recessit
Ex istis paruis genitor sic perdere quenquam
Non patitur, gaudet'que suis increscere regnis

Quonam modo aliena uitia corrigere
oporteat. Math.xviii. Lu.xvii.

S i fratrem proprio delicto commaculatum
Cernis, secreto mox dictis corripe solus.
Si tua uerborum patiens moderamina laudat
Labentis mentem frater lucrabere fratris.
Sin tua solius contemnet uerba relinquens
Tunc aliis pariter monitor pia iussa frequentet.
Sed si decutiet doctorum frena duorum.
Tunc ad concilium referantur crimina plenum,
Vt populi saltem sanetur pondere uictus.
Sin & multorum contempserit efferus ora.
Sit tibi diuisæ mulctatus nomine gentis.
Nanque in concilium semper præsentia nostra
Adueniet, medium'que duum me stare necesse est
Siue trium fuerit cœtus sub nomine nostro.

Veniam dandam erranti septuagies se-
pties. Math.xviii Lu.xvii.

T um Petrus quærit quot fratri errata remittat,
An septem lapsus homini indulgere liceret?
Christus prosequitur, non septem crimina tantum,
Sed decuplata super donentur uulnera fratri.

Parabola cuinam simile fit regnum
cœlorum. Math.xviii.

N am cœli regnum domino prædiuitis aulæ
Consimile est, nummi rationem qui sibi poni
Iusserit, & seruum debentem multa talenta
Præcipit abreptum cum coniuge, progenie'que,
Atque opibus cunctis uenali nomine sisti.
Tum seruus dominum prostrato corpore adorat,
Et spondet spacii sibi si foret ulla facultas
Omnem nummorum domino persoluere summam.
Commouit dominum famuli miseratio flentis,

Cunctaq́ue trans meritum concessit debita seruo.
Ille sed egrediens conseruum limine in ipso
Nactus constringit, tum debita fortior urget
Persolui, precibusq́ue locum truculentus abegit
Carceris, & mersum tenebris, pœnisq́ue premebat,
Quæ postquam dominus famulorum noscere uerbis
Incipit, adducto ingessit iustissima seruo,
Dicta dolens, iramq́ue mouet, iussisq́ue seueris
In tormenta ferum detrusit cuncta reuoluens
Debita, quæ dignis lueret per uincula pœnis.
Sic uobis faciet genitor, qui culmina cœli
Possidet, immites sæuo si pectore fratrum
Peccata orantum dure punire uolentis.

Vxorem non dimittendam nisi ob fornicationem. Item non arcendos esse a' benedictione infantes. Math.xix. Mar.x.

Talia dicta dedit, Galilæaq́ue rura reliquit,
Iudæamq́ue petit, qua pinguia rura silenter
Agmine Iordanis uiridis prorumpit amœno.
Nec minus in stratis ægris donare salutem,
Sublimisq́ue patris concedere munera præstat.
Ecce pharisæi tentantes quærere pergunt,
Coniugis an liceat reiectum scindere uinclum,
Si quid erit læsi tangat quod corda mariti.
Hæc ubi percepit, depromit talia Christus.
Principio deus in terris par dispare sexu Gen.i.
Constituit, iussitq́ue uno de corpore necti,
Amborumq́ue animos iunctis inolescere membris,
Quod deus ergo iubet proprio concrescere uerbo,
Illicitum est hominum fœdo secernere luxu.
Moses præcepit, ꝙ pectora dura uideret,
Scribere discidium, quo saxea corda reuinci
Per proprios apices possent sub iudice flammæ.
Nam temere exoluet casti qui iura cubilis,
Alteraq́ue illius thalamis sociabitur uxor,
Crimen adulterii populo sub teste subibit.
Discipuli referunt urget lex ista uirorum
Seruitiiq́

Seruitii'que premit non æquo pondere partem,
Vt melius fuerit thalamis caruisse perosis?
Respondit dominus, non omnes pondere tanto
Subiicient humeros, lectæ sunt talia dona
Virtutis, trino truncantur corpora more,
Quæ nulla gaudent genitali lege thororum.
Nanque alios tales progigni in luminis oras
Comperimus, plerosque hominum uis ferrea sexu
Exuit, atque alios ipsis sibi demere constat
Pro cœli regnis pronum de pectore amorem.
Quisque capax fuerit celsa uirtute capessat
Quod paucis, lectis'que deus uult pandere munus.
Hæc ait, & pueros gaudẽs quos cura parẽtũ. Lu. xviii
Cum precibus lætis, certatim hinc inde ferebat,
Suscipit, & plebem sectantum, ꝙ prohiberet,
Increpat, ac tales affirmat regna mereri
Aulæ cœlestis, sanctas his ordine palmas
Imponit, reddit'ꝗ ulnis portare parentum.

Diuitem difficile introire in regnũ cœlorũ. Math. xix. Mar. x. Lu. xviii.

Ecce sed é populo iuuenis, cui rura, domus'ꝗ,
Et gaza stabat rerum possessio fulgens,
Accedit, Christum'ꝗ palam submissus adorat.
O bone præceptor dic nunc quæ facta sequamur,
Vt mihi perpetuam liceat comprendere uitam.
Huic author uitæ tum talia reddit Iesus.
Nunc demum quæris ueteri quæ lege tenentur.
Non hominis perimes uitam. non furta thororum
Inuades, quæstum'ue alienis noxia rebus
Mens, aut dextra liget. non testis falsa loqueris.
Sit genitor, genitrix'que tuo sublimis honore.
Proximus & puro pro te tibi cedat amore.
Ille dehinc. Ista hæc semper mihi perpete cura
Obseruata reor. sed ne quid forte relictum
Desit, præsenti liceat me uoce moneri.
Tum Christus fatur. nunc si perfecta requiris
Prendere, præcelsis meritis fastigia uitæ.

Omnia quæ proprio retines solus dominatu,
Distrahe, & ad miseros confer securus egentes.
Tunc Thesaurus erit, cœli tibi conditus arce,
Virtutis'q; tenax uestigia nostra sequeris.
Hæc adolescentis ueniunt ubi dicta per aures,
Deiecit uultum, tristis'que in tecta refugit.
Tum sic discipulis uitæ spes unica fatur.
Difficile est terris affixos diuite gaza
Auelli, cœli'que leues in regna uenire.
Nam citius tenuis per acus transire foramen
Deformis poterunt immania membra cameli,
Quam ualeat diues cœlestia regna uidere.
Talibus attoniti comites, stupidi'que silebant,
Voluentes, quæ tanta foret sub pectore uirtus
Humano, talem possit quæ prendere uitam.
Respicit æternæ iustorum gloria uitæ,
Atq; ait hæc homini forsan uideantur acerba.
Sed deus electis facilem præpandit in æthra,
Possibilem'que uiam uirtus quam celsa capessat.

Iesus promittit centuplum recepturũ,
qui bona omnia reliquerit ꝑpter
deum. & primos fieri nouis-
simos. Math.xix.
Mar.x. Lu.xviii.

Tum Petrus fidei munitus mœnibus inquit.
Omnia nostra olim proiecta reliquimus omnes,
Et tua iussa sequi, nobis spes unica restat.
Quid nostris animis superest, dic Christe precamur?
Talibus ad Petrum uerbis respondet Iesus.
Vos quicunq; meũ mentis penetralib⁹ altis. Lu.xxii.
Credentes seruatis iter, cum sederit alte.
Progenies hominis, celso quem cinget honore
Maiestas, bis sex illic pulcherrima uirtus
Constituet uobis sublimi in uertice sedes,
Iudicium'que hominum pariter tractare licebit.
Sic quicunque sui linquet, generis'que, domus'que
Gazas, affectus'que omnes pro nomine nostro,

Centuplicata dehinc capiet, uitam'que perennem,
Primorum meritum postremi transgredientur,
Vltima præteriti capient uix præmia primi.

Parabola de operariis in uinea cõ
ductis. Mathei. xx.

S edulus ut ruris dominus cui dulcia fundum
Pinguibus in campis late uineta coronant,
Hic ubi progressus primo cum lumine solis
Conduxit iuuenum fortissima robora, pactus
Vnius in lucis certa mercede laborem,
Et sua tum iussit cultu uineta poliri,
Ipse sed egrediens, ubi tertia uenerat hora
Inuenit ecce alios ad opus, quibus ire iubebat,
Pro meritis operum promittens præmia digna.
Illi non aliter læti præcepta sequuntur.
Ast ubi sexta dehinc lucis transfluxerat hora,
Haud secus hinc alios iuuenes conducere pergit.
Hora'que nona dehinc ubi solis cursibus acta est,
Tunc alios pariter conductos iussit adire.
Vltima labentis restabat portio lucis,
Egressus cernit iuuenes, causas'que requirit
Cur pigris manibus torperent ocia lenta.
Conductor reddunt ipsis q̃ nulla dedisset
Iussa, suo dominus mox hos insistere ruri
Tunc etiam iussit, sed uespere protinus orto
Præcipit ut cuncti caperent mercedis honorem,
Aequali'que omnes portarent præmia nummo.
Tunc manus illa uirum, prima quæ luce laborem
Sustulerat, factis'que diem tolerauerat æquum,
Indignans secum tali cum murmure fatur.
Iniustum est, istos similẽ ut nos quærere nummum,
Vltima quos operi sero conduxerat hora.
Tum dominus ruris sedato pectore fatur.
Illibata tibi mercedis portio saluæ
Redditur, & pacti seruantur iura fidelis.
Istis de nostro liceat concedere tantum
Extima quos operis glomerauit portio ruri.

Nam multos homines dignatio sancta uocauit,
E' quis per nimiam dignum est secernere partem.

Iesus prædicit discipulis passionem
suam. Math. xx. Marci. x.
Lucæ. xviii.

Hæc ait, & Solymos repetit, comites'que seorsum
Alloquitur, Solymis'que iterum regionibus infit,
Ingredimur gnari, truculenta'que mœnia adimus.
Filius hic hominis tradetur ad ultima mortis
Scribarum procerum'que ferens ludibria membris
Affixus'que Cruci post tertia lumina surget.

Petitio Vxoris Zebedei pro filiis.
Math. xx. Marci. x.

Hic tum Zebedei coniunx summissa rogabat,
Vt Christi media cœli sublimis in arce
Felices nati dextra, leua'que sederent.
Tum quærit Christus calicem si sumere possent
Quem sibi præceptis instaret sumere patris.
Respondent se posse simul. Tum talia Christus,
Vos nostrum calicem fas est potare, sed altis
Sedibus æquali mecum considere honore
Non hoc nostra dabit cuiquam pro munere uirtus.
Hæc paucis genitor sublimia dona reseruat.
Exin discipulos dictis pro talibus omnes
Commotos, stabili sermonis mulcet honore.
Gentibus infidis celsa ditione potestas
Imponit quoscunque uelit dominentur eorum,
Exercent'que trucem subiectis urbibus iram,
Vos hic sed longæ tranquillior æquora uitæ
Concordi sternit mitis moderatio pace.
Magnus & obsequiis crescit super alta minister,
Nec primus quisquam, nisi cunctis seruiat unus
Esse potest, hominis natus sic cuncta ministrat
Obsequio solus proprio pia munera gestans,
Pro multis'que animam pretioso sanguine ponit.
At uos ex minimis opibus transcendere uultis.
Et sic e' summis lapsi comprenditis imos.

In nouissimo loco recumbẽdũ· Lu.xiiii.

S i uos quisq; uocat cœnæ conuiuia ponens,
Cornibus in summis deuitet ponere membra
Quisq; sapit, ueniet forsan si nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu,
Quem tumor inflati cordis per summa locarat.
Sin contentus erit mediocria prendere cœnæ,
Inferior'q; dehinc si mox conuiua subibit,
Ad potiora pudens transibit strata thororum.

Christo pullo Asinæ insidente populos
strauisse uiam qua ibat suis uestibus.
Math.xxi. Mar.xi. Lu.xix.
Ioannis.xii.

P roxima tum Solymis conscendit culmina montis,
Ordinibus lucent quæ glaucicomantis oliuæ.
Hinc lectis iussit sectantum discipulorum
Obuia castelli monstrans habitacula Christus,
Inde asinam pariter fœtu comitante repertam
Ducere, uel si quis causam disquirere uellet,
Cur sua tam subito quoquam iumenta trahantur,
Dicere tunc, operam dominum sibi sumere uelle.
Discipuli celeri complent præcepta paratu,
Adducunt, molli'q; super uelamine uestis
Insternunt placidum pullum, præbent'q; sedendum.
Huic ueteris quodã fluxit uox nũcia uatis, Zacha.ix.
Ecce uenit placidus tibi rex, quem terga sedentẽ
Præmitis gestant asinæ, pulli'q; sequentis.
Tum populi stratas prætexunt uestibus omnes,
Qua'q; iter est Christo subnixa fronde coronant.
Proxima tunc alii spoliant palmeta uirore,
Conclamant'q; omnes Dauidis origine creto
Hosanna, excelsis sit gloria læta trophæis.
Sic tunc ingreditur Solymorum mœnia Christus.
Ingresso occurrit primo sub limine templi.
Cruribus atq; oculis certatim debile uulgus,
Quos ubi tam subito gressu, uisu'q; uigentes
Cuncta sacerdotum cognouit factio mirans,

Et pueros templi complentes tecta canore
Hosanna egregia Dauidis stirpe create.
Tunc percontantur cuncti, quæ causa canoris
Impubem tantam tollat per gaudia plebem.
Christus ad hæc legis sanctæ uos scripta tenere
Creditur, infantum quæ dicit ab ore uenire
Lactentum, & linguis iusti consurgere laudem.

Christum maledixisse ficum, quia foret sterilis, atque illam confestim exaruisse. Math.xxi. Mar.xi. Lu.xix

Hæc ait, ingratam linquens cum ciuibus urbem
Bethaniam'que petit, rediens'que in margine cernit
Strate tendentem diffusa umbracula ficum.
Illic forte cibi pertentans corda uoluntas,
Arboris attrectat ramos, sed nulla facultas
Pomorum, sterilis frondis concreuerat umbræ.
Olli Christus ait, non sit tibi fructibus unquam
Copia promendis. tum protinus aruit arbos.
Discipuli celerem mirantur in arbore mortem.
Sed Christus stupidis assistens talia fatur.
Nunc ligni istius nostro stupuistis honore
Desisse ad uires terrenos ducere succos,
Sed ueris uerbis iterum'que iterum'que monebo.
Nanque fides si certa animi consistat in arce,
Nec dubiis nutans uitiis tremebunda iacebit,
Arboris istius uobis substantia cedet. Lu.xvii.
Nec tantum istius, sed montis celsa reuelli
Credentum uerbis poterunt, undisq; profundis
Cum siluis pariter, saxis'que, feris'que recondi.
Et quæcunque fides robusto pectore poscet
Credentum, semper digna uirtute tenebit.

Iesum interrogatũ qua potestate hæc faceret, respondisse, facile erit quæ quæritis dicere, si pri⁹ quæ nos ĩterrogabim⁹, solueritis de Ioannis baptismate. Math.xxi. Mar.xi. Lu.xx

Hæc ubi dicta dedit, templi se mœnibus infert.

Confestim proceres populi miracula rerum
Collecti inquirunt uirtus quæ tanta dedisset.
Illis Christus ait. Quærentibus omnia uobis
Dicere iam facile est nobis si uestra uicissim
Percontata prius paucis sententia soluat.
Nuper Ioannes, puro qui gurgite lauit
Sordentes populi maculas, diuina potestas,
An hominis potius uobis fallacia uisa est?
Hæc ait ancipiti uerborum pondere claudens
Captantum procerum mentem. Nã magna ꝓphetã
Plebis Ioannem ueneratio suscipiebat,
Nec poterant eius fallacem dicere uitam.
Rursus sublimem dixissent si esse prophetam,
Occidisse illum traheret confessio culpam.
Se nescire tamen respondit factio fallax.
Tum Christus. Non est iniustum claudere uocem,
Cum mihi claudantur procerum responsa superba.

De eo, qui filios habens, in uineam ire
eos iussit. Item publicanos & me
retrices credituros in Chri
stum, iudæos uero obsti
natos fore. Math. xxi.

Nam geminæ prolis genitor, maioris in aures
Talia dicta dedit, uiris mihi portio maior
Semiputata iacet, sed perge & robore forti
Nunc scrobibus, nunc falce premens, uineta retũde.
Tum iuuenis sese tam sordida uincla laboris
Nolle pati memorat, post omnia iussa parentis
Exequitur, duræ damnans responsa loquelæ.
Post alium natum simili sermone iubebat
Ad uineta sui dependere iussa laboris,
Annuit his iuuenis, nec dictis facta repensat.
Dicite quis potius genitoris iussa sequatur?
Illi collaudant nati responsa prioris.
Prosequitur Christus, nunc uera aduertite dicta
Iam magis hinc cœli sedem comprendere certum ẽ
Corporis e' uitiis, quærentes sordida lucra

Quam uestrum quenquam, uobis nam uenerat ante
Iustus Ioannes, sed non est credere uestrum.
Nanque fidem potius meretricum pectora certam
Hauserunt, sordes'que animi posuere pudendas.
At uos tantorum scelerum nil pœnitet unquam.

Parabola de uinitoribus, qui interficiunt ad se missos ad poscendã locati ruris mercedẽ. Math.xxi. Mar.xii. Lu.xx.

Sic quidam diues, cui iugera multa nitentis
Vineti sepes circumdensata cohercet.
In medio turrim, prelum'q;, & dolia fecit, Isa.v.
Cultores'que dedit, fructus'que locauit habendos.
Impositam statuens mercedis soluere legem.
Tum longinqua petit, sed fructus tempore certo
Actores famulos mittit, quis portio salua
Cultorum certa ruris mercede daretur.
Ecce colonorum rabies hos uerbere sæuo,
Ast alios lapidum diuerberat undique telis,
Denique letali prosternunt uulnere multos.
Tum dominus ruris plures incedere seruos
Præcipit, & rursus mercedis pacta reposcit,
Maior at in plures audax iniuria surgit.
Vltima iam domino natum dimittere mens est,
Quod sobolem, partem'que sui uis digna pudoris
Cultorum cordi uenerandam posceret esse.
Sed contra illorum iam mens maculata cruore
Progenie extincta domini, sibi post dominatum
Cedere credentes, crudeli uulnere fixum
Obtruncant, iaciunt'que foras trans septa cadauer.
Post hæc, iam dominus ueniet, pœnas'que reposcet
Tantorum scelerum, sed uobis tradita quondam
Fulgentis regni sedes translata feretur
Ad placidã gentem, possit quæ reddere fructus.

Parabola de inuitatis, qui contemnunt uenire ad nuptias. Math.xxii. Lu.xiiii. Apoc.xix.

Vt rex qui nato thalamorum uincula nectens

Præcepit proceres conuiuia læta frequentent,
Accitos famulos uoti regalis honorem
Concelebrare simul, cuncti sed adire recusant
Regales thalamos regalis pocula mensæ.
Post alios mittit sese largissima cuncta,
Magnificas'que dapes conuiuia læta parasse.
Illi neglectis dapibus diuersa petebant.
Hic ædes proprias. hic ruris tecta propinqui.
Ast alius merces potius, ac lucra reuisit.
Multi præterea missos qui ad læta uocarent
Insontes famulos rapiunt, & corpora ferro
In mortem cruciant, tum rex ubi comperit acta
Milibus armatis ciues cum mœnibus ipsis
Sub ruit, effusi famulorum sanguinis ultor.
Tunc seruis fatur nunc festa iugalia cœnæ
Prælargis dapibus quæcunque instruximus, illi
Contempsere meis proceres contingere mensis.
Ite igitur propere per publica septa uiarum,
Et quoscunque illic casus glomerauerit, omnes
Huc lætis nati thalamis adhibete uocantes.
Progressi famuli per compita lata uiarum
Inuentos duxere simul. Iam denique cunctæ
Complentur mensæ mista sine nomine plebe.
Sic iusti, iniusti'que simul cubuere uocati.
At rex ingressus conuiuia læta reuisit.
Hic uidet indutum pollutæ uestis amictu,
Lætitiæ thalami fuerat cui dissona ualde.
Is'que ubi regalis sermonis pondere causas
Reddere pro uestis maculis, & labe iubetur,
Oppresso tacuit non puri pectoris ore.
Et tunc conuersus famulis rex præcipit illum
Connexis manibus, pedibus'que, & corpore toto
In tenebras ruptum mox præcipitare profundas.
Illic stridor erit, uasti sine fine doloris,
Et semper fletus. multis nam sæpe uocatis,
Paucorum felix hominum selectio fiet.

I.P.H. DE EVANGELICA HISTORIA LIBER QVARTVS.

Interrogatur Christus an liceat reddere tributum Cæsari. Marci.xii. Lucæ.xx.

Alia dicentẽ, confestim factio frendẽs
Tẽtare aggredit̃ uerbis cũ fraude malignis,
Certũ est ueridicũ te nũc uenisse magistrũ,
Nec queq̃ metuẽs domini uestigia seruas.
Dic ergo an liceat nostræ dissoluere genti
Cæsaris urgentis semper sub lege tributum?
Ille sed inspiciens sæui penetralia cordis,
Cur tentatis ait nunc me concludere uerbis?
Fallacis mentis perdit fallacia fructum.
Aspicite in nummum, sculpti'que nomismatis æra,
Cæsaris expressum facile est ibi cernere uultum.
Soluite nunc illi propria sub lege tributum,
Atque deo proprium legis seruemus honorem.

De muliere, quæ septem fratribus nupsit. Math.xxii. Marci.xii. Lucæ.xx.

Inde saducæi tali cinxere latratu,
Mosea qui legum posuit præcepta iubere
Si quis connubium properata morte relinquet
Pignoribus mediis non dum de germine cretis
Huius germano rursus sociabile uinclum
Deberi, generis pereat ne portio lapsi.
Finibus in nostris septem germana fuerunt
Corpora, sed maior natu cum uincula nuptæ
Sumpsit, præ celeri cecidit sub acumine mortis,
Post alius frater, thalami sine fructibus æque
Concidit, & cuncti iacuere ex ordine fratres,
Vnius & cunctos fletus gemuere maritæ,
Post ipsam rapuit gelidæ inclementia mortis.
Si uenient igitur cuncti sub lumina uitæ,
Cuius connubiis mulier reddenda resurget?
Illis Christus ait. errori obnoxia prauo

Legibus,& iussis domini mens dura resistit
Nescia uirtutum & legum mens decolor errat.
Nanque sequenda dehinc lætæ reparatio uitæ
Non thalamos nouit,non terræ gaudia uana.
Sed similes leuibus genitoris iusta ministris
Constituet regni uirtus sublimis in aula.
Nec deus illorum dominum se ponere poscit,
Qui terram proni meruerunt sumere mortem.
Sed potius uitæ possunt qui prendere lucem.

Duo esse præcepta,quibus omnia depen-
dent,& Christus cuius filius sit.
Math.xxiiii. Mar.xii.

Ecce alii rogitant,quæ sint firmissima legis.
Ille indefessus nulli responsa negabat.
Sublimẽ cœli dominũ deuotio cordis Deutero.vi.
Diligat,est ista hæc uirtus firmissima legis.
Consimile est isti,magno teneātur amore. Leui.xix.
Ad ius fraternum iuste penetralia mẽtis, Roma.xiii.
His etenim geminis dependent omnia iussis.
Sed uobis cuius soboles uentura uidetur Lu.xx.
Christus,quem cuncti spondent in secla prophetæ.
Respondent illum Dauidis germine nasci.
Prosequitur Christus,cur illum dicere Dauid
Diuino flatu scriptũ ẽ,dominũ'q;,deũ'q;, Psal.cix.
Quod proprium patrem non æquum est dicere nato?

Quæ pharisæi dicunt,facienda esse,& non
quæ faciunt.hinc increpantur scribæ,
& pharisæi. Math.xxiii.
Lucæ.xi.

Talia Saluator.cuncti obstupuere silentes.
Ille sed accita credentum plebe profatur,
Aspicite scribas sublimi sede superbos,
Hi quæcunque docent,iustum est comprẽdere cordis
Obsequio,maculas ipsorum temnite uitæ.
Abrupta imponunt humeris nam pondera uestris,
Ipsi quæ digito saltem contingere nolunt.
Accubitu primo cœnæ,fastu'que superbo,

Atq; salutantum uano tolluntur honore,
Et nomen sublime uolunt portare magistri.
Sed uos noluerim præcelsi nominis arcem
Affectare, tamen uobis est una magistri
Imposita æternum cœli de lege potestas,
Vos eadem fratrum parili coniunxit amore.
Vnus item pater est, cœli qui in culmine regnat.
In uobis si quis sublimia colla leuabit,
Decidet, & baratri mergetur ad ultima cœno.
Ast humilis claram conscendet liber in æthram.
Deflendi semper scribæ & lachrymabilis æui
Cæca pharisææ cunctis fallacia plebis.
Nam uobis iter clausum, quia iure negatur
Non sinitis quemquam penetrare per ardua lucis,
Et cunctos trahitis sæuæ ad consortia flammæ.
Vos similes dicam, tectis splendore sepulchris,
Quis facies nitida est, interna'q; sordida bustis.
Hic uox uelatur iustæ sub imagine uitæ,
Atq; adytis mentis cælantur sordida lucra.
O Solymi Solymi, ferro qui sæpe prophetas Lu.xi.
Ad uestram missos uitam sine fine necatis.
Quam uolui uestram gentem, populum'q; tueri,
Ales uti molli solita est sub corpore pullos
Obice pennarum circumcomplexa fouere.
Sed uobis semper cœlestia munera sordent.
Deseritur iam nunc domus hæc uastata ruinis,
Nec uobis nostrum fas ultra est cernere uultum.

De tẽpli structura, cuius subuersio prædicit᷑.
Math.xxiiii. Mar.xiii. Lu.xix.&.xxi.

Greditur templo, cuius præcelsa notantes
Mœnia discipulos, tali sermone docebat.
Hæc operum uobis miracula digna uidentur
Obtutu stupido, ueris sed discite dictis,
Quod mox cuncta solo passim disiecta iacebunt.
Hæc ad Oliueti dicens peruenerat arcem.
Discipuli solum postquam uidere, rogabant
Vt sibi uenturi tempus distingueret æui,

Promissa ipsius, quem poscant prendere finem
Eius ut aduentus terræ consumeret orbem.
Quærentum uerbis respondit talia Christus.

Signa quæ i die iudicii futura sũt prædicũtur. Math. xxiiii. Mar. xiii. Lu. xxi.

Obseruate dolum falso ne nomine capta
Credulitas, laqueis errantum præcipitetur.
Discurrent cunctis bellorum incendia terris,
Sed uos præualido consistite robore cordis,
Ne mens accepto iaceat turbata tumultu.
Non etenim prima imponent mox prælia finem,
Gentibus & gentes, & regibus obuia reges
Signa ferent. nec tum morbi corrumpere tractum
Aeris, aut pestes prosternere corpora parcent.
Fixa etiam solido per inania pondera tellus
Per diuersa loci motu quassante tremiscet.
Hæc in principiis tentamina parua manebunt.
Tradentur multi uestrum, leto'que dabuntur.
Pro'que meo uobis incumbere nomine gentes
Tormentis, pœnis'que feris, odiis'que necesse est.
Liuor erit terris, erroribus omnia plena,
Et falsi surgent populorum labe prophetæ.
Hæc inter, si quis protectum uulnere pectus
Ad finem seruare queat, sublimia lucis
Aeternis uitæ sertis redimitus adibit.
Regnorum cœli celebratio peruolitabit
In cunctas terræ metas. gens omnis habebit
Testem lucifluo sanctæ sermone salutis.
Et tunc finis erit currentia secla resoluens.
Adueniet iam tunc tristis defectio terris Danie. ix.
Quæ Danielis habet iussam uerissima uocem.
Hæc dignus tantum poterit cognoscere lector.
Iudæi longe fugiant, montes'que capessant.
Nec quisquam domibus repetat sustollere secum
Quæ fuga consociet, uestem'ue, aut mobile quicquã.
Deflendæ iam sunt uteri cum pondere matres,
Et miseros fœtus dulci quæ lacte rigabunt.

Sed sapiens pars illa sibi quo lumina flammæ
Susciperet, portare simul curabat oliuum.
Stultarum uero non est prudentia talis.
Cumque moraretur sponsus, tum membra sopore
Soluuntur cunctis per compita lata uiarum.
Iam noctis medio clamor crebrescere magnus
Exoritur, læto'que dehinc occurrere uoto
Admonuit, tedis'que uias ornare coruscis.
Surgere tunc properant & claro lumine tedas
Instruere, & flammas pingui componere oliuo.
Tum stolidæ rogitant olei sibi cedere partem,
Prudentes secum quod tum gestare uidebant.
Sed quoniam sapiens pauitat chorus, omnibus æque
Ne desint clare nutrimina pinguia flammæ
Ex paruo æqualis si detur portio cunctis.
Tum pergunt stultæ liquidum ut mercantur oliuum,
Dum pergunt lætæ transcurrunt omnia pompæ,
Et sponso tantum comitatur factio prudens.
Adueniunt fatuæ sero post tempore segnes,
Et sponsi pulsare fores, & limina clausa
Nequicq̃ ingeminãt, precibus'q; ingrata frequẽtant
Vt liceat miseris penetrare in limina læta,
Illas non comitum sponsi cognoscere quisquam,
Non sponsus uoluit, quare uigilate timentes
Aduentus uobis q; non est certior hora.

Talenta, quæ seruis data sunt
ad exercendũ. Math. xxv.
Lu. xix. Mar. xiii.

Sicut enim longas cui contigit ire profecto
In terras. credens seruis tractanda talenta
Vni quinq; dedit, duo cœpit & alter habenda.
Tertius unius curam tractare talenti
Suscepit, uires quoniam diuersa merentur.
Sed maior quis est concredita portio nummi
Certatim duplis auxerunt æra lucellis.
Ille sed unius cui credita cura talenti est,
Telluri infodiens seruat sine fructibus æra.

Iam'q;

Iam'que aderat præsens dominus, tũ primus & alter
Se geminasse illi pariter concredita monstrant.
Illos laudat herus, potiora'que credere tantæ
Promittit fidei. sed tertius ille resodit,
Et domino reddit tali cum uoce talentum.
Quod scirem domino memet seruire seuero,
Qui meteret segetes alieno semine cretas
Extimui, argentum'que tuum concredere terræ
Malui, quo semper saluum tibi reddere possim.
Tum dominus famulo respondens, talibus infit
Si nescire meos auderes dicere mores
Nequitiæ tantæ ueniam concedere possem.
Hoc igitur gnarum potius præstare decebat,
Vt fructum nobis tractata pecunia ferret.
Quapropter segni tollatur portio nostri,
Prudenti'que dehinc detur possessio maior,
Quem cumulasse duplis lucris mea quinque talenta
Inueni, nanque est certum potiora mereri
Quis res uberior, cumulatæ sortis abundat.
At cui parua subest segni substantia corde
Id minimum penitus iuste tolletur ab illo,
Et nequam seruus tenebras demersus ad imas,
Perpetuos fletus pœnæ stridore frequentet.

In die Iudicii, bonos in parte dex
tra locatum iri, malos ue
ro in sinistra.
Math.xxv.

En hominis natus ueniet, patris'que ministris
Stipatus, celsa iudex in sede sedebit,
Tunc gentes cunctæ diuersis patribus orbis
Conuenient, iustos'que, dehinc de labe malorum
Secernet, dextra'que libens in parte locabit.
At prauos leua despectos parte relinquet.
Vt pastor pecoris discernit pascua misti.
Lanigeris dextri permittens mollia prati
Et leuos hirtis dumos tondere capellis.
Sed rex ad dextros conuersus talia dicet

Huc ueniāt sancti iandudum debita sumāt
Dona patris, mundo quæ sunt æquæua nitenti.
Et iustis primo promissa parantur ab ortu.
Nanque fame fessum quondam me grata refecit
Hæc plebes, potu'que sitim mihi sæpe remouit.
Hospitium'que domus patuit mihi sæpe uocato.
Et nudus uestis blandissima tegmina sumpsit
Carceris in pœnis horum solatia cœpi,
Tum domino tali respondent uoce beati.
Non meminit nostrum quisquam te uisere nudum,
Nec famis oppressum dura ditione notauit.
Carceris aut pœnis meminit uidisse reuinctum,
Respondens illis dicit tum talia iudex
Fratribus ista meis, humiles miserando labores
Qui fecit, certum est dulcem mihi ponere fructum,
At uos iniusti, iustis succedite flammis,
Et pœnis semper mentem torrete malignam,
Quas pater horrendus barathri per stagna profundi
Dæmonis horrendi, sociis'que, ipsi'que parauit.
Nanque sitim passo quondam mihi pocula nulla
Nec famis in pœna parui miseramina panis,
Aut peregrina mihi tecti, uestis'ue parumper
Tegmina de magnis gracili pro parte dabantur.
Carceris haud septo claustris, morbis'ue iacenti
Vnquam uisendi solatia uestra fuerunt.
His damnata dehinc respondet factio uerbis,
Haud unquam nostrum meminit te uisere quisquā,
Aut sitis aut sæuæ famis ægrum agitare laborem,
Hospita uel fessis errare per oppida rebus.
Carceris aut mersum pœnis, morbo'ue grauatum,
Vt tibi sollicito fieret miseratio iusta.
His rerum dominus dicet, cum uestra superbo
Angustis rebus feritas sub corde tumebat,
Calcauit'que humiles. minimos, me spreuit in illis.
Hæc ubi dicta dedit meritis sua præmia reddet
Aeternum miseri pœna fodientur iniqui,
Aeternum'que salus iustis concessa manebit.

Lazarum ſuſcitatum eſſe cum
iam feteret. Ioan.xi.

Talia dum loquitur ſciſſos lacerata capillos
Pro fratris morbo iuſtis ſoror anxia curis,
Hortatur iuuenem rapido percurrere greſſu
Caſibus ut tantis Chriſtus ſeruaret amicum.
Nam fuerat mulier meritis accepta benignis
Obſequio cuius, fratrem'que, domum'que merentē
Complexus pleno Chriſtus retinebat amore.
Nuntius adueniens narrat in agone iacere
Dilectum Chriſto iuuenem, per triſtia morbi,
Et leti, & uitæ confinia ſumma tenere.
Lazarus hic habuit nomen, ſed Chriſtus amaris
Perculſus uerbis, non eſt ſi creditis inquit
Ad letum ducens iſta hæc uiolentia morbi.
Sed deus ut digno iuſtis celebretur honore
Et ſoboles hominis ſancta uirtute niteſcat.
Tunc ad diſcipulos dormit iam Lazarus inquit
Sed charum iuuenem faciam conſurgere rurſus.
Hæc ait, & Chriſto cuncti præeunte ſequuntur.
Aiunt diſcipuli ſomno ſuccedere plena
Et remeare ſalus poterit, nec mente ſequuntur,
Quod mortem ſomni dixit ſub nomine Chriſtus.
Errorem quorum tali ſermone remouit.
Lazarus in letum cecidit, ſed gaudia menti
Hinc ueniunt, ueſtram'que fidem mihi fortius armāt.
Cernitis abſentem longe qui cuncta uidere.
Sed properemus ait, didimus tunc talia fatur,
Pergamus, pariter'que omnes procumbere leto
Cogamur. toties quod gens iudæa minatur.
Hæc ait, & cuncti Chriſto præeunte ſequuntur.
Iam'que aderat Chriſtus, fuerat ſed morte ſepulto
Quarta dies, merſis'que atris de morte tenebris
Germanas, luctus, lacrymoſa'que tecta tenebant.
Conuenere illuc ſolatia debita dantes
Iudææ gentis proceres, chari'que propinqui.

Sed Martha audito Christum uenisse, cucurrit
Obuia, deseruit'que domum, mœstam'que sororem,
Et procul o' utinam præsens hic Christe fuisses
Clamitat, haud morti frater cessisset acerbæ.
Nam quicquid poscis certum est tibi posse uenire.
Quam dominus tali solatur uoce gementem,
Robustam mentem mulier uirtute resume,
Lazarus hæc uitæ rediuiua in lumina surget.
Et mulier certæ surgent in munera uitæ
Mortales cuncti, ueniet quum terminus orbi.
Christus item sancto depromit pectore uocem.
En ego sum claræ uobis reparatio uitæ,
In me qui credit mortem deponere sumptam,
Et uitam poterit iugi comprendere seclo.
At quicunque fidem uiuo sub pectore sumet
Horrida non unquam continget limina mortis.
Ista hæc si credis puro dic pectore Martha?
Illa dehinc, hæc una fides mea corda tenebit
Sublimis ueneranda dei, ꝙ uenerit in te
Cœlestis soboles celso sub nomine Christi.
Hæc ait, & Maratham cursu monitura sororem
Interiora petit, sanctum uenisse magistrum,
Et pariter luctu oppressam, uocitare sororem
Admonuit, tacito designans omnia nutu.
Prosilit illa foras, audito nomine Christi,
Prosequitur'q; simul Solymorum turba gementem
Credentum tumulo fletus inferre sorores.
Illa salutiferum postquam conspexit Iesum
Procidit ante pedes, rũpit'que hanc pectore uocem.
Si mihi germanum potuisses uisere uiuum
Lazarus haud poterat duræ succumbere morti.
Fletibus his Christus socians de corde dolorem
Inquirit tumuli sedem quo condita nuper
Membra forent, animæ uolucris spoliata calore.
Haud mora, demonstrant flenti, mœsto'q; sepulchrũ
Rupe sub excisa lapidis quod pondere clausum.
Vt uidit sanctus, multo mox uecte moueri

Præcipit. At Marthæ talis uox uerberat aures
Quattuor en luces, totidem'que ex ordine noctes
Prætereunt, quo membra solo composta quiescunt
Crediderim corpus motu fugiente caloris
Fetorem miserum liquefactis reddere membris.
His dictis contra depromit talia Christus,
Iam toties dictum est, magnis consistere rebus
Credentum uirtute fidem, sed gloria summi
Iam genitoris adest, fidei si robur habetis.
Hæc ubi dicta dedit, saxum'que immane reuulsis
Obicibus patuit, uirtus mox conscia cœlum
Suspicit, & tali genitorem uoce precatur.
Eximias grates genitor tibi sancte fatemur,
Me placidus semper uenerandis auribus audis,
Sed populus præsens me missum credere discat.
Hæc ubi dicta dedit, tumuli mox limine in ipso
Restitit, aduerso complens caua saxa canore.
Lazare sopitis redeuntem suscipe membris
En animam, tu'que ipse foras te prome sepulchro.
Nec mora, connexis manibus, pedibus'que repente
Procedit tumulo, uultum cui linea texit,
Et totum gracilis connectit fascia corpus.
Tum solui iussit, lætum'q; ad tecta remittit.
Iudæi postquam factum uenerabile cernunt,
Qui tantum fuerant Mariam, Martham'que secuti
Pars credens sequitur sanctæ uirtutis honorem.
At alii repetunt urbem, procerum'q; superbis
Cuncta pharisæis rerum miracula narrant.

Passio Domini nostri Iesu Christi. Math. xxvi.
Mar. xiiii. Lu. xxii. Ioã. xi.
Conueniunt in unum scribæ, & pharisæi, ut
Iesum occidant. Et Magdalena un
guento pretioso ungit pe-
des Domini.

Ergo ad concilium scribæ, plebis'que uocatur

Iam grauior numerus, qua uatum principis alte
Pulchra Caipheæ collucent atria sedis.
Illic complacuit Christum prosternere leto
Sed uitare dies paschæ, ne plebe frequenti
Discordes populi raperent in bella furorem.
Ille Simonis erat tectis, quem lurida lepra Ioan. xii.
Virtute ipsius diffugerat, en recubanti
Accedit mulier propius, frāgens'que alabastrum,
Quo pretiosa inerant late fragrantis oliui
Vnguenta, ab summo perfundit uertice Christum.
Discipuli increpitant, fantes potuisse iuuari
De pretio unguenti miserorum corpora egentum.
Has dominus prohibet uoces, factum'que probauit.
Desinite obsequio iustā prohibere puellam.
Pauperibus semper dabitur succurrere tempus,
Sed me non semper tribuetur uisere uobis.
Funeris ista mei multum laudanda ministrat
Officio, mundum'q; implebunt talia facta.

Iudas pretiū petit, ut Iesum tradat, qui cœnans traditūiri se ab uno discipulorū, prædicit hinc corporis, & sanguinis sui sacramē tū instituit, & a' Petro ter se anteq̄ Gallus cātet, negatum iri prædicit. Math. xxvi. Mar. xiiii Lu. xxii.

Tunc e' discipulis unus se subtrahit amens
Iudas, qui ad proceres tali cum uoce cucurrit.
Quod pretium sperare datur si tradere uobis,
Quæsitum'que diu possim monstrare magistrum?
Argenti terdena illi mox pollicebantur
Pondere, dehinc Iudas sceleri se subdidit alto.
Iam'q; dies paschæ primo processerat ortu
Discipuli a' Christo quærunt ubi sumere pascha
Vellet, at ille sibi quendam sine nomine quæri
Vltima qui domini caperet mandata iubebat.
Vespere mox primo bis sex recubantibus una
Discipulis, tali diuinat uoce magister.

En urget tempus Christum cum tradere morti
E'uobis unus scelerato corde uolutat.
Continuo cuncti quærunt quis talibus ausis
Insano tantum cœpisset corde uenenum.
Ille dehinc epulis mecum nunc uescitur inquit.
Sed soboles hominis quondam præscripta subibit
Supplicia ad tempus, miserabilis ille per æuum,
Qui iustum tradet. quanto felicior esset
Si nunquam terris tetigisset limina uitæ.
At Iudas grauiter tum conscia pectora pressus,
Nunquid ait Iudam talis suspitio tangit?
Respondit dominus te talia dicere cerno.
Hæc ubi dicta dedit, palmis sibi frãgere panẽ. Ioã.vi.
Diuisum'que dehinc tradit sanctum'q; precatus
Discipulos docuit proprium se tradere corpus.
Hinc calicem sumit dominus, uino'que repletum
Sanctificat gratis uerbis, potum'q; ministrat,
Edocuit'que suum se diuisisse cruorem,
Atque ait, hic sanguis populi delicta remittet.
Hunc potate meum, iam ueris credite dictis.
Post hæc non unquam uitis gustabo liquorem,
Donec regna patris melioris munere uitæ,
In noua me rursus concedant surgere uina.
Exin cantato sanctis concentibus hymno. Io .xviii.
Montis Oliueti conscendunt culmina cuncti.
Talia tum Christus depromit pectore uerba
Omnes præsentis noctis uos tempore longe
Disperget misere deserto principe terror.
Sic etenim scriptũ ẽ, pastoris casibus omnes Za.xiii.
In diuersa fugam capient per rura bidentes.
Hinc cum uita nouos cœli mihi reddet honores
Præueniam, uestros'que choros genitalibus aruis
Grata galilææ uolitans per rura docebo.
Respondit Petrus, cunctos (sic credere fas est)
Qui tua labentes possint præcepta negare.
Sed mea nonunquam mutabit pectora casus.
Ille dehinc. Nox hæc quæ lucida sydera terris

Inducit, lucem'que premens nunc incubat undis
Audiet, ut ternis pauidus mendacia uerbis
Dices, & Christum fortissime Petre negabis,
Et prius altilibus resonent q̃ tecta domorum.
At Petrus, duram mortem mihi sumere malim
Vox oblita suum q̃ deneget ista magistrum.
Has uires cordis perstant promittere cuncti.

Iesus secedit in uillam Gethsemani, & in Horto orat patrem. Math. xxvi. Mar. xiiii. Lucæ. xxii. Ioã. xviii.

Nominis hebræi sunt gethsemaneida rura
Illô progreditur uitæ, lucis'que repertor,
Quem mox discipuli Iuda fugiente sequuntur.
Atque illic reliquos iussit residere ministros.
Ille sed assumpto longe procedere Petro
Zebedei'q; simul natis, per deuia tendit.
Tunc angore graui mœstus sic uoce profatur,
Tristia nunc uoluens animus mihi pectora turbat,
Mortetenus, sed nunc uos segnem excludite somnũ,
Sollicitam'que simul uigilando ducite noctem
Hæc ait, & paulum procedens, corpore terram
Deprimit, & tali proiectus uoce precatur.
Si fas est genitor, calicis me transeat huius
Incummbens ualido nobis uiolentia tractu.
Sed tua iam ueniat potius q̃ nostra uoluntas
Quæ tibi decreta est tantis sententia rebus.

Iudas Iesum osculo tradit. Math. xxvi. Mar. xiiii. Lucæ. xxii. Ioan. xviii.

Tunc ad discipulos repedat, sed somnus anhelus
Prostratis terræ membris dissoluerat omnes.
Tunc ait ad Petrum. Non est tibi ponere uirtus
Vnam peruigilem tantis sub casibus horam?
Sed uigilate precor, ne uos tentatio raptos

Horrida præcipitet, & sæuæ per lubrica mortis
Spiritus iste uiget, sed corpus debile labat.
Secessit rursus secreti montis in arcem,
Orabat'que patrem. rerum mitissime rector,
Hunc quoniam calicem non est transire facultas,
Iam tua perueniat nostra de sorte uoluntas.
Rursus discipulos somni sub pondere pressos
Inuenit, & rursus iisdem genitore precato
Alloquitur fessos nexo langore quietis.
Iam dormire licet, socios'que reuisere uestros.
Nam uenit ecce meum qui trãdet ad omnia corpus,
Quæ maculata meis imponet factio membris.
Hoc dicto, Iudas numero stipante cateruæ
Aduenit, & procerum iussu populi'q; ferocis.
Pars strictis gladiis, pars fidens pondere clauæ
Signa sequebatur Iudæ promissa furentis.
Oscula nam pepigit sese contingere Christi
Quo facile ignotum caperet miserabile uulgus.
Hic ubi dixisset simulata uoce salutem,
Attigit & labiis iusti miserabilis ora
Continuo Christus, totum complere licebit
Huc uenisse tuo quæcunque est causa paratu.
Iniecere manum turbæ, Christum'que prehendunt.

Petrus auriculam seruo abscindit. Math. xxvi.
Lucæ. xxii. Ioan. xviii.

Tunc e' discipulis unus fulgente machæra
Occurrit uatis famulo, & sublatus in iram
Tempore & excussam rapuit ui uulneris aurem
Olli Christus ait, gladium tu ponito noster.
Nã quicũq; ferox cõfidet uindice ferro, Geñ. ix. &.
Hunc iusti similis ferri uindicta manebit, (Apo. xiii.
An ego non possim cœlestia castra uocare,
Et patris innumeras in prælia ducere turmas?
Sed scriptura meis complenda est debita rebus.
Vos autem stricto quid me comprendere ferro

Fustibus & gladiis concurritis? En ego uobis
Occurram, templi media qui semper in arce
Vobiscum residens docui, nec talia quisquam
Insonuit, tantis circum latratibus audax.
Discipuli passim Christo fugere relicto.

In domo Caiphæ condemnatur. blasphematur. cæditur. Math. xxvi. Mar. xiiii. Ioan. xviii.

Iam'quẽ Caiphæa astiterat Saluator in aula
Conuenere omnes scribæ, proceres'que uocati.
At Petrus longe seruans uestigia solus
Occulte mœstus, sedit cum plebe ministra
Extremum opperiens tanto sub turbine finem.
Ecce sacerdotes falsos conquirere testes
Incumbunt, fictas'que uolunt contexere causas,
Quis mortem insonti possent imponere Christo.
Sed nullus tanto uisus satis esse furori.
Vltima prosiliunt testes, qui dicere Christum
Audissent templum ꝙ solus uertere posset,
Et uersum ternis iterum instaurare diebus.
Ipse sacerdotum princeps urgere tacentem
Insistit feruens furiis, ac talia fatur.
Cur nihil ad tantas nunc respondere querelas
Conuictus ueris procerum sub testibus audes?
Adiurabo tamen summi per regna tonantis
Vt fateare palam' si fas te credere Christum.
Ille dehinc tali compellat uoce superbum.
Ista hæc sola tibi procedunt pectore uerba,
Vera tamen ueniet uobis uisenda per auras
Maiestas, hominis proles uirtutis ad altæ
Cum sedeat dextram, per nubes ignicolores
Talibus auditis scindit de pectore uestem
Insultans furiis, & cæco corde sacerdos.
Atq; ait, audistis pugnantis fœda profani
Verba deo, polluta magis consurgat in iras

Relligio, & uestram cuncti iam pandite mentem.
Conclamant omnes, morti'q; addicere certant.
Tūc sanctā Christi faciē sputa īproba cōplent, Isa.l.
Et palmæ in malis, colaphi'q; in uertice crebri
Insultant, uerbis'q; omnes illudere certant.
Christe prophetabis cuius te palma cæcidit.

Petrus ter Christum abnegat.
Math.xxvi. Mar.xiiii.
Lu.xxii. Io.xviii.

At Petrum mulier tristem q; uiderat intus,
Tu ne etiam iuuenis fueras comes additus inquit
Isti, quem ludens procerum sententia damnat?
Ille negat, tectis'q; foras se promere tentat.
Ecce sed egressum primo sub limine cernens
Altera consimili prodebat uoce ministris.
Rursus ait, iurans illum se nosse negabat.
Tunc percontantum multi accessere frequentes
E que sono uocis sese cognoscere dicunt
Cuncta Galilæam strreperent q; uerba loquelam.
Et Petrus iurans deuotis omnia uerbis
Nescire affirmat, quisquis foret ille negando
Hanc uocem, plausum quatiens sub culmine tecti
Ales prosequitur cantu, mentem'q; Simonis
Circunstant tristem uerbis præsagia Christi.
Egressus'q; dehinc ploratus fudit amaros.

Iesus ad Pilatum uinctus ducitur. coram illo accusatur, ab eo interrogatur an esset rex iudæorum. Item Pilato dicente Iudæis solere eos tunc temporis unum ex condemnatis donari uita, utrum absolui, Iesum'ne an Barabā uellent, conclamant Barabam, & crucifigatur Christus.
Math.xxvii. Marci.xv.
Lucæ.xxiii. Io.xviii.

Sydera iam luci concedunt & rapidus sol
Progreditur radiis terras trepidantibus implens

Iam'que e'concilio Christum post terga reuinctum
Præsidis ad gremium magno clamore trahebát,
Interea celsum dominus stans ante tribunal,
Talia Pilati uerbis excepit Iesus.
Tu rex iudææ gentis quod dicitur astas?
Respondit Christus uestris hæc audio uerbis.
Exin terribilis iusti accusatio surgens
Infremit, & sanctum mendax facundia pressat.
Respondere nihil trucibus dignatur Iesus.
Pilatus quærit quæ tum sit causa tacendi.
Ille magis perstans miranda silentia seruat.
Sollenni sed forte die concedere leges
Vnum damnati capitis de more iubebant.
Et fuit in uinclis famoso nomine latro
Quem Christo infensus, populus dimittere uitæ
Ardebat, trucibus somno sed territa uisis
Pilati coniunx iusti discedere pœna
Mandatis, precibus'que uirum suspensa rogabat.
Tum iudex iterum procerum disquirere mentem
Tentat, & instanti cuperent quem soluere pœna
Plebis ad arbitrium mittit de lege requiri.
At proceres populum fusa ambitione rogabant
Latronem legi peterent, Christum'que necarent.
At postquam procerum incendit sententia uulgus
Latronis'que petit potius sibi cedere uitam,
Consuluit præses populum, quid uellet Iesu.
Plebs incensa malo sæuos miscere tumultus
Et crucis ad pœnas iterum'que, iterum'que petebat.
Qui regis nomen cuperet, qui Cæsaris hostem
Confessus, sese proprio damnauerit ore.
Denique ui uictus detestatus'que cruentum
Officium increpitans se libera sanguine ab huius
Corda tenere sibi, coram'que à crimine palmas
Abluit. ut genti tantum macula illa maneret,
Hoc magis inclamant nos nos cruor iste sequatur,
Et genus in nostrum scelus hoc & culpa redundet.
Pilatus donat plebi, legi'que Barabam.

Et crucis ad pœnam uinctum concedit Iesum.

Iudas pœnitẽtia ductus, numos reddit & laqueo
se de ficu suspẽdit, & pecunia, qua Christus
uenditus est, ager, in quo cadauera
damnatorum sepeliantur,
emitur. Math. xxvii.

Proditor at Iudas postquam se talia cernit
Accepto sceleris pretio fecisse furentem,
Infelix ægris damnans sua gesta querelis
Argentum & culpans sacram proiecit in ædem,
Exorsus'que suas laqueo sibi sumere pœnas,
Informem rapuit ficus de uertice mortem.
Inde sacerdotes, pretium quod sanguinis esset,
Illicitum fantes adytis iam condere templi.
Sed dare tum licitum, cum sanguis distraheretur
Credebant, agri mercati nomine uero
Sanguinis, horrendo signant scelera impia facto.
Hæc quõdã coopta canẽs uox uera ꝓphetæ Zach. xi.
Euentum rerum patefecit in ordine secli
Argenti triginta minas posuere profani
Hoc pretium pretiosi corporis instituentes,
Quod mox ad figuli rursus transfertur agellum.

Iesus à militibus deridet. chlamyde coccinea
induitur. spinis coronatur. Math. xxvii.
Mar. xv. Lu. xxiii. Io. xix.

Traditur iniustis iustus, sceleris'que ministris
Militibus scelerata opprobria corpore præbet,
Purpuream'que illi tunicã, chlamydem'que rubentem
Induunt. spinis'que caput cinxere cruentis.
In'que uicem sceptri, dextram comitatur arundo.
Tum genibus nixi, dominum, regem'que salutant
Iudææ gentis, faciem'que lauere saliuis,
Vertice & in sancto plagis lusere nefandis.

Iesus à Pilato iudicatur, ad crucifigendum ducitur. Simon cyrenæus lignum crucis ferre iubetur. Iesus item felle & aceto pota-tur. in medio duorum latronum cruci affi-gitur. super eius uestẽ sors mittitur. blasphe-matur. sol obscuratur. terra cõcutitur. hinc domini clamor ad patrẽ, & mors eius, & alia quæ in morte eius contige rũt. Math. xxvii. Mar. xv. Lucæ. xxiii. Io. xviii.

Hæc ubi transegit miles ludibria demens
Indutum propriæ ducebant tegmine uestis
Et crucis ad pœnam sanctum, iustum'q; trahebant
Ecce sed egressi quendam cœpere Simonem
Cyrena genitũ, lignum'q; afferre iubebant
Quo dominum lucis duris suffigere clauis
Instans urgebat secli immutabilis ordo.
At postquam uentum est, ubi ruris Golgota nomen
Permixtum felli uinum dant pocula Christo.
Ille sed in summo gustu tractata recusat
Vt satis antiquis fieret per talia dictis.
Nec tamen immanis plebis furor omnia possit.
Iam'q; crucifixum pendebat in arbore corpus
Intactam'que dedit tunicam sub sorte per omnes
Militis unius seruans possessio textum,
Et scriptum causæ titulum, meriti'que locarunt
Quod rex iudææ gentis, plebis'que fuisset.
Accidit ut pœnæ pariter consortia ferrent
Latrones hinc inde duo, sed cæca furentis
Insultat plebis fixo uesania Christo.
Hic est qui templum poterat dissoluere solus,
Hic est qui terno lucis reparare meatu.
Sed nunc descendat soboles ueneranda tonantis
Et crucis e' pœna, corpus'que animum'que resoluat.
Hæc uulgi proceres uecordis dicta sequuntur

Atque pharisæi scribæ'que & factio demens
Illudunt, motu'que caput, linguas'que loquelis
Insanis quatiunt, æternæ ad uincula pœnæ
Non'ne alios quondam trucibus seruare solebat
Morborum uinclis, sese cur soluere uinclis
Non ualet? En regem nostræ quem credere gentis
Debuimus, soluat ligni de robore corpus
Tunc sanctis digne ualeamus credere uerbis.
Confidit genitore deo dimittere pœna.
Cur non uult propriam sobolem uenerãda potestas?
Nec minus increpitant, dextra leua'que gemẽtes
Affixi crucibus scelerum pro sorte latrones.
Iam medium cursus lucis conscenderat orbem,
Cum subita fugeret oculis, furuis'que tenebris
Induitur, trepidum'que diem sol nocte recondit.
Ast ubi turbatus nonam conscenderat horam,
Consternata suo redierunt lumina mundo.
At Christus magna genitorem uoce uocabat
Hebrææ in morem linguæ, sed nescia plebes
Heliam uocitare putat, tunc concitus unus
Cogebat spongo turpi, calamo'que reuincto
Impressum labiis acidum potare saporem.
Cætera turba furens, tali cum uoce cachinnat.
Spectemus pariter cœlo ne forte remissus
Helias ueniat, celsa qui sede quiescit
Liberet & misero crucifixum stipite regem,
Tunc clamor domini magno conamine missus
Athereis animam comitem commiscuit auris,
Scinduntur pariter sancti uelamina templi,
Carbasa'que in geminas partes disrupta deiscunt.
Et tremebunda omni concussa est pondere tellus.
Dissiliunt'que suo ruptæ de corpore cautes.
Tum ueterum monumenta uirum patuere repulsis
Obicibus, iustæ'que animæ per membra reuersæ
Et uisum passæ populi, per mœnia latæ
Errauere urbis, sic terrent omnia mundum.
Militibus primis quatiuntur corda pauore

Dedita qui sæuæ seruabant corpora pœnæ,
Et sobolem dixere dei, Christum'q; fatentur.

Corpus domini in sepulchro conditur.
Math.xxvii. Mar.xv.
Lu.xxiii. Io.xix.

E speculis matres miracula tanta tuentur.
Omnes obsequium Christo quæ ferre solebant.
Iam'q; recedenti uesper succedere soli
Cœperat, & procerum solus tum iustior audet
Corpus ad extremum munus deposcere Christi.
Hic Abarimathia nomen gestabat Ioseph
Qui quondam uerbis aures præstabat Iesu.
Pilatum tunc iste rogat sibi cedere membra,
Quis nuper tulerat uitam uis horrida pœnæ.
Concessit præses, sed corpus fulgida lino
Texta tegunt, saxi'q; nouo componitur antro.
Concludunt limen immensa uolumina petræ,
E speculis seruant matres, & cuncta tuentur.

Sepulchrum ab armatis militibus custoditur. Math.xxvii.

Iam'q; dies rutilo complebat lumine terras
Ocia qui semper prisca de lege iubebat.
Nulla sed immitis procerum furor ocia seruat,
Conueniunt, onerant'q; simul sic iudicis aures,
Erroris laqueos iustissima pœna resoluit,
Nunc meminisse decet quoniam πλάνος ille solebat
Vulgari semper iactans promittere plebi
E mortis sese tenebris ad lumina uitæ
Cum trino solis pariter remeare recursu.
Sed petimus custos miles noua funera seruet,
Ne fera discipulis furandi audacia corpus
Consurgat, turbet'q; recens insania plebem.
Et Pilatus ad hæc. Miles permittitur inquit
Seruare ut uultis corpus tellure sepultum,
Conueniunt, saxi'q; ingentia pondera uoluunt.

Et limen signis, & saxum milite seruant.

Christus tertia die resurgit à mortuis.
Mar.xvi.Lu.xxiiii.Ioan.xx.

Sydera iam noctis uenturo cedere soli
Incipiunt, tumuli matres tum uisere septum
Concurrunt, motus sed terram protinus omnem
Concutit, & cœlo lapsus descendit aperto
Nuntius, & saxum tumuli de limine uoluit.
Illius & facies splendet ceu fulguris ignis,
Et niuis ad speciem lucent uelamina uestis.
Militibus terror sensum discluserat omnem,
Et iacuere simul ceu fusa cadauera leto,
Ille sed ad matres tali cum uoce profatur.
Vestra pauor nullus quatiens nunc corda fatiget.
Nam manifesta fides sanctum uos quærere corpus,
Quod crucis in ligno scelerata insania fixit
Surrexit Christus, æterna'que lumina uitæ
Corpore cum sancta deuicta morte recepit.
Visere iam uobis licitum est q̄ sede sepulchri
Nulla istic iaceant fuerant quæ condita membra.
Dicite præterea celeri, propero'q̄ recursu
Discipulis Christum remeasse in luminis oras
In'que Galilæam letum præcedere terram.
His dictis uisis'que, animos persuderat ardens
Lætitia attonitis, stupido ancipiti'que fauore.
Denique præcipiti celerantes gaudia cursu
Talia discipulis referunt, tumulum'que relinquunt.
Ecce uiæ medio clarus se ostendit Iesus,
Et fidas matres blande saluere iubebat.
Occurrunt illæ & genibus plantis'que prehensis
Victorem læti pauide uenerantur Iesum.
Talibus ille dehinc præceptis pectora firmat
Mentibus absistat fidei pauor omnis & ista
Fratribus hinc nostris propere mandata referre
Nostri conspectus si cura est, Ite uolentes

In'q; Galilæam propere discurrite terram.

Custodes pecunia corrumpuntur, ut resurrectionem cælent. Math. xxviii.

Interea tumuli custodum exterrita corda
Mittunt é numero partem quæ tanta referret
Iudæis rerum miracula, sed manus amens
Iam semel insano penitus deuota furori
Præmia militibus certatim magna rependit.
Et fama argento redimit q; limine rupto
Furtim sustulerit corpus defensa tenebris
Occulte rapiens audacia discipulorum.

Iesus in Galilæa discipulis apparet, præcipiens ut euangelium prædicent. & credentes in nomine patris & filii & spiritussancti baptizent. Math. xxviii.

Iam'q; Galilæos conscenderat anxia montes
Mandatis Christi concurrens turba suorum.
Cernitur esse suis proles ueneranda tonantis.
Illum procumbens sanctus chorus omnis adorat.
Nec tamen in cunctis pariter fundata manebat
Pectoribus uirtus. nam pars dubitabat eorum.
Tunc sic discipulos, clarus compellat Iesus.
In cœlo & terris genitor mihi cuncta subegit.
Me pater est uobis dignatus mittere lucem
Gentibus, haud aliter nunc uos ego mittere cunctis
Institui, uestrum est cunctas mihi iungere gentes.
Pergite, & ablutos homines purgantibus undis
Nomine sub sancto patris, nati'q; lauate,
Viuifici pariter uiuant spiramina flatus.
Ablutis'q; dehinc nostra insinuate docentes
Præcepta, ut uitam possint agitare perennem.
Nec uobis unquam nostri præsentia deerit,
Donec consumens dissoluat secula finis.

LIBER .IIII.

Iuuencus fauisse sibi Christum, ut exigeret hoc opus, gloriatur. hinc Constantinū imperatorem laudat.

Has mea mens fidei uires sanctiq; timoris
Cœpit, & in tantum luxit mihi gratia Christi,
Versibus ut nostris diuinæ gloria legis,
Ornamenta libens tulerit terrestria linguæ.
Hæc mihi pax Christi tribuit, pax hæc mihi secli,
Quam souet indulgens terræ regnator apertæ
Constantinus, adest cui gratia digna merenti.
Qui solus regum sacri sibi nominis horret
Imponi pondus, quo iustis dignior actis
Aeternam capiat diuina in secula uitam.
Per dominum lucis Christum, qui in secula regnat.

FINIS.

ARATOR SVBDIACONVS FLORIANO ABBATI .S.

Qui meriti florem maturis sensibus ortum.
Nominis ore tui iam Floriane tenes,
Nam primæuus adhuc senibus documẽta dedisti,
E' quibus in cœlum uita pararet iter,
Ad carmen concurre meum, pedibus'q; labanti
Porrige de placido sæpe fauore manum.
Ieiuno sermone quidem, sed pinguia gesta
Scripsimus, ac pelagi pondere gutta fluit.
Inter grandiloquos per mille uolumina libros
Maxima cum teneas, & breuiora lege.
Naturæq; modo, quam rerum condidit author,
Concordent studiis celsa uel ima tuis.
Quæ genuit tigres, quæ nutrit terra leones,
Formicis, apibus præbuit ipsa sinum.
Et si respicias dispenset ut omnia rector,
Ingenium mites, uim meruere truces.
Ipsa'q; continuum uirtus infracta laborem
Deserit, & uarias quærit habere uices.
Loricam solitus membris imponere miles,
Gymnasii gaudet nudus adire locum.
Et qui ferratas acies, atq; agmina uincunt,
Imbelles feriunt per sua tela feras.
Ergo gradum retinens, & prisca uolumina linquens
Cede dies operi, quod pia causa iuuat.

ARATOR SVBDIACONVS VIGILIO PONTI FICI.S.

Mœnibus undosis bellorum incendia cernens
Pars ego tunc populi tela pauentis eram.
Publica libertas Vigili sanctissime Papa
Aduenis incluso soluere uincla gregi.
De gladiis rapiũtur oues pastore ministro,
In'q; humeris ferimur te reuocante piis.
Corporeum satis est sic euasisse periclum,
At mihi plus animæ nascitur inde salus.
Ecclesiam subeo dimissa naufragus aula.
Perfida mundani desero uela freti.
Transferor ad niueas Petri sine turbine caulas,
Et fruor optati iam statione soli.
Littoris ille sinus ad carbasa nostra parauit,
Fluctibus in mediis cui uia sicca fuit.
Esse reus potero grates si reddere cessem,
Vnius officio displicuere nouem.
Sensibus ardor inest horum celebrare labores,
Quorum uoce fides obtinet orbis iter.
Versibus ipse canam, quos Lucas rettulit actus,
Historiam'q; sequens carmina uera loquar.
Alternis reserabo modis quod littera pandit,
Et res siqua mihi mystica corde datur.
Metrica uis sacris non est incognita libris,
Nam psalmos lyrici composuere pedes.
Exametris constare sonis in origine linguæ
Cantica Ieremiæ, Iob quoque dicta ferunt.
Hoc tibi magne pater cum desero munus amoris,
Respice quod meritis debita soluo tuis.
Te duce tyro legor, te dogmata disco magistro,
Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

ARATORIS SVBDIACONI ROMA-NAE ECCLESIAE, CARDINALIS APOSTOLICAE HISTORIAE, LIBER PRIMVS.

Vt sceleris iudæa sui polluta cruore
Ausa nefas cõpleuit opus, rerũq; creator,
Hoc quod ab humanis sumpsit sine semi-
ne membris,
Humana pro stirpe dedit, dignatus ut ima
Tangeret inferni, non linquens ardua cœli,
Soluit ab æterna damnatas nocte tenebras
Ad manes ingressa dies. fugitiua relinquunt
Astra polum comitata deum Cruce territa Christi.
Vult pariter natura pati, morti'sq; potestas
Se uincente perit, quæ pondere mersa triumphi
Plus rapiens, nil iuris habet, diuina'q; uirtus
Rursus membra ligans, animata cadauera mouit.
Ad uitam monumenta patent, cineres'q; piorum
Natalem post busta nouant, lux tertia surgit
Maiestas cum carne redit, speciem'q; coruscam
Vmbrarum de sede refert, ut ab exule limo
Inter clausa diu, patriæ repetatur origo.
Omnipotens parat ipse uias, & corpora secum
Post tumulos regnare iubet, moriente ueneni
Semine florigero sua germina reddidit horto.

Christũ postq̃ tertia die surrexit a mortuis quadragin ta diebus fuisse cũ discipulis suis mãducantẽ cũ eis, & cætera signa facientẽ, qbus uerũ corpus, & idẽ q̃ antequã crucifigeretur, erat, manifeste cognosceret, ac iussisse apostolis, ut usq; ad fines terræ euãgelium prædicarẽt. illis deinde uidẽtibus & multũ admiran tibus e' mõte Oliueto ascẽdisse in cœlũ. Postea disci pulos oẽs admonitione angelica Hierosolymã rediisse ubi Maria Virgo, Dei mater erat.

Iam'q; quaterdenis dominus manifesta diebus,

Contulerat per signa fidem cernentibus illis,
Vsq; sub extremum diffuso in limite mundum,
Quos testes iubet esse suos miracula rerum
Non poterant cœlare deum. Documēta resurgens
Quæ sic certa daret quam mandere? corpora uitam
Huius humana probant. cœlum petiturus, oliuæ
Progreditur lustrare nemus, quia germine sacro
Luminis & pacis locus est uult inde reuerti
Vnde creaturam signata fronte micantem
Diuinus commendat odor, cum desuper unctos
Abluit interius Christi de nomine chrisma
Tollitur astrigerum rediturus uictor in axem.
Et secum quod sumpsit habet. noua pompa triūphi.
Arua deus petiit, homo sydera, quis datur illi
Aetherea de parte fragor? quantum'q; resultant
Cœlestes in laude chori? cum rector olympi
Euehit excelsis quicquid suscepit ab imis?
Ingrediens'q; polum carnis comitante trophæo,
Exuuias atri raptas de fauce profundi
Lucis in arte locat, terrenos'q; erigit artus,
Qua pietate capit. propter quem uenerat, iuit.
Discipulos stupor altus agit, quibus ore corusco
Perspicui dixere uiri. quæ cognita nobis
Et miranda sonant. nunc iam speculemur ouantes,
Imperii'q; modum per subdita iura probemus.
Virgine matre satus calcata morte resurgens
Cœli sceptra petens, his nunciat acta ministris.
Nec cessant elementa suo seruire tonanti,
Stella comes progressa magos, uenientis honori
Militat, obsequio nubes famulatur euntis.
Angelicis igitur postquam est affatibus usa,
Liquit oliuiferi ueneranda cacumina montis
Ad messem prælecta manus, qui calle citato
Mœnia nota petunt, quo per sua sabbata mille
Passibus ire licet, qua tunc statione sedebat
Porta Maria dei. genitrix intacta creantis,
A nato formata suo, mala criminis Euæ

Virgo ſecunda fugat. nulla eſt iniuria ſexus.
Reſtituit quod prima tulit. non uoce querelas
Excitet, aut gemitu mœrentia corda fatiget
Antiqua pro lege dolor, ſcelera ipſa, nefas'que
Hac potius mercede placent. mundo'que redempto
Sors melior de clade uenit. perſona ruinam
Non natura dedit. tunc fœmina fœta periclum
Nunc tumuit paritura deum, mortalia gig nens
Et diuina ferens, per quam mediator in orbem
Prodiit & ueram portauit ad æthera carnem.

Iudam deſperatum ſuſpendio uitam finiſſe & corpus eius non ſepultum, ſed ex patibulo fruſtatim cecidiſſe. Agrum'que triginta eis denariis, quibus Dominus uenditus eſt, ꝙ ager ſanguinis eſſet, emptũ, atq; ad ſepelienda aduenarum cadauera deſtinatum. Et Petrũ de eligendo in locum proditoris Iudæ alium diſcipulum inter diſcipulos cõtionatum eſſe, ꝙ præ dictum eſſet a Propheta, ut alius eligeretur. conſtitutos igitur duos, Ioſeph cognomẽto Iuſtũ, & Mathiã Dei paruũ. & paruũ iuſto prælatum.

Primus apoſtolico parua de puppe uocatus
Agmine Petrus erat, quo piſcatore ſolebat
Squamea turba capi, ſubito de littore uiſus,
Dum trahit, ipſe trahi meruit. piſcatio Chriſti
Diſcipulum dignata rapit, qui retia laxet
Humanum captura genus, quæ geſſerat hamum
Ad clauẽ eſt tranſlata manus, qui'que æquoris imi
Ardebat madidas ad littora uertere prædas,
Et ſpoliis implere ratem, melioribus undis
Nunc alia de parte leuat, nec deſerit artem
Per latices ſua lucra ſequens, cui tradidit agnus
Quas paſſus ſaluauit oues, totum'que per orbem
Hoc auget paſtore gregem. quo munere ſummus
Surgit. & inſinuans diuina negotia coràm
Sic uenerandus ait, noſtis quia proditor amens

Mercedem sceleris soluit sibi. tædia noxæ
Horruit ipse suæ stringens in gutture uocem
Exemplo cessante ream, qui parte necari
Promeruit, qua culpa fuit. crimen'que retractans
Indicio tali permisit membra furori
Aeris in medio, communi ut poneret hosti
Debita pœna locum, cœlum terram'que perosus
Inter utrunque perit, nullis condenda sepulchris
Viscera rupta cadunt, tenues'que elapsus in auras
Fugit ab orbe cinis. non hæc uacat ultio Iudæ,
Quæ suprema negat, uindicta'que mercis iniquæ
Sic placitura uenit, nam cum modo rura parasset
funeris ex pretio cum nomine sanguinis emptus
Cespes, in externas componens busta fauillas
De tumulis fœcundet humum, caret impius agri
Fertilitate sui, solus'que excluditur aruis
Quæ monumenta ferunt, cuius tuba sæua cruentũ
Est exorsa nefas, qui signifer oscula figens
Pacis ab indicio bellum lupus intulit agno.
Nunc opus est uotis, ꝙ uerba prophetica clamant
Quem liceat supplere uices, tunc summa precantes
Constituere duos, Ioseph cognomine Iustum,
Matthiam'que dei paruum. ꝙ nomen ut aiunt
Hebræo sermone sonat. humilem'que uocando
Comprobat. o' quantum distant humana supernis
Iudiciis, parui merito transcenditur ille
Laude hominum, qui iustus erat. duodena refulgẽt
Signa chori, terris'que iubar iaculatur olympi.
Hæc quoque lux operis quid præferat edere ꝑgam.
Quattuor est laterum discretus partibus orbis
Trina fides uocat hunc, quo nomine fonte lauatur
Quattuor ergo simul repetẽtes ter, cõputat omnem
Quam duodenarius circuntulit ordo figuram.
Discipulis'que piis, quibus hoc baptisma iubetur,
Mystica causa dedit numerum recreare priorem.

Spiritum sanctum e cœlo delapsum, domum, in qua erant apostoli, repleuisse, mox'que eos uariis. τὰ τοῦ θεοῦ μεγάλα elocutos linguis, ac miratos aduenas cum suas ipsorum inguas eos loqui audirent.

Spiritus æthera descendens sanctus ab aula
Irradiat fulgore locum. quo stemma beatum
Ecclesiæ nascentis erat, quibus igne magistro
Imbuit ora calor, dictis'que fluentibus exit
Linguarum populosa seges. non littera gessit
Officium, non ingenii stillauit ab ore
Vena, nec egregias signauit cera loquelas,
Sola fuit doctrina fides opulenta'que uerbi
Materies cœleste datum. noua uocis origo
Quæ numerosa uenit, toto'que ex orbe disertis
Sufficit una loqui. dudum uetus æquoris arca
Cum superasset aquas, turrim uoluere maligni
In cœlum proferre suam, quibus impia corda
Sermonum secuere modos, sociis'que superbis
Affectus cum uoce perit. confusio linguæ
Consimili tunc gente fuit, nunc pluribus una est,
Ecclesiæ quoniam uenientis imagine gaudet
Concordes habitura sonos, & pace modestis
Fit fœcunda redux, humilis'que recolligit ordo,
Quod tumidi sparsere uiri. Res maxima cogit
Non reticere diu, quid sit que spiritus almus
His datur in flamma, Iordanis ab amne columba.
Quod tunc rite canam, promissa'que debita soluam
Si sua dona ferat. duo sunt hæc signa figuræ
Vt sit simplicitas. quam congrua diligit ales,
Quæ nec tarda gerat sine dogmatis igne tepores,
Sit pariter succensa fides. ibi destinat undis
Vnanimes. hic ore iubet flagrare docentes.
Mentibus instat amor, sermonibus æstuat ardor.
Hos etiam musto typica ratione moueri,
Error uetus ait. quos ebria fonte recenti

Compleuit doctrina poli. noua uasa liquorem
Suscepere nouum, nec corrumpuntur acerbo,
Quo ueteres maduere lacus de uite bibentes
Quæ Christo cultore dedit conuiuia uerbis.
Vnde rubent quas uertit aquæ, tenuem'q; saporē
Legis in ecclesiæ fecit ferueſcere libris.
Tertia sydereis inclaruit hora loquelis.
Hunc numerum deus unus habet, substātia simplex
Personis distincta tribus, quam plurima nobis
Instrumenta patent simul hoc & tempora mōstrāt.

Petrum Apostolum Christi incarnationem & passionem, & resurrectionem prædicasse, ut'q; a' praua iudæorum gente discederetur, & ad Christum iretur, admonuisse, atq; tria millia hominum eo die baptizata.

Primus at ille Petrus, cui seruit in æquore gressus
Retia iam cupiens hominum uibrare saluti,
Vt piscator ouans leuet has de fonte cateruas,
Rettulit æthereos populo mirante triumphos.
Venit ad occiduas carnaliter editus oras
Humana sub lege deus, qui temporis expers
Principium de matre tulit. nec uile putauit
Maiestate potens, terreni sumere formam
Corporis, atq; opifex hominum pars esse, suo'q;
Nos pretio reuocare sibi. post dona salutis,
Post'q; tot ereptos pulsis langoribus ægros,
Cum defleta etiam, perfuncta'q; corpora luci
Redderet, & superas iterum concederet auras,
Se quoq; permittens fusus genitricis ab aluo
Carnis iura pati, uitam ne perderet orbis
Maluit ipse mori, sed quod de uirgine fœta
Nascitur illud obit. ligno suspenditur insons.
Fit ligni uacuatur onus, sic uulnus iniqui
Et medicina dei. pauidis resplenduit umbris
Pallida regna petens, propria quem luce coruscum
Non potuit fuscare chaos. fugere dolores

Infernus tunc esse timet, nullumq; cohercens
In se pœna redit, noua tortor ad ocia languet.
Tartara mœsta gemũt, quia uincula cũcta quiescũt.
Mors ibi quid faceret? quo uitæ portitor ibat?
Hũc deus omnipotẽs, cui nunquã terminus instat,
Post sacra busta leuat radiantem in corpore Iesum
Vidimus, & propriis reducem conspeximus astris.
Sed fugite o miseri funesta piacula gentis,
Cui ueniente deo ueteres auertere noxas
Addita sacrilegæ creuerunt uulnera culpæ.
Cur natos iudæa tuos per uota cruoris,
Cur paricida trahis? quid Christi sanguine fuso
Hos tecum dãnata premis? nec dumq; creatos
Festinas proferre reos? homicidaq; lingua
Naturæ percussit iter, cui serior ortus
Quam facinus discrimẽ habet, scelerumq; propago
De natale perit. quæ saucia uoce parentum
In lucem punita uenit, si soluere cura est
Fœcundi crementa mali felicibus undis
Extinctum reparate genus, spes una remittit
Debita suplicii, post crimina uelle renasci.
Multiplicat iam pastor oues. tria millia uulgi
Non minus illa dies in flumine diluit agni.
Hic primus post iussa dei baptismatis usus
Exoritur data iura probans. nam trina potestas
Colligit hanc prolem. numerũ partita per æquum
Perfectum est q mille sonat. sic deniq; seclis
Ponimus ætates cum tempora dicimus orbis.
Res perfecta semel ter iungitur, & facit agmen
Mystica uis numeri. gregis est pia forma nouelli.

Omnia post spiritus. S. Aduẽtum apostolis fuisse cõmunia, bisq; spiritu sancto afflatos unanimes collaudasse deũ, hincq; duobus præceptis ius omne cõtineri, hoc ẽ dilige Deũ præter cætera, & Proximũ tuum sicut te ipsum,

Funditur interea per cunctos gratia sensus.

Diuitias'q; metit locuples in amore uoluntas.
Vt'q; pii coeant in fœdera pignore certo,
Res laxant,& corda ligant,sine limite census
Affectu consorte licet noua iura beatis
Munifica fluxere manu.quibus ubere læto
Diuisæ geminantur opes,& crescit in omnes,
Quod faciunt commune sibi,totum'q; capessunt
Quod proprium nihil esse nolũt,quo fonte cucurrit
Hæc probitas,quæ'ue illa fuit bonitatis origo,
Hinc canere incipiam.sacris bis spiritus almus
Discipulis concessus erat.spiratur in illos
A' Christo surgente semel,post missus ab astris
Nescia uerba uiris facundus detulit ignis.
Ne quid inexpertum studio meditemur inanĩ,
Spiritus alme ueni.sine te non diceris unquam.
Munera da linguæ,qui das in munere linguas.
Hæc iterata reor.confirmant præmia iustos,
Vt duo iussa colant tabulis conscripta duabus.
Dilige mente deum feruenti plenus amore.
Rursus ait carus tibi sit quoq; proximus,ut tu.
Hoc pactum ius omne tenet,q; spiritus almus
Bis ueniens per corda creat semel hũc dedit author
In terris,ut ametur homo,post missus ab astris,
Vt flagrent humana deum,dilectio prima est
Quæ dñm uehemẽter amet.cui deinde secũda est,
Que sociat mortale genus.tamen incipit ante
Posterior numero.sequitur comitata secundam
Quæ prior est.sic forma docet.nisi diligis inquit
Cernere quem potis es,fratrem,quẽ cernere nõ es,
Nescis amare deum.concordia nexa calescat.
Ergo pari uoto,dominum'q; in pectore condat
Fratris amor.geminæ sibi sit substantia causæ.

Petrum cum Ioanne ad portam nomine Speciosam claudum quadraginta annos natum ex utero,sedentem,ac mendicãtem respexisse,ac cum dixisset Argẽtum & aurum non est mihi,quod autem habeo hoc

tibi do, apprehensa manu uerbo eum curasse. claudum'que exilientem iuisse cum illis in templum, atque ad Salamonis porticum accessisse.

Claudus erat cui prima dies exordia uitæ
Membrorum cum strage dedit langore coæuo
Octo lustra gerens. ad quem comitante Ioanne
Respice Petrus ait, uotum spes lusit auarum.
Cum'que negat meliora parat, quam sæpe grauatos
Desperata iuuant, & semine nata sinistro
Prosperitas, cœlans mœstis confinia læta
Principiis ad uota uenit, gaudebit egenus
Plus uacua meruisse manu, qui munera poscens
Est datus ipse sibi. nulla hic mihi uena metalli
Respondit, quæ fundat opes, ego ditior ægro
Pauper ero, progressus ubi de uoce iubentis
Exuit medicina potens, atque hospite gressu
Cum uixere pedes, cunabula longa relinquens
Calcauit ueteranus humum, planctis'que nouellis
Materies se prisca mouet, cui præpete cursu
Protulit incessus quicquid non edidit ortus.
Stat facti manifesta fides, sed & altera nobis
Res aperit quod causa gerit. gens nomen ab illo
Israel dicta tenet, qui bella reliquerat æger
Conatus certare deo, tulit ipse figuram,
Corporis ante grauem, quã post'in uulnere mentis
Israel clodus habet, qui per sua crimina labens
Corde magis quam carne fluit, spatiis'que sub ipsis
Quadraginta annos ægypti fine remotus
Claudicat ægyptum cupiens, idola'que quærens,
Ponitur ad portam Speciosam debilis, ultra
Non ualet ire miser, nec limina tangere portæ
Culpa negauit iter, qui sunt qui pectore clodum
Israel ferre solent, portæ'que adiungere certant,
Quæ Speciosa suo prodit de nomine Iesum?
Isaias Daniel, similes qui'que ore prophetæ
Obscuris manifesta canunt miracula Christi

Porta ego sum uobis, qui per me intrare recusat,
Fur erit ille nocens possunt portare prophetæ
Ad portam cernenda magis, quam uisa loquentes,
In templum non ferre queunt. hæc ianua Petro
Credita, qui Christum confessus cognita monstrat,
Non uentura sonat, uetus o' sine fine iacebis
Ni Petrum iam clode roges, qui noxia pellens
Auri uitat onus. rerum cui censuit author
Non peram gestare sibi pete dona salutis,
Non fragiles secteris opes, quas spernere debet
Cum domino, qui diues erit post limina templi
Porticus hunc Salamonis habet, qui iure uocatur
Pacificus regnante fide, qui semper in orbe
Pacificus nisi Christus erit? hic protegit omnem
Qui Petro ductore placet, quo presule surgit.

Iudæos conatos ne coleretur Christus, cuius munere claudus incolumis factus est, cum iam ecclesia usque ad uirorum quinque millia adaucta foret, & negasse Petrum eius laudes taciturum, qui salute oēs donaret.

Agmine iam niueo per millia quinque uirorum
Ecclesiæ crescebat apex, arcere laborat,
Hunc iudæa coli, cuius de munere fluxit,
Quod uirtus operata dedit. sed linquere Christum
Petri nescit amor. non hunc reticebimus inquit,
Quo remeat præstante salus, qui iure creantis
Infectum suppleuit opus, solidum'que decorem
Pars reparat, qua iussa nouāt. huic mēbra redēptor
Fert animus patrare nefas, sanctis'que uerendis
Sacrilegas inferre neces. o' semper iniqui.
Dona uident, & bella mouent, sed cœpta relinquūt,
Ne uiolent, quos turba fouet, quibus indice clodo
Testis erat meriti cum'que hoc sua corda leuabant,
Nam non parua dedit populo miracula gressus

Quem rudis atque senex nullis iam legibus æui
Vernula sumpsit humi, cum quo stupet ipsa moueri
Quæ iacuit natura diu, firmata'que nuper
Incessu proprio noua iam uestigia signat
Quæ fuerant aliena sibi. tamen improba proles
Sæuit adhuc, fari'que uetat quod gaudia clamant.
Quid toties iudæa cadis? surrectio Christi
Vt furto cæletur emis. sed inania demens
A somno documenta petis liuore caduco
Quæ sentis uirtute geri, ius fraude negari.
Infernum dominus cum destructurus adiret,
Detulit inde suam spoliato funere carnem
Victor ab arce Crucis radiantia signa ministrat.
Sol ruit in tenebras. tu pectore nigra rebellas.
Arua tremunt concussa locis. tu fixior hæres
Saxa crepant, tu dura manes. iam scissio ueli
Quæ latuere diu nudauit mystica templi.
Lux tua nos adiit, tecum nox sola remansit.
Mors sine fine premit, cui nunquam uita resurgit.
Planta uetus sociare nouis, & condere libris,
Ne pereas uiduata cibis, sine munere quorum
Arida ficus eris. nullo quia tempore fructum
Ad Christi uis ferre manum, neque cernere quantū
Floruit insertus faciens oleaster oliuas.
Plena'que pergētes de spinis pullulat uua.
Iminet exhaustis radicibus ira securis,
Vt succisa ruas, ni iam translata uirescas.

Discipulos audito miraculo de claudo curato a Simone Petro, & cum cognouissent Iudæorū minas, Hymnū cōcinisse cōmemorātes Herodis, & Pilati īgēs scelus. postea concusso loco spiritū sanctū aduenisse pacēq; per illos deportatā in oēs terras exisse.

Postquam mira salus de corpore nata uetusto
Discipulis audita liquet, gentis'que superbæ
Cognouere minas celebrant hiis uocibus hymnū.
Tu qui cuncta deus propriis animata figuris

Artifici sermone facis, qui'q; edita cernens
Ante uides, rerum'q; creas per nomina formas.
Cum fierent. uox semen erat. nec distulit ortus
Imperium natura sequens, mox spiritus oris,
Aethera curuauit. sola nexuit. æquora fudit.
Materiem'q; operis sola est largita uoluntas.
Ne deforme iugum similis portaret imago,
Tegmine seruili. latuit regnator olympi.
Vt sua gentiles implerent cœpta furores
Quis dolus Herodis cum tristia bella moueret
Infantum mandata neci? quos ubere raptos
Vulnera suscipiunt paruis errantia membris
Vix habitura locum? sæuo'q; iubente tyranno
Nasci pœna fuit, cuius tulit impetus æuum,
Quod nesciuit agi, qui perdidit. o' noua mortis
Conditio, solo uitam pro fine subire.
Et cum prima dies, atq; ultima sit simul una,
Posse magis quam scire mori. quis lumine sicco,
Aut gemitu cessante queat memorare Pilati,
Quod deflent elementa nefas? quo iudice Christus
Subdere pro mundi uoluit sua membra periclis,
Vt carnale malum caro solueret, & ferus hostis,
Cuius ab ingenio fluxerunt tela ueneni,
Perderet antiqui lacrymosa piacula belli,
Materia superante pari. ne criminis ultra
Per sobolem prodiret onus, damnatio iusti
Libertas est facta reis. da semina uerbi
Per tua dona coli, signis'q; noualibus usa
Colligat ista manus te fructificante maniplos.
De quibus ipse tui componas orrea cœli,
Triticeam'q; fidem lolio pereunte corones,
Quam sancti fulsere pedes, concurrere uisa est
Pondere terra graui. mox'q; almus spiritus illis
Splenduit, & linguis facundia creuit abortis.
Auditæ ualuere preces, humana propago,
Materies terrena sumus. limum'q; parentem
Nomine prodit homo. uis flexit, & impulit arua

Vocis apostolicæ, quæ de tellure creatos
Fecit habere fidem. sed quid magis? exilit unus,
Concutitur'que locus. cecinit scriptura decoros
Pacem ferre pedes. Horum sub gressibus ergo
Læta mouetur humus, quibus est sermone magistri
Pax commissa piis, quæ deportata per illos,
Exiit in cunctas ueloci munere terras.

Multis millibus in Christum credentum unum cor fuisse, & unam animam, nec dubitãdum tres personas unum esse Deum, cum tot hominum millibus idem uelle, ac nolle fuisset. uendidisse'que agros, & reliqua bona, & pretium ad pedes apostolorum cõtulisse christianos 'erogandum pauperibus.

Ecce tot egregiis unum cor esse cateruis
Incipit, atque animam populus nanciscitur unam.
Quis dubitare queat mysteria dogmatis, unũ
Personas tres esse Deum? cum millia uulgi
Conueniant sub mente pari, numen'que frequentis
Sint animi uelut unus homo. quæ turba perennem
Portatura Crucem, dominum'que secuta fidelem
Spreuit agros. habitura polos. hæc nempe facultas
Fortior est de parte magis conquirere totum,
Atque caducorum pensare manentia causis,
Et quæstum per damna sequi. non prodige rerũ
Venditor ista facis, sed qui tua iura tenere
Ambitiose cupis, paruo'que in tempore linquis,
Quod semper uis esse tuum, sic spargere rura,
Nolle carere fuit. quid enim substantia prodest,
Quæ seruata perit? quam syderis arce locatam
Commodius qui cedit, habet. pete creditor inde
Vsuræ maioris opem. gazas'que reconde
Quo nequeant aduersa pati. non deterit ullus
Perpetuas ibi casus opes sine fine tenebis,
Quod dominum debere facis. Nunc aspice partes
Lector docte pias, & tecum mente sagaci

Volue quid esse putes. rutili quia pompa metalli
Ponitur ante pedes sacris non tradita dextris
Destitui debere probant, quod tangere uitant
Calcãdum'q; docent quod subdunt gressibus aurũ,
De quo terrenæ ueniunt ad pectora curæ
Consimili iactatur humo, quo sistat auare
Mens tua disce loco. q̃ tu custodis anhelus,
Quod statione premis, quod cernere sæpius ardes,
Cuius in amplexus per somnia cuncta recurris,
Horrescunt tractare pii. nec tunc quoque gestant
Cum bona facta parant, quantum speculãtur in illo
Stare nefas, & dona gerens contemnitur aurum.

Ananiam fraudasse apostolos de agrorum pretio uxore conscia, & ꝓpterea seuere ambos pari pœna punitos. Deinde auaritiã esse malornm omniũ caput.

Decidit infelix Ananias uulnere culpæ,
Fur census sub fraude sui. cadit impia coniunx
Supplicio percussa pari, quia crimine ab uno
Fit commune nefas quoties scelus ante peractum
Consensum facit esse suum. Nam mentis auaræ
Vindex illa fuit sententia. Denique quando
Auri cessat amor, qui pectora semper adurit?
Quo capitur mortale genus, qua pululat omne
De radice malum cuius uiolentius ardet
Ambitio crescente modo. stimulant'que rapinis
Addita lucra fame. sed q̃ mutata uoluntas
Falsi crimen habet cum'que est iam cautio uoti
Stare decet nec uelle prius uiolare sequenti
Ius proprium retinere magisquam demere fas est
Omnibus exemplum sanxit uindicta duorum
Ne quis dona uocet, quæ sponsio debita poscit.
Respice uera fides, ac dogmate clara beati
Verba require Petri. quis nam te fallere suasit?
Conclusit'que probans homines haud talia fando
Deludis mentite, deo, quæ damnat iniquos,

Aedificat

Aedificat doctrina pios. q spiritus almus
Sit deus ex multis plena instructio libris est.
Et tamen hinc capit arma fides, quo tenditis ultra,
Quis dubitet q Petrus ait? qui iure uenitis
Ad latices, hoc state loco. satis hostibus obstat
Ecclesiæ, q forma sonat diuisor amare
Iudicium de fine time, qui criminis author,
Erroris'que tui est, fusa ruit Arrius aluo
Infelix plus mente cadens. letum'que peremptus
Cum Iuda commune tulit. qui gutture pendés
Visceribus uacuatus obit. nec pœna sequestrat
Quos par culpa ligat. qui maiestatis honori
Vulnus ab ore parant. hic prodidit, ille diremit
Sacrilega de uoce rei. deus arbiter orbis
Personis tribus est. in quo simul una potestas
Abstulit his species operum bonitate creatas,
Qui fabricatoris non inspexere decorem,
Errantes'que putant, qui fecerit omnia factum.

Aegrotos omnes eò properasse, qua Petrus ibat, ut sanarentur, & umbra trãseuntis curatos.

Fama ciet populos ad mystica signa salutis
E cunctis properare locis, & pestibus ægros
In lectis deferre suis, quos urbis in illa
Parte locant, qua sacra tenet uestigia Petrus.
O mihi si cursus facũdior ora moueret,
Centenos'que daret uox ferrea lingua diserta
Hac in laude sonos, quantum speciosior esset
Ambitus eloquii uariis aperire figuris
Singula, nec modicis includere grandia uerbis.
Quæ fuerit rerum facies, cum tempore paruo
Morborum cecidere greges, & fluxit ad omnes
Improuisa salus, quam corpore fusa sereno
Luminis umbra creat, dubiá'que à morte remoti
Erexere caput. sed non deprehendere uisu
Authorem potuere boni, quibus ardua uirtus

Occultat quam præstat opem, res'que ante paratur,
Quam spes ulla foret, furtiuáque præmia uitæ
Dat medicina latens, & anheli corporis æstus
Ignaro languente rapit, quam nescit adesse,
Qui uenisse probat, crescit'que potentia facti
Agnitione carens, cuius splendoris imago
Omnia peruolitans, tactu'que nocentia mundans
Stat donis fugitiua oculis & munere plenos
Linquit ubique toros, hostes'que a sensibus atros
Proiicit, ac nebulis larualibus exuit artus,
I citus & curas hominum de calle frequentans
Excute Petre gradus. tecum medicina salutis
Ambulat. adde uiam. spes est ad gaudia uelox
In pedibus non esse moram. tua semita uita est
Si properas iam nemo iacet. tu motibus umbræ
Corpora cuncta leuas, atque hoc simul inscia uoti
Sumit turba tacens. ꝙ cum rogat accipit unus
Quærite quos agitat tanti reuerentia facti
Quid typii res ista ferat. libris'que uolutis
Noscite ꝙ soli est concessa gloria Petro,
Quæ'ue sub hac specie lateant documenta uidete,
Quæ tentabo loquens, & si datur ista facultas
Aridus ut magnas impellat riuulus undas.
Rursus ab antiquis ueniunt miracula causis
Firmior in cunctis capitur substantia rerum
Corpore sensa suo. sequitur'que a corpore certo
Funditur, & solidam non terminat umbra figuram.
Sed tamen ipsa sibi præcedere corpora signat.
Ecclesiam terris colimus, quam prodere nulli
Aetheream dubitasse licet, sed uerior illa est.
Quæ super astra manens cœlestis & alta uocatur
Hæc in transcursu dubii quæ cernitur orbis,
Ad uitæ datur esse uiam, spatióque sub isto
Destinat æternæ quos colligit, atque probatis.
Hinc, iter est excelsa sequi regit agmen utrunque
Petrus, & hinc ductis fortis dat sydera turmis.
Vt patuit per uerba Dei, quod solueris inquit

Quod'q; ligas terris, sic uinctum siue solutum
Aethere perdurat. cũcta hæc quam cernimus aruis
Ergo figura foret. firma est qua nubila gestant.
Petrus utrũq; regens, ibi corpus & hic parat umbrã.
Vt quos hic uitiis, noxis'q; resoluerit ægros
Innocui ducantur ei, quæ permanet astris
Susceptura pias hac emundante cateruas.

Apostolos á iudæis in carcerem, ne prædicarẽt, coniectos, eos deniq; noctu ab Angelo liberatos, & in templo mane repertos.

Interea templi zelo mordente priores
Ecclesiam creuisse dolent, animæ'q; colonos
Ne spargant quod corde metant, in sede relegant
Carceris, ut desint nascenti sarcula messi.
Angelus adueniens tenebrosa uolumina noctis
Reppulit, & subito micuerunt antra sereno.
Erumpens'q; dies alieno tempore sanctos
Ad templum facit ire uiros, sed cardine fixo
Irrita signato custodia permanet antro,
Stans'q; suis foribus uallante crepidine carcer
Clausus, apostolicis uestigia pandit aperta
Gressibus, & uigiles illudit ianua fallax.
O nunquam neglecta fides, cui subiacet illud,
Quod natura negat propriis quam legibus uti
Non sinit omnipotens quoties iubet ipse uicissim
Posse quod insolitum fieri, mirata perurget.
Siquis ad huc fragili meditatur pectore Thomam,
Hinc documenta petat. quia tunc penetrata recepit
Ianua clausa deum. mirum est si corpore portam
Sic adeat, quem uirgo parit. quem uiscera matris
Integra concipiunt. humanam quæ rogo carnem
Sumere causa fuit, nisi suscitet? inde reuersus
Exhibuit pro teste latus. nostri'q; fauillas
Corporis exemplo proprii docet esse nouandas
Vulneribus sua mẽbra ꝓbans. modo didyme discis

Quam fuerit dubitasse nefas. an fecerit author
Quod nobis licuisse uides. si uoluere sensu
Cura subit ꝙ Christus ait, non indiga uocis
Est species. cur has sancti liquere latebras,
Dixit opima parans hos luminis esse ministros,
Et candelabri positas uelut arce lucernas
In tota fulgere domo, nox nulla retentat
Quos lumen lux ipse uocat. qui dona ferentem
Et testem meruere deum. qua lege cauernis
Occulerit locus ille suis tot in ordine soles,
De quibus ut tenebras pulsis erroribus orbis
Vinceret, æternam meruit cognoscere lucem.

Septem diaconos ab apostolis electos qui mēsis populo ministrarent ne ipsi huiuscemodi occuparētur officiis quos uerbum dei prædicare oportebat.

Iura ministerii sacris altaribus aptis
In septem statuere uiris, quos undiq; lectos
Leuitas uocitare placet. q̃ splendida cœpit
Ecclesiæ fulgere manus, quæ pocula uitæ
Misceat, & latices cum sanguine porrigat agni.
Hoc numero delatus honor sublimia secum
Sacramenta gerit, per quæ me longius ire
Non patitur mensura uiæ, ne plura locutus,
Inueniar dixisse minus. sit cura ministris
Officium librare suum. quo laudis amictu
Hunc deceat lucere chorum, quē mysticus ordo
Consecrat in numero, cui dant cœlestia formam,
Promissum seruabo modum, uenerabilis orbi
Cœtus ait. uerbi potius nos conuenit omnes
Quam mense captare cibos. o' gloria diues
Oris apostolici, nunquam permittere plebem
Virtutum sentire famem, dispersa talenti
Crescere summa solet, commissa pecunia linguæ
Displicuit cum sola fuit. locus indicat iste

Quod meliora rudi sint populo fercula mentis
Quam fusæ per membra dapes, lauté que peritum
Nutriat ingenium uerbi pinguedo superni.
Nam quid corporeæ prosunt alimenta saginæ
Esuriente anima? cuius ieiunia pasci
Semper ab ore decet, mensam ut tendamus ad illã
Vberibus uerbis, ad quam conuiua recumbit
Qui uestis candore nitet, ut fulcra beata
Deserat abstractus quisquis deformis ad illam
Eloquio sordente uenit, ferat esca salutem
Progrediens de pane poli gula pectoris ipsum
Ambiat, atque animi pleno gustare palato
Interior festinet homo, ne uilior esset
Causa relicta tamen claris tractanda ministris
Creditur, & numerum tenuit pretiosa supernum.

Stephanum protomartyrem cum lapidibus a Iudæis obrueretur orasse, ut illis parceretur. Vidissé que cœlos apertos, & Christum ad dexteram Dei sedẽtem. atque Iudæos, q lapidabãt ad Sauli pedes uestimenta sua deposuisse.

Emicat hinc Stephanus, primus q in agone coronam
Nominis hæres habet, de quo prænuntia palmæ.
Vox cecinit ꝙ causa dedit. fere prælia martyr
Felices habitura neces, ubi gloria pœna est
Et cadere est ortus, iugulis' que parentibus æuum
Nascitur, æternæ complectens munera uitæ.
Vitæ principium fuit en sine fine beatæ.
Sic meruisse mori. lapides Iudæa rebellis
In Stephanum lymphata rapis, quæ crimine duro
Saxea semper eris. hunc denique Christus adoptat,
Ad quem miles ouans per uulnera sacra uocatus
Sanguine fecit iter, cupiens' que in præmia uictor
Hac properare uia, niuei metitus honorem
Callis, ad excelsi pergit fastigia regis.
Et per tot lapides petræ coniũgitur uni
Quis furor iste nouus nulli feritate secundus?

Parcere nolle pio, uibrantibus acta lacertis
Saxa iacis. parat ille preces. nec respicit unde
Grando nefanda cadat, qui tempore mortis amicæ
Pro populo peccante rogat. licet omnia tecum
Tela feras, silices'que graues, & pondera libres,
Quem perimis uicturus erit, qui fine colono
Seminat exemplum, quo surgit uinea Christi
Et calicem domini conuiuia festa coronent.
Lumina cordis habens cœlos conspexit apertos
Ne lateat quod Christus agat, pro martyre surgit,
Quem tunc stare uidet confessio nostra sedentem
Cum soleat celebrare magis. caro uincta tonanti
In Stephano fauet ipsa sibi, dux præscius armat,
Quos ad dona uocat. ne quis hic dimicet anceps,
Corpus in arce dei patuit pro munere testi.
Ad Sauli posuere pedes uelamina sæui
Infernum quod hebræus ait. iam constat utrisque
Hinc meritum sentire suum, cum sydera martyr,
Carnifices infirma petunt sors prima reuelat
Exemplum'que creat, quod talia bella gerenti
Hoc de fonte fluit. sic occidentibus ut mox
Tartara succedant, morientibus astra patescant.

Petrum & Ioãnem plurimos in Samaria baptizasse, iis'que affuisse spiritum sanctum. Et Simonem magũ pecunias obtulisse Petro, ut idẽ & ipse facere posset, atque ob id a' Petro acriter obiurgatum.

Sæpe sibi socium Petrus facit' esse Ioannem
Ecclesiæ quia uirgo placet. quo denique iuncto
Samariæ uicina petens baptismatis undis
Ablutas signauit oues, quibus affuit almus
Spiritus, & uarias fecit procedere linguas.
Fonte quidem lotus, sed non in pectore mundus.
Hic fuerat Simo ille magus, quem prodidit orbi
Pœna sequens nescisse fidem. contractibus auri
Munera uult æquare dei, nummis'que referre

Quod pretio mercator emat, quē talia Petrus
Attentare uidens, quis nam te perdite dixit?
Mouit ad ista furor? domini quod gratia donat
Vt uenale putes. sensu hoc, non sumitur auro
Nec licet, ut cœlum corrupta pecunia quærat,
Quam terræ scrutator amat. tibi nulla profecto
Hac superest in sorte quies, nec ad ista uenire
Tu poteris pollute dolis, qui cordis amari
Felle tumens aliena petis. nanq; atria mentis
Spiritus illa subit, quæ simplicitate nitescunt
Hac de uoce sacræ lux est manifesta figuræ.
Ecclesiæ speciem præstabat machina quondam
Temporibus constructa Noe, quæ sola recepit
Omne genus, clausis'q; ferens baptismatis instar,
Cum uaga letales pateretur turba procellas,
Ad uitam conuertit aquas. simul ipsa columbam
Deluit & coruum. sed non concordia mentis
Fecit utros'q; pares, hunc guttura plena rapinæ
Subduxere uiæ, cupiens'q; in funere pasci
Nil potuit uitale sequi. redit ales amica
Frugibus, & nullis succumbit naufraga lymphis
Nutriri de morte timens, studio'q; laboris
Dat documenta pii. quanto teneatur amore
Plus operi deuota fides, rostri'q; modesti
Pignus oliua fuit. dilectio semper in ore
Fructum pacis habet. uolitant in fluctibus ambo
Ex uno sancto'q; sinu. seruantis in aluo
Purganti uallante freto, tamen exulat unus
Et reditu cessante perit. non ergo saluti
Sufficit unda lauans, nisi sit sine felle columba,
Qui generatur aquis, Simo hic baptismatis undam
Contigerat, sed coruus erat. sua lucra requirens,
Quæ nunquam meruere deum, qui limine templi
Vendentes arcere solet. meliora sequamur.
Petrus ad ista uocat, qui filius esse columbæ
Dicitur ore dei. merito'q; hac matre creatus
Ecclesiæ sublimat opus. de munere prolis

Nomen habet genitrix. quod spiritus eligit almus
Alitis innocuæ dignatur imagine cerni.

Philippum ab Angelo admonitum, ut Eunucho reginæ æthiopum Thesaurario obuiam proficisceretur, ut eum baptizaret, & Eunuchum in flumine baptizatum,

Angelus alloquitur plenum uirtute Philippum
Australem celerare uiam qua spado iugatis
Ethiopum pergebat equis. qui fidus in aula
Reginæ seruabat opes. uolat axe citato
Gaudia fixa petens. curruq; merebitur ipso
Errorum iactare rotas. o' quanta bonorum
Semina percipies. qui tam pretiosa lauacri
Sumere dona uenis. steriliq; in corpore condis,
Quod fructum meliore metas. impone Philippum
Lāpadis os quod hebræus ait, qui mentis honorem
Nomine teste probat. iuuat hunc audire magistrum
Discipuli qui iura docet. dabit ipse prophetæ
De quo uerba sonant, quiq; omnia fecerit olim
Qua fuerit nunc parte satus. si credulus audis,
Et tibi nascetur. tuq; inde renasceris illi.
Conspectis properatur aquis ardescere cœpit
Eunuchi fœcunda fides, qui gurgite mersus
Deposuit serpentis onus. plaustroq; cucurrit
Heliæ meditatus iter. non parua figuræ
Causa sub obscuræ regionis imagine lucet,
Comprobat Heptaticus tædarum fœdere Mosen
Aethiopem sociasse sibi. quem dogmata produnt
Postea cum domino uicinius ore locutum,
Quid mirum si legis amor, tunc crescere cœpit
Ecclesiæ coniuncta fuit, quod sponsa perennis
Hac ueniat de gente magis. nec cantica cælant
Quæ fuscā pulcramq; uocāt. hæc pergit ab austro
Ethiopum qui torret humum Salamonis in ore
Pacificum laudare suum, quo nomine dudum

Signatum est quod Christus habet. iam debita mūdo
Custodem præmittit opum. quo pignore gazas
Incipiat proferre suas. Thesaurus in illa
Quis potior quam fontis honor? quod ditius aurū
Quam locuples sub corde fides? quam denique recte
Præuius huic spado est, quo procedente libido
Pellitur, & capiunt cœlestia regna pudici.

Saulum cum se in Damascū conferret, ut Christianos persequeretur, obcæcatū a Domino, ac triduo post ab Anania iussu Domini baptizatum, & oculorum, & mentis donatum lumine, postea in sporta inclusum euasisse insidias iudæorum.

Saulus acerba fremens committere bella Damasci
Iudaica feritate parat. sed amabitur agnus
Quo properat sæuire lupus, sors læta ruinæ est
In qua culpa cadit. didicit de corpore lapso
In mentis iam stare gradu. cum lumina claudit,
Pectora tunc aperit. celi'que agnoscitur author
Discedente die. quantum meruere tenebræ.
Post oculos maiora uidet. mirabile seclis
Exemplum dedit alma fides. Anania furorem
Excutit o' noua palma, lupum domat ille rapacem
Hebræus quem dixit ouem. clamabitur orbi,
Hoc præcone deus, legis'que exutus ab umbra
Sub qua cæcus erat. terras lucebit in omnes
Perpetuo de sole calens. ne desine Saule
Hunc celebrare diem multorum lumine plena
Nox datur ista tibi. tu'que hic tua nubila portas
Vt mundi purgare queas, nunc plena figuris,
Interius documenta sequar. tectum'que latebris
Aggrediar proferre iubar, quod tempora Saulus
In tenebris triduana gerit. facit esse fidelem
Exempli mensura sui. tandem'que coactum
Pœna magistra docet. dominum ne respuat ultra.
Post triduum superasse chaos. cum cœperit ipse

Sic uisus reparare suos. quod ab orbibus atris
Et squamæ cecidere graues, natura quod anguis
Ferre solet. ratione uiget. iudæa uenenum
Semper ab ore uomit crudelior aspide surda,
Perfidiæ coluber synagogæ sibilat antro,
Discipulis Saluator ait, calcabitis anguem,
Purior obsequiis ut sit cœlestibus actus
Vipereum iacit ante nefas. & prælia doctor
Mox meliora gerit. qui cum superasset iniquas
Insidias, meruit clausis euadere sportis.
Sporta solet texi iuncis palmisq; uicissim
Tegmina dat Saulo retinens in ore figuram
Ecclesiæ, nam iuncus aquis, & palma coronis
Semper inest. iuuat ecclesiam baptismatis unda
Martyriiq; cruor. dudum uescente caterua
Nutriti sub dente cibi. distendere septem
Sportarum cœpere sinus. tot in orbe profecto
Ecclesias scriptura canit. q spiritus illic,
Sic operator adest. & signat nomina uirtus
Cum tamen ecclesiã celebremus in omnibus unã.
Protegit ergo uirum species, cui militat ipse
Vas in uase manens. atq; hac duce tutus ab hoste
Egreditur, cunctis doctor qui uincit in armis.

Petrum cum uiseret sanctos ad Lydam uenisse, atq; ibi
Aeneam quendã octo annis paralyticũ curasse,
credidisseq; in Christum qui aderant.

Peruigil excubiis commissi Petrus ouilis,
Postquam cũcta uidens, lustrauit in ordine sanctos,
Per Lydiæ tulit arua gradus, ubi mœnibus astans
Respicit Aeneam defunctis uiuere membris.
Atq; anima nodis laxata mole solutis,
Non moriente mori, surgens paralytice dixit
Vectorem compone tuum. ne credere tardes,
Officium portare diu. quo munere uocis,
Stringitur in solidum, qui fluxerat antea neruis

Tunc iterum formatus homo, longi'que cadauer
Temporis, extinctos ad uitam surrigit artus,
Se'que leuans, uacui linquit monumenta cubilis,
Quod misero pars mortis erat. plebs cuncta per illã
Cœpit stare uiam. multis'q; superuenit ampla
Vnius langore salus, tacto'q; liquore
Expulit inclusi sua mox contagia morbi,
Fonte lauans animas, alieno robore firmat.
Eloquar hinc sacræ quæ sint arcana figuræ,
Si mihi corda mouet, cuius uox corpora reddit.
Octo q; annorum langoris proditur ætas,
Iure per hoc tempus membris defecit ademptis,
Antiqua sub lege iacens, iugulantia quippe
Vulnera semper habent, quorum fit saucius infans
Octauo ueniente die, sanauit ab illa
Parte grauem, lacerum'que diu discrimine carnis,
In liquidis solidauit aquis. octauus ut ægrum
Solueret a plagis, extincti corporis annus,
Quo numero ueniente die. solemne resurgens,
Iam Christus sacrauit opus, stat temporis usus,
Sed uoto meliore redux. hinc uulnera serpunt
Hinc ablata ruunt. ibi subdit regula pœnis
Hinc purgat medicina uadis, spatio'q; priora
Dudum laxa neci stringuntur membra saluti,
Signatis etiam numero paralyticus annis
Ille iacebat iners, cui proxima mota Siloa
Heu nullas præstabat aquas, piscina ligata
Porticibus iudæa fuit. nanque atria quinq;
Ad sua claustra tenet per quinque uolumina Mosæ
Legis adepta modum. cuius circundata gyro
Debilis æternum uidit sine munere Iesum
In libris ægrota suis, hinc eripit unum,
Qui ueniens peccata tulit, quam rite figuram
Mundus ubique gerit, quẽ postquã sabbata soluẽs
Impulit ad fontem, superauit gratia legem.
Petrus ad ecclesiam reuocat documenta magistri,
Cuius in orbe manu paralyticus exilit unus,

Et gradiente fide sua uincula proiicit orbis

Petrum in Ioppe Tabitam, quæ & Dorcas dicebatur ad uitam reuocasse, manu'que apprehensam, egenis & paupibus, quibus suis opibus pie subuenerat, restituisse.

Te quoque laude potens, cœlestibus inclyta signis,
Carminibus Ioppe canimus. qua sede Tabita,
Mansuras fundebat opes, & semper egenis
Munere mater erat. quæ uitæ tempore clauso
Ponitur in medio lacrymis plus lota pheretro
Post funus uictura suum, fiducia Petrum
Euocat ille gerens diuini pignus amoris,
Vt nunquam pietate uacet quod uota requirunt
Præstaturus adest lugentia tecta petenti
Stant inopes, uidui'q; greges, & brachia monstrant
Exuuiis onerata suis, quas Dorcadis ipsæ
Texuerant, dederant'q; manus. o' qualia feruens
Implorat fomenta dolor, non murmure tristi
Affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant
Instruméta precum, quicquid bona facta merentur
Officiis uoluere loqui. uocis'que repulsam
Elegere suæ. lateant ne uulnera cordis,
Que lacrymis fecere uiam, facunda gementi
Materia est dixisse nihil, nimium'que sonora
Causa petit q; lingua tacet, nec cessat ab aure
Clamosa pulsante fide, qua Petrus aditur
Qui mentes audire solet, iubet ocyus omnes
Ire foras, flexo'que genu fit pronior aruis.
Tunc magis alta petens. Oratio fusa tonanti
Mox super astra uolat, propriis quia clauibus itrat.
Dic ubi sunt mundana tuæ sapientia legis?
Qua uirtute negas in se corrupta reuerti?
Quæ uitam de morte uides. ut munera Petrus
Sentit adesse dei, quibus est reddenda saluti,
Quæ defleta iacet, fatur conuersus ad illam,

Surge Tabita, uocata redit. luci'que reducta
Se stupuit super esse sibi. quam protinus ipse
Prendit, & erectam, turbis gaudentibus offert.
Illa manus meruit Petri contingere dextram,
Pauperibus quæ larga fuit, qua uita reuertens
Cætera membra leuat, corpus'que itura per omnem,
Hanc subiit, quæ causa fuit. si iure mouemur
Instaurata dies animæ patet apta figuris.
Quam nimis antiqui depresserat umbra pericli
Ad uocem cōuersa Petri. caput ante grauatum
Legis in obscuræ gremio, uelut altera surgens
Ecclesia præsente leuat, tenebras'que repellit
Lux operum comitata fidem, quæ legis ab ore
Non fuerat promissa salus. quia fonte renatis
Gratia perpetuæ cœpit dare munera uitæ.

Cornelio centurioni, quia pius esset, ac bona sua pauperibus erogaret, ab Angelo nūtiatum esse acceptum certam uirtutum suarum uiā monstrāte Petro, illum'que tris ad Petrum misisse, & deinde salutaribus undis perfusum.

Cæsarea uenerandus erat Cornelius urbe
Gentili de stirpe satus, quem dedita causis
Vita piis sacrauit aquis, cepit'que gerendo
Credere, qui gessit quicquid baptismate lotis
Consueuit præstare fides. nam missus ab astris
Angelus hunc adiens, summi in cōspectibus inquit
Stāt domini, quas spargis opes. quæ uerba precaris,
Præmia ne desint uirtutibus, accipe certam
Huc Petro ueniente uiam. sic uoce coruscans
Nuntius æternis fixit mandata lauacris.
Nona fuit tunc hora magis, qua rectius hora
Prodiret iam trina fides. quia tertia simplex
Hoc iterum ter trina docet, sacram'que figuram
Singula ter faciunt, & ter triplicata fatentur.
Hæc est nona potens oculos, quæ reddidit orbi

Poſt tenebras remeante die cum protulit ortum
De radiis lux nata Crucis, cunctos'q; repleuit
Hoc ſine fine iubar. nam mundum conſtat honuſtũ
Gentibus eſſe locum, quibus in baptiſmate lotis
Plena repurgato fulſerunt lumina mundo.
Hanc ſolet ille ſequi denarius omnia donans,
Quæ præcepta decem ſeruantibus arbiter offert,
Nec ſinit ut tardos præcedant ære priores
Temporis huius opem, quam ſacri fontis adiuit
Præuius o' utinam noſtræ petat actio uitæ,
Mortalis'q; ſibi ſtudium proponat origo,
Vt credentis amor rerum ſpeculetur honorem
Et ferat exemplum meritis, qui præbuit undis.
Iam'q; capax fidei Cornelius indice uoto
Ad Petrum tres ire iubet confeſſio trina
Sic ueniet generantis aquæ numerum'q; per ipſum
Europæ atq; Aſiæ, Libyæ'q; tenebitur orbis.

Petrum eſurientem cœnaculum petiiſſe in meridie ardente ſole, oblato'q; ei uaſe pleno omnis generis animalium refutaſſe cibum, & iuſſum eſſe illi ut eſſet. atq; ter illum audiſſe uocem ad ſalutem dictam.

Ardua progreditur cænacula Petrus adire
Iam medio torrente die, locus inſtruit altus
Deſpiciens'q; ſolum. Petrum cœleſtia ſemper
Non terrena ſequi. ſextæ quoq; circulus horæ
Detegit ætatem, qua Chriſtus uenit in orbem
Largiri ſaluantis opem, numerus'q; dierum
Prætulit exemplũ, quo condidit antea mũdum,
Quem uetat hac ipſa ueniens ætate redemptor
Peccati ditione premi. ſic deniq; ſexta
Fertur & illa geri. feſſus de calle magiſter
Cum putei ſuper ora ſedens, peruaſa puellæ
pocula quærit aquæ. requiem facturus ubiq;
Eccleſiæ de fonte ſuæ. qua Petrus in hora
Eſurit, ille ſitit pius ad ſua dona magiſter

Addere semp amans, cui nominis auxit honorē
Dat pariter nutrire fidem, lætabitur orbis
Hac saturante fame, quæ munere pinguior omni
Delitiosa fluit, nullum'que reliquit inanem
Perpetuas latura dapes, qui soluere nosti
Excute Petre meæ retinacula tarda loquelæ.
Déque tuis epulis exhaustæ porrige linguæ.
Clauiger æthereus cœlum conspexit apertum
Visus honore suo demittitur inde figura
Vasis. ut in terris sit uisio. corpore Petri
Omnia posse capi. qui quicquam sumit edendum
Ecclesiæ facit esse cibum. præfertur imago
Quattuor ordinibus se summittentibus una
Ecclesiæ forma est, quæ quattuor eminet orbis
Partibus & laxat totidem præconibus ora.
Omne genus retinens uolucrum pecudum'q; feraȝ
Reptilium'que simul mortalibus ista coherent
Ex meritis, uitiis'que suis. patet ergo quod author
Iussit in ecclesiæ transfundi uiscera gentes
Macta & manduca, dum præcipit. abstrahe q; sunt,
Et tibi fac similes, qui uertitur alter habetur.
Denique Saulus obit quia Paulus uiuere cœpit
Absit Petrus ait. quanta est reuerentia sanctæ
Legis, & esuriens oblatas respuit escas,
Ter sonuit domini uox. quæ dictata saluti est
Hoc genitor, natus'que simul, sanctus'que peregit
Spiritus huic fidei pugnax cadit Arrius unum
Personas tris esse negans. Sabellius unum,
Sed patrem confessus ait, qui, deinde uicissim
Filius & sanctus dicatur spiritus idem.
Sed totum sit ut ipse pater, quod'que ordine trino
Continet unus apex, hic diuidit, ille reliquit
Victus uterque iacet, nam iussio trina monentis
Personis numerum uirtutibus indicat unum
Quo uocat imperio gentes, hoc credere fas est,
Si uolumus complere fidem facis omnia Christe
Sanguine munda tuo lateris, qui fluxit ab ictu

Discretæ coniunctus aquæ, maculosus oberrat
Anguis & extinctũ lymphis gemit esse uenenum.

Petrum hebraice, agnoscẽtem sermonem, esse latine. Præterea accitum a' Cornelio ĩ illius domũ eam sanctificaturum perrexisse, & Cornelium baptizasse, atque nouum inde orbem caput erexisse.

Comperit accitus quæ sit sua uisio Petrus.
De merito qui nomen habet. nam Petrus hebræo
Agnoscens sermone sonat. pro munere Christus
Sic uocitare dedit, quo cognoscente patescat,
Descendit uisurus eos, quos miserat illuc.
Qui laticum quæsitor erat, descendere Petrus
Dicitur ad plebem ueniens, gentem' que nouellam
Quæ nec dum cognorat aquas. pars mersa ꝓfecto ẽ
Sacro fonte carens, cuius uia ducit euntes
Ad patriæ melioris opem. qua pergere cessans
Non intrat quo uita uocat comitantibus iisdem
Cornelii properat. cœlestia regna daturus
Sanctificare domum. genibus quem poplite flexo
Non sinit aduolui. gratis dare munera suetus
Arcet honoris opus. caput hinc nouus erigit orbis,
Qui percussus eras antiqui dente parẽtis,
Natalem' que tibi fons reddidit edite rursus
Ne preme colla tuis alienis libera culpis.
Vt primum fari sublimia dogmata Petrus
Cœpit, & æterni mysteria pandere Christi
Magnanimes stupuere uiri, uocem' que sequentes
Inuenere uiam. quid non credentibus offert
Indubitata fides? cui nunquam munera tardant,
Nec faciunt diuina moram. mox spiritus almus
Indulgens uarias opulento munere linguas
Compleuit sine more domum baptisma frequentat
Petrus, ut ablutos flammis, purgaret in undis.
Exemplo caret iste locus, quo spiritus almus
Præuenit quas sanxit aquas, qui talia semper
Addere

Addere dona ſolet, ſolisque ex fonte renatis
Impoſita properare manu. gerit iſta uiciſſim,
Ne quiſquam putet eſſe ſuum, meritisque uenire
Quod uariat qui ſponte parat. nam ſpiritus almus
Neſcia menſuræ fert præmia plusque miniſtrans
Quam ſperantis erat. præcedit gratia uotum.

Petrum Hieroſolimam reuectum, ac interrogatum ab omnibus unde eſſet ſalus gentibus, & reſpondiſſe non licere ea denegari, quæ dei bonitate uenirent.

Peruenit hinc abiens ſublimem Petrus in urbem,
Quæ retinet uexilla Crucis. plebs cuncta requirit
Gentibus unde ſalus. aperit quibus omnia doctor
Subiungensque monet. nunquam fas eſſe negari
Quæ ueniunt bonitate dei. ſententia uoce
Digna pii monſtrare palam cuſtodis amorem,
Vt uelit ad cunctos cœleſtia regna patere,
Qui tenet has ſine fine fores. quid turba querelis
Gaudia noſtra teris? non ſunt noua munera Petro
Perſæpe aſſignata prius. cum nominis almi
Huic Chriſtus dat laude frui. quem iura locauit
Eccleſiæ portare ſuæ, cum littore naues
Proſpiciens aſtare duas, præcepta miniſtrans
In Petri uult puppe uehi ſynagoga profecto
Sicca remanſit humi. poſtquam doctrina magiſtri
Eccleſiæ dedit alta ſequi, ſtat perfida terris
Iam pelago currente fide ſua quippe figura
Hæſit utriq; rati. Ioſeph iudæa uocabat
Hunc natum cui Petrus ait. tu Chriſte probaris
Filius eſſe Dei. pars hæc defigitur aruis,
Quæ cecidit terrena ſequens, proceſſit in altum,
Quæ creuit diuina loquens. cum piſce ſine ullo
In tenebris captura fuit. nam tempore lucis
Lux qui Chriſtus adeſt, ſpoliat uada falſa draconis,
Vt cunctos ad littus agant ſacra retia fontis,

Et de cærulei rapiantur fauce profundi.
Nam mare mundus erat, cuius de gurgite Petrus
Humida lina trahens, uerbo piscante carinam
Compleuit maiore sinu. quia turba duobus
E populis uentura foret, gentes'que leuauit
Tunc famulante salo. plena'que in puppe fatetur
Ecclesiam, cuius placida statione recondit,
Quod domini sermone capit, qui dixerat ante
Esse alias, quas quærat oues, has nempe parabat,
Quas nunc rite uocat, per quas clementia Petri
Congregat æthereis humana peculia septis.
Non deerit sua fama locis. Petrus omnia prendens
Bethsaida satus urbe fuit, que nomine hebræo
Venatorum est dicta domus, quia uerus ab illa
Ecclesiæ uenator adest, qui cuncta peragrans
Cinxit, & ad fidei collegit retia gentes.

Angelum noctu in Carcerē, ubi erat Petrus ingressum, & carcerem illico repletum lumine, iussisse'que angelum ut se sequeretur, & Petrum ruptis uinculis, omnibus'que ianuis patentib9, secutum.

Clauditur obscuro, sed non sine lumine Petrus
Carcere, nec possunt tenebræ caligine furua
Ecclesiæ cælare diem. commune per omnes
Supplicium timor ille facit. custodia Petri
Publica pœna fuit, proprium sed pastor ouile
Seruato custode regit, quem ditat honore
Ter dominum confessus amor, de nomine petræ
Nomen Petrus habens, æterna uocabula portat
Fundamenta gerens nunquam passura ruinas.
Expectate tuis, cuncto'que in tempore carus,
Et nobis iam Petre ueni, simul omnibus exi,
Quos stimulat nunc cura prior. iam uocte ꝓfunda

Angelus aſtra ferens ergaſtula candidus intrat
Se comitante die. cœli ueniente miniſtro
Carceris umbra fugit, pulſæ periere tenebræ
Lucifero radiante nouo. color exulat ater,
Et mutata uident nocturna crepuſcula ſolem
Cuſtodum uallante manu. inter uincula Petro
Corpore ſomnus erat, ſed cum uigilaret in illo,
Quæ neſcit dormire fides. hoc cantica clamant,
Dormio corde uigil, læti documenta figuræ
Diſcite, qui liquido meruiſtis fonte renaſci,
Et quæ forma manet ſacrato in corpore Petri,
Cernite corde pio, docet hanc uirtutis apertæ
Angelus ipſe uiam, tangens, latus impulit, in qua
Eccleſiæ ſtat parte caput, qua nuncius ortam
Nouerat, inde leuat, lateri ſubnexuit arcæ
Hoſtia ſancta Noe clauſis animalibus, hinc eſt
Diluuio uaſtante ſalus. producitur Eua
Dormitante uiro lateris generata propago
Nomen habens uitæ, ſi nunquam culpa fuiſſet
Sic manſura magis. Chriſtus poſt myſticus Adam
Dignatus dare mēbra cruci, atq; in carne perempta
Morte premi, qua uita redit, noua dona liquoris
Per lateris ſacrauit iter. nunc Angelus illa
Petrum parte uocat, mens credat ut omnis in ipſo
Eccleſiæ conſtare decus, teneatq; ſuperno
Aſſertore fidem. quo calciamenta monente
Hi meruere pedes, tetigit quos deſtra magiſtri,
Quæ totum mundauit aquis. gradientibus illis
Concluſæ ceſſere fores. putat omnia ſomno
Ludificante geri, cui præmia uera parauit
Maieſtas ignara doli. iam ferrea clauſtris
Porta patet, rigidi laxant ſua uincula poſtes
Gentibus abſcindens duræ feritatis acumen.
Aſpera cuncta domat, ne ianua fixa uetaret
Orbis iter, quo curſus erit. dic gloria rerum,
Ferrea quid mirum ſi cedunt hoſtia Petro?
Quem deus æthereæ cuſtodem deputat aulæ

Ecclesiæ' q; suæ faciens retinere cacumen
Infernum superare iubet, mox liber ab hoste
Diuinum celebrauit opus, quem prima puella
A'tenebris remeare probat. quia gratia Christi
Rem dedit esse parem uisus adit ipse resurgens
Fœmineos. loquitur redeuntis gloria carnis
Ad sexum, quē mater habet, patet hinc quoq; uatē
Ecclesiam sensisse suum. quæ gaudia portet
In cunctum diffusa gregem. quis talia fando
Explicet, aut uerbis attollat pondera rerum?
Maximus ille pauor gelidos qui strinxerat artus,
Lætitiæ mensura fuit. manet omne per æuum
Pignoris huius apex. & syderis obtinet instar
Corpore q; Petrus sacrauit, & Angelus ore
His solidata fides. his est tibi Roma cathenis
Perpetuata salus. harum circundata nexu
Libera semper eris. quid enim non uincula prestāt,
Quæ tetigit qui cuncta potest absoluere? cuius
Hæc inuicta manu uel religiosa triumpho
Mœnia nonullo pœnitus quatiuntur ab hoste
Claudit iter bellis, qui portam pandit in astris.

Finis Primi Libri Aratoris.

ARATORIS SVBDIACONI ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS APO STOLICAE HISTORIAE, LIBER SECVNDVS.

Paulum iubente spiritu sancto ab apostolis segregatum Paphum petiisse, ibiq́ꝫ obcæcato Mago, qui Paulo obsistere conabatur, ꝓcõsulẽ uiso miraculo in Christũ credidisse.

Spiritus accensam uerbo radiante lucernam
Sub modio lucere uetans, secernite Saulum
Dixit in oris opus, quem mox sacrauit euntem,
Imposita Petrus ille manu. cui sermo magistri
Omnia posse dedit, Cyprum, salaminaq́ue linquẽs
Pergit adire Paphum. quæ fertur amoribus olim
Dedita, sacrilegæ mansisse libidinis antrum,
Aligerosq́ue uagos studio coluisse procaci.
Hinc operum procedit apex, quia gratia maior
Ad delicta uenit, culpas huic posse remitti
Exemplum iam Paulus erat, q̃ splendida laudũ
Materia est adiecta uiro. primordia casta
In luxus regione serit, fructusq́ꝫ pudicos
Multiplicat lasciuus ager. cui nescia post hæc
Difficilisq́ꝫ foret, cum sic uideatur, honestas
De turpi cæpisse loco, pars nequa uacaret
A meritis ieiuna, tamen molitur iniquus
Eloquio certare magus, contraria semper
Virtuti fecere uiam. iaculata retorquens
Ecclesiæ bellator ait. fallacia monstrant
Quo pereas genitore satus, confinia mortis
In tenebris patiere tuis, neqꝫ cernere solem
Tempus adusq́ue datur, rerumq́ꝫ attendere formas
Artificem quibus esse negas. tunc nubila uultum
Cæruleis fixere notis, & pectoris atri

Venit in ora color. quærit iam calle negato
Quo duce tutus eat. cuius pede gressibus instet
Quis tribuat miseratus opem, uacuas'que per auras
Erroris palpauit iter, proconsule Paulus
Mox didicit lucere fidem, cui causa uidendi
Nox aliena fuit. non sunt noua Paule salutis
Obsequia. e tenebris lucem bene surgere nosti
Omnia secretam referant documenta figuram.
Si libeat uigili pulsare latentia sensu
Iure docens Paulus, miracula condere cœpit
Ex oculis, iubar unde sui micat altius oris
Amisso crescente die, sic nuper iniquum
Subdere dignus erat, tenebris'q; fatentibus hostem
Vincere, qui cæcus meruit sine fine uidere.

Paulum in Antiochiam profectum, iudæorum synagogam adiisse, ibi'que cum dextra silentium significasset, de figuris ueteris testamēti, & de Christi aduētu ad iudæos habuisse orationem, in qua de egressu Israel de Aegypto, & de Ioānis testimonio meminit.

Antiochi dictam de nomine uisitat urbem
Paulus, & extemplo properat dare uerba cateruis,
Quas synagoga tenet, dextra'que silentia mādans,
Nostis ait. patribus tellus Aegyptia nostris
Qua posuit feritate iugum, crudelibus aruis,
Quos rapuit per signa deus. quibus omnia cedens
Mutauit natura uices, cum uirga fugauit
Terga maris, fluctus'que suis stetit exul ab oris
Puluereo de calle placens, ponti'q; facultas
Obsequio est subiecta pedum, redeunte profundo
Naufragium factura reis, quæ uertere iussa
Per uarios sua iura modos, his strauit arenas,
His cumulauit aquas, iustis uia, fontibus unda.
Cum percussa silex uenis spumauit apertis
Aequoreos enixa lacus. de uertice sicco

Flumineum largita uadum, non pristina morem
Gessit origo suum, ueterem nec præbuit usum
Dona nouella ferens, quam lex æterna coegit
Non innata sequi, disiuncta'q; semina monstrat
Posse dari de rore dapes. de caute liquores.
Nam ne pauca piis fluerent miracula causis,
Saxa uomunt latices. & inundant nubila panes,
Aereus'q; liquor solidis induruit escis,
Quæ'q; diu uacuas tenuerunt agmina fauces,
Frugiferis saturantur aquis, nimbi'q; coloni
Dant epulas, pluuiam'q; uorant, & mãditur imber,
Sic inuicta manus. sic gratia plena creantis
Scit querulos nutrire greges, & ponere sacros
In patria meliore choros. ut uentris amœni
Fructus ad æternæ florescat semina uitæ.
Dauidica nam stirpe satus genitrice Maria
Christus adest, quem tota canunt oracula uatum
Venturum sub carne deum, se se'q; creantem
Virgineos intrare sinus. Euoluite quicquid
Sabbata uestra tegunt, typice documenta figuræ
Perspicitis fulgere sacri præsepibus agni.
Cuius ab igne senes hauserunt dicta prophetæ,
Et dedit ante loqui quod cœpit postea nasci.
Clamauit uirtute potens Baptista Ioannes,
Non ego sum, post me ueniet. cui tangere non sũ
Calciamenta pedum dignus. neq; soluere summã,
Quæ ligat excelsas humilis corigia plantas.
Quam bene uox Pauli cecinit præcepta lauacri
Permiscens antiqua nouis. nec epistola cessat
Hæc iterare docens. patres baptismate nostri
In rubro fulsere freto sub nomine Mosæ
Per legem, cum petra simul sequeretur euntes.
Nã petra Christ' erat. Quid adhuc gẽs surda reqris?
In libris sonat ecce tuis. ne credere tardes.
Consule signa maris, quæ mystica dona susurrant
Temporibus uentura crucis, cũ sanguine Iesus
Tinxit aquas, lateris'q; uno de uulnere fluxit,

Quod uitæ tria dona daret. rubor equoris ille,
Causa futura fuit. sic conditor abluit omnes,
Sic emit, hic pretii color est in gurgite ponti,
Apparent'q; in uado miracula debita ligno.

Paulum petiisse iterum iudæorum synagogam, ac de Christi passione, & resurrectione prædicasse, sterilem'q; & inanẽ appellasse iudæam, q̃que ipsam nosse deceret, gentibus lumen futurum.

Sæpius obscuris radios infundere feruens
Mentibus, hæc rursus memorauit ĩ ordine Paulus.
Postquàm signa dei carnis uestitus amictu
Christus ubiq; dedit, faciens manifesta, ꝙ orbi
Venerit ipse salus. stimulis agitata furoris
Impia turba fremens, petit hunc a' iure Pilati
Suspendi, figi'q; cruci. terrena propago,
Vota quod optanti non possunt omnia ferre,
Sponte salutiferi cesserunt munera Christi,
Qui libertatis pretium tibi uenit ab astris,
Perdita restituens, tumulis'q; iacentia tollens,
Respice quam proprio maneas obnoxia regi,
Ne pereas, uult ipse mori. post tristia facta
Quinetiam custode dato signare sepulchrum
Ad geminum uoluere nefas, domino'q; paratam
Surgenti damnare uiam. pro cæca uoluntas,
Quæ putat æternum mortali lege teneri,
Et non posse sibi post funera reddere membra,
Qui toties aliena leuat, meministis ab ore
Dauiticæ resonare lyræ. corrupta uetabis
Sanctum nosse tuum. poterat ne in puluere leti
Ferre moras? qui uita manet? quem suscitat author
Nil patiens de morte deus. mors deniq; uicta est,
Vincendi transgressa modum, quæ iudice tacto
Linquere iussa reos, spoliis uacuata uetustis
Per sua bella cadit. ueniens'q; absoluere uinctos

Non retinendus erat. sors ultima cœpit auerni
Iam uita præsente mori, quæq; omnia subdens
Ante fuit, tunc ipsa perit, triduo'q; peracto
Lucis iter quod fecit adit. quo tota resurgit
In domino natura suo. de lege uidetis
Laxari non posse neces. hunc quærite, cuius
Sanguine mundati regno sociamur herili,
In cuius iam parte sumus, sub pignore carnis
Quam uoluit portare deus. tunc dogmata quosdã
Ecclesiæ dant ista uiros, uetuere loquelas
Vlterius proferre pias. o' semper inanis,
O sterilis iudæa tibi. quæ semina uitas,
Ne fructus afferre queas. quibus ore magistro
Paulus ait. uos ista quidem. uos nosse deceret.
Ast aliis hoc lumen erit. nam scripta fatentũr,
Lumen in extremis posui te gentibus esse.
Gentiles stupuere globi, fontem'q; secuti
Summere promissæ cupiunt nouitatis honorem,
Et lympha genitrice sati meruere renasci.
Compellor ratione loci pro munere tanto
Historiæ pulsare fidem. quæ prodidit olim
Cum populos, gentes'q; duas in uentre Rebecca
Ferret, & angustis includeret agmina muris
Consuleret'q; rogans oranti corde tonantem,
Responsum metuisse dei. prior inquit in istis
Inferior, breuior'q; manet, maior'q; minori
Seruiet, & iuuenis palmæ potietur honore.
Quicquid in hoc utero fœcunda puerpera gessit,
Ecclesiæ conceptus habet, formam'q; sequentem
Gentilis concursus agit, qui crescit in aluo,
In qua uictor erit, quod iam meminisse necesse est,
Et studiis celebrare bonis, famulemur ut illi,
Cuius ab affectu nos contigit ante uocari,
Quam nasci, qui dona prius, quam tempora præstat

Paulum curasse in Listra claudũ ex utero matris, quo uiso gentes sacrificare illi uoluisse ut Deo, ac Paulũ ob id statim scidisse uestem, & aperta ꝓhibuisse ratione, ne sibi talia facerent, quia homo esset, non Deus.

Iam'q; Lycaonios incedens passibus agros,
Listram Paulus adit. fuit hac tunc clodus in urbe,
Supplicio comitante satus, uestigia ferre
Nescius ex utero. membri pars cœperat ægri
Se nascente mori. comperto dogmate Pauli
Quo monitore piæ tendunt ad sydera mentes,
Mox uoluit diuina sequi. bene Clode iacebas
Has primum graditure uias, petis æthera sensu
Cum necdum mouearis humo, pedibus'q; negatis
Longius ire uales. Paulus speculatus in imo
Pectore quid caperet, clodi'q; fidelis amorem
In uerbo iam stare Dei, sic clarius infit,
Surge citus, rectus'q; tuis imponere plantis.
Exequitur præcepta salus, & calle nouello
progreditur persona uetus, motu'q; frequenti
Pulsat ubiq; solum, per'q; omnia currere tentans,
Sæpe timet quod nescit iter. modo gressibus ortus
Annoso langore senex, quod ut agmina cernunt.
Exclamant, diuum'q; uocant. ac serta ministrant,
Vt mactanda feri procedit uictima tauri.
Paulus ad hæc, tunicam rumpit festinus, aperta
Sic prohibens ratione uiros, solemnia nobis
Cur precor ista datis? fragili quos corpore constat
Terrena sub lege premi, fuit impius olim
Relligionis honor, cum numina fusca metallis,
Artifices timuere sui, cum templa dicarent
Abscisis de rupe deis, tunc forte licebat,
Innocuos mactare greges, fibras'q; tepentes,
Consulere, & uocem pecudis morientis in extis,
Quærere. nunc libeat uanis cessantibus aris
Aeterno parere deo, qui semina uitæ
Præbuit & uariis prouentibus arua locauit,

Cuius ab imperio, plenis consurgit aristis
De grano moriente seges, palmes'que recisus
Vulnere conceptas fœcundius educat uuas,
Quo moderante polum succedunt solibus imbres,
Tempora temporibus, que cum fugitiua recurrunt
Post sua terga, uagi constantia permanet anni.
Discite iam uerum sacra de uirgine natum
In terris celebrare deum. nec uota feratis
Lanigero damnosa gregi, quos liberat agnus
Vnicus, ablutum, qui sanguine comparat orbem.
His dictis instructa fides. sed corporis usus
In geminũ processit opus, duplicem'q; figuram
Personat una salus, toto quod in æquore mundi
Ecclesiæ duo sunt populi per uerba duorum
Cui plenas captura duas facit esse carinas,
Nanq; hæc humano generi collata uicissim
Claudorum docuere pedes, quibus astat imago
Singula quæque gerens. populo communis utriq;.
Quem Petrus antiquis tribuit consurgere plantis,
Ad portam uicinus erat. gens uenit ab illo
Circuncisa loco, psalmi, lex, atque prophetæ.
Cui Christi cecinere diem, quem Paulus ab aruis
Erigit, ad templi nunquam consederat ædes,
Longinqua tellure iacens. quia gentibus orsus
Cœpit ab ore pio solide uestigia mentis,
In turbas proferre rudes, populo'que mederi,
Quem latuit uox prisca dei, sic clodus uterque,
Cum properat genus omne leuat, gentis'que salutẽ
Personæ signauit iter, quæ gloria rerum
Contulit ut Petro Paulum gerat ordo secundum
Qui fundamentis manet architectus in illis.
Vt tamen authoris memoremus ad omnia laudes,
Hii duo sunt cæci properantibus undiq; turbis,
Qui domino dixere simul, fili optime Dauid
Da tenebras exire graues, da cernere lucem,
Quam nescimus adhuc. subitum tunc illa medelæ
Semper amica manus iubar intulit, atque reliquit

Nox oculos, exul'que dies illuminat orbes,
Expauit'que redux inopina crepuscula uisus.
Hos populos liquet esse duos, quos noxia uenæ
Cæcauit natura suæ, clementia Iesu,
Cum celebrauit iter, cum tempora carnis habere
Se uoluit, de luce nouat, purgat'que figuram,
Quam delicta dabant, mox'que integra fulsit imago,
Quæ meruit sentire deum. pars iuncta cerebro
Maxima sunt oculi, creat hos in munere Christus,
Qui caput & splendor rerum est. pars omnibus ima
Sunt in fine pedes, hos sanat in aggere cura
Vocis apostolicæ. quoniam speciosa uocantur,
Quæ pacem cunctis portant uestigia terris.
Exortum est lumen tenebris, per dona magistri
Hii statuunt gressus, quibus est sors tradita uerbi,
Vt uigeat medicina sequens bonitate prioris,
Paulatim'que salus in totum transeat orbem.

P ersuasum iudæis, ut baptizarẽtur. ortam deinde fraudem, nõ oportere quenquã baptizari, nisi circũcideretur prius. & Paulum primũ, ac deinde Petrum non faciendum id amplius iussisse cum amoto sanguine spiritus cor circũcidat in undis, post Christi aduentum.

I am rabidas hominum Paulus superauerat iras
Velificante fide, subitas uomuere procellas
Iudaica de nube doli, non primitus ulli
Posse lauacra dari, q̃ circuncisio carnis
Accedat de lege dei, gens dura quid ultra,
Ad lapides, ferrum'que uocas? hæc umbra figuræ
Non species mansura fuit, simulata relinque,
Quæ iam certa uides, Christi processit ab ore
Vita manens, omnes'que iubet de fonte renasci.
Qui ueniũt cur mẽbra secent? partem'que resoluãt?
Cum totum saluare quæant? ne quære uetusto
More premi nouitatis opem, deflexa'que retro

Lumina constitui, postquam uia rectior omnes
Dirigit, & cæsis illustrat sentibus orbem,
Lite sub ambigua Paulus loca tendit ad urbis,
Cui radiant monimenta Crucis, sanctos'q; reuisit
Iuris apostolici proceres, quibus omnia præsens,
Quæ sunt gesta refert. Petrus cui maxima cura est
Commissos augere greges, ad pascua cunctos
Se duce læta uocans, has explicat ore loquelas.
Cernitis æternum seclis memorata uetustis,
Quæ populo docili cecinerunt ore prophetæ,
In nobis complesse deum? qui maluit emptor
Omnibus esse salus, nullum discernere passus
In pretio, quo uita redit, mihi iussit apertam
Gentibus hanc monstrare uiam. quid uota morari
Tardari'q; iuuat? quid'ue hæc ænigmata prodest
Misceri cum luce noua? quos gratia purgat,
Vt ueniant, lex nulla uetat. cœlestis amoris
Materia est festina fides, hanc Christus adoptat,
Hanc facit esse suam, qua quisq; merebitur uti,
Circuncisus'adest, & iure renascitur undis.
Pastorem statuere sequi. placet ergo ministros
Ire simul, scriptis'q; piis absoluere gentes,
Hoc illis non stare iugum. tamen esse cauendum.
Ne simulacra colant. quorum libamina semper
Execranda forent, ne suffocata cruore
Quæ maculantur, edant, ne sæuior hoste libido
Hos impura præmat, quos lux baptismate mundat.
Clarius ut liqueant huius documenta figuræ.
Et progressa prius cur iam discedat imago?
Principium meminisse iuuat. deus inquit Habraam
Vt testamentum tibi nunc, soboli'q; perenne
Constituas in carne meum, præputia ferro
Circuncide libens, & fœdera necte superna.
Secretam scrutemur opem, uideamus in isto
Vulnere pacta dei, quæ testamenta recondit
Præscius, ut terris consortia iungat olympi,
Quæ didicit iurare puer, qui primus ad undam

Repperit ecclesiæ. currentem fonte Rebeccam.
Corporis ille locus, quo circunciditur Abram
Luxuriam lasciuus habet, uitii'q; minister
Naturæ sub lege iacet, pater ipse futurus
Seminis unde salus ad uitam pullulat orbis,
Euacuat, quod culpa grauat. truncata libido
Virgineum promittit opus, hæc nanq; propago
Diuinum concepit iter, hinc sacra Maria est
Ad partum generata nouum, quæ coniugis expers
Mater inest, natus'q; Dei de uirginis aluo
Emicat, atq; hominem mediator i omnia complet.
Hinc terrena leuans, illinc cœlestia præstans.
Præterit ergo uetus Christo nascente figura.
Hæc facies ius omne nouat, cultro'q; fugato
Spiritus ardescens cor circuncidit in undis,
Qui sanantur aquis, ne figant uulnera membris.

Paulum a spiritu sancto prohibitũm in Asia & Mesia prædicare, in Macedoniá accessisse, q; Macedoné qnendã in somnis orantem uidisset, ut in Macedoniá proficisci uellet euangeliũ prædicaturus, & sequẽti luce profectum.

Nescius interea curis laxare quietem
Paulus in orbe docet, uerbi'q; ligonibus omnes
Excolit, & fidei cogit flauescere messem,
Errorum fugiente gelu, quem spiritus almus
Hæc Asiæ proferre uetat. nec Mesia quiuit
Diues agris huius tunc semina ferre salutis
Fœcundo ieiuna solo. uir quippe macedo
In somnis hæc uisus ait, miserere precamur
Illyricos dignare sinus. o gratia quantum
Improuisa parat. subito flammantur amore,
Qui positum iam tempus habent, sic nocte fugata
Doctiloquus conuertit iter, fructu'q; loquelæ
Vescitur esuriens Macedonia, per'que soporis

Dona salutiferam meruit comprędere linguam.
Quæstio crebra sonat, si plenus munere largo
Prædicat omnipotens, non ueni perdere mundum,
Sed saluare magis. faciat quæ causa negari,
Hæc aliis, aliis' que dari, cum prodiga Iesu
In commune uelit pietas succurrere cunctis,
Suppetit affatim exemplorum copia, nos' q;
Lectio multiplicem docet hac in parte figuram,
De qua pauca canam, Luca narrante relatum.
E' populo quidam Christo comes ire rogabat,
Quem secum prodire uetat, qui deinde tacentem
Sponte uocat. nouit mundans interna magister,
Quæ uerbum iam corda ferant, quos obstruat intus
Error iniquus adhuc, ut tunc doctrina ministret
Officium, cum tuta uenit, ne sancta, quod inquit,
Incipiant uiolare canes, cœno' q; grauati
In margaritas uertant contagia porci.
Altera res etiam superest in carmine dura,
Sed quibus ex ueteri patuerunt omnia forte,
Ore datas tenui facile est aduertere guttas.
Exodus ille liber memorat uelamina sacri
Pontificis, qua nempe queat splendescere ueste,
Officii' q; habitum nitido componere cultu.
Quis segmentatus mediis altaribus adstet,
Quas inter species parili numerantur amictu
In femore exuuiæ, quibus indumenta pudoris
Progrediens ad templa locet, studeat' q; sacerdos
Obstrictis renibus mysteria castus adire,
Quod statuit lex prisca, magis deuincta' que iussit
Tunc hæc membra tegi, quæ possidet atra libido,
Cum properat libare deo. laxata relinquens
Coniugio post sacra tantum, ne partior usus
Ad sobolis non staret opus, sterili' q; marito
Cõnubii frigeret amor, cum certa propago
Hoc solenne gerens nullos admitteret unquam
Externa de stirpe uiros, ubi nomine prisco
Ex aditis perdurat honor, proles' que per æuum

Sanctificanda redit, uicibus supplenda creandi.
Ecclesiæ nunc alma fides sine fine pudicos
Pontifices iubet esse suos, & quærit in omni
Cauta tribu, quos rite probet nec sanguinis iste,
Sed meriti successor erit. tamen illa figura
Qua sine nulla uetus subsistit littera, demum
Hac melius nouitate manet, uariat' que recurrens
Alterna ratione uices, ne forte sacerdos
Tunc generare uelit, cum necdum mente capaces
Cernit adesse greges. cum' que instat nobilis ardor,
Discendi' que fames, ut apertius ora resoluat,
Ne quisquam ieiunus eat. nam semine uerbi
Prolem posse dari, Paulus quoque sæpius inquit,
Filioli dicendo mei iuuat ergo parumper
Eloquium genitale premi, studium' que docentem
Dispensare suum, laxans pro tempore uires
Ingenii, strictas' q; ferens, ne fusa prophani
Conculcata terant, mundatis sancta reseruans
Fas uetat inde quæri, culpis hoc imputet Adæ
Venæ pœna suæ, quid enim rea fauce parentum
Progenies sibi iure petat? sator ille benignus
Ni donare uelit, quicquid temerarius error
Corrupto natale tulit. uia sola salutis
Affectus parcentis erit, miseratio semper
Conditione caret, præstans indebita Christus
His pius accelerat, iustus' que his munera tardat.

Paulum in Macedoniam à puella phœbade æterni dei ministrū esse populo clara uoce ostensum, ac diabolum, qui in ea erat iussu apostoli fugatū, & liberatā remansisse puellā. ob id' q; puellæ heros iratos, q in de quæstū capent, cōcitasse plebē in apostolū, & cæsum, ac in carcerē detrusum Paulum cum Syla, noctu' q; terremotu facto omnium uincula soluta. & liberatos è car cere.

In macedum terris cum mœnia nota Philippi
Doctoris celebraret iter, bacchata puella
Sub stimulo Phythonis ait, Paulum esse ministrum
Aeterni scitote dei. professio uera
Mendaci de teste sonat, uocem'que fidelem
Perfidus author habet, sed non defertur honori
Quod cogit formido loqui, nec mente cohæret
Nudus amore timor. Paulus miseratus ab atro
Dæmone corda premi, nolens'que licere prophano
Diuinas aperire uias, fuge dixit, & istam
Vlterius tentare caue. nil iussa moratus
Hostis abest, uacuam'q; domum possessor iniquus
Deserit, ac profugo mulier sanata periclo
Conticuit de laude uiri, quæ cœpta peregit,
Plus'que tacens hoc esse docet, de munere uulgi,
Hæc quæstum faciebat heris, quos turbidus implet,
Quo caret illa furor, populi'que procacis in aure
Seditione fremunt, romanis obuia sacris
Sacra dari, ritus'que nouos exire per orbem,
Et ueteres cecidisse deos. tunc agmina raptim
Fustibus innumeris, eliso corpore Pauli,
Conueniunt, ubi carcer erat, quem sedibus imis
Includunt comitante Syla, uestigia quorum
Ligno mersa cauo uinclis tenuere beatis.
O felix de clade locus, cui clara refulgent
Lumina pro tenebris, in quo dedit esse perennem
Nox antiqua diem, niueam translatus in aulam
Ecclesiæ, cunctis'que ferens modo dona salutis,
Quam bene carcer erat, tota concutitur urbe,
Qui primus noua tecta petat, quiue oscula figat
Postibus, & tacta sacretur parte chylindri.
Iam nocturna quies, per corpora serpere fessa
Cœperat, & exiliit tellus imitata ruinam
Visceribus concussa suis, & claustra relaxans
Mota uagatur humus, seruit'q; canẽtibus hymnũ
Tempestas famulata soli. proh qnanta patescis
A nullo superanda fides, ueniente periclo

Pœna fugit, gemino'q; metu discrimina crescunt,
Vt perdant tormenta locum. tremefactus ab alto
Excutiens sua membra toro, cum libera custos
Cerneret antra necis, gladii mucrone retecto
In iugulum uult ferre manum, sed non licet illi
Paulo teste mori, cuius solamine uitam
Repperit, atque suo meruit de carcere solui,
Descendens'q; domum sacris fomenta ministrat
Vulneribus, liquidam'q; parat sibi redditus undam,
Cœlestem tacturus aquam. nam corde saluti
Figere Paulus amans, cunctos simul amne fluenti
Diluit ætherei, patuit cui luminis ante
Gratia non perimi, creuit post uita renasci.
Blandiloquis olim capta est sermonibus Eua
Deceptura uirum, nuuc improbus ora puellæ,
Qui tunc dæmon agit, repetens ad crimina sexum,
De quo præda fuit, multis uentura canendo,
Peccati conceptor erat. sed apostolus Adam
Iam melior cœleste leuans in imagine signum,
Qui fuerat terrenus homo, nec certa recepit.
Nã fallit quod ab hoste uenit. metuamus ut omnes
Hoc audire nefas, nec corrumpamur amari
Melle doli, si uera canat, qui falsa ministrat.

Paulum Athenas profectum, & a plebe uerborum seminatorem ibi appellatum cũ Epicureis & stoicis, alis'q; philosophis disputasse. hinc ad urbis primates ductũ, eorum uanos esse deos demõstrasse, & in die iudicii daturos oẽs dignas pœnas, nisi in Christũ, quẽ ipse prædicabat esse filium dei, crederent.

Ingeniis claras & linguis Paulus Athenas
Ingreditur, tumidam'q; feris conflictibus urbem
Eloquio torrente premit, quem turba profari
Doctisonis mirata modis. quibus inquit ab oris

Verborum fluit iste sator? plebs nescia Paulum
Semina ferre uocat, fruitur'que errore magistro
Vera loquens. nanque hic facundus in orbe uiator
Ambulat, atque colit, cuius labor omnibus instat,
Vt crescat diuinus ager, purgata'que fructum
Mens humana ferat, lolii ne sordeat herbis,
Quam segetes portare decet, manus æmula cogit,
Ad proceres hunc ire simul, quibus edidit astans.
Cecropidæ, quos fama canit sermone diserto
Gymnasiis uernare suis, ubi præsidet altus
Sacrilegæ nouitatis amor, uos cernimus aram
Ignoto posuisse Deo, qui condidit astra,
Qui pelagus, terras'que dedit, quem uita parentem
Vt moueamur, habet, cuius spiramus ab igne,
Cuius imago sumus, de quo cecinere poetæ,
Hinc hominum constare genus, quē prædico cūcta
Sanxit ab ore suo. cur hæc diuina uocatis,
Quæ facitis, uacuo'que metu cœleste putatis.
Auxilium? quod gignit humus, natura metalli
Visceribus iacet ima soli, quibus eruta sumit
Ingenii fabricantis opem, seu numina templis
Hinc ueniant, seu uasa focis sibi causa timoris
Ars operata deos. dominum super omnia fusum
Claudere nemo potest, paruis'que arctare figuris.
Quod capitur minus est spatio capientis, in auro
Materia est. opifex rerum non sustinet usum,
Quem simulant, quos ipse creat. quam dura luetis
Crimina, quam stultam sese sapientia uestra
Iudicii est sensura die, cum corpora Christus
Surgere cuncta iubet, tormenta'que fine carebunt,
Vt'que reos cruciet, seruet quos deuoret ignis.
Sic caro iuncta Deo carnales expiat actus,
Et commissa sibi coram'. hac examinat ultor,
Qua uoluit moriente pati, quam funeris expers
Viuificare uolens, post tartara reddidit astris,
Hæc multos ad dona uocant. Dionysius ipse
Primus in arce soli noua præmia iungit honori,

Complexus'q; fidem sic incipit esse sophista.
O lupe Paule rapax, dedit hoc benedictio Iacob
Nomen habere tibi. quid iam remanebit in orbe,
Quod non ore trahas? postquam solertia Graia
Cessit, & inuictas in dogmate uincis Athenas.
Cur Epicureus, uel Stoicus impia soli
Bella cient? reserare opus est. quo nomine multi
Sectarum coiere greges, uitam ambo beatam
Elegere sequi, quam corpore diligit alter.
Hic animi uirtute colit. dat & actio Pauli
Ad uitam præcepta piam. sic themate iuncto
Hi magis alternis soluerunt uocibus ora.
Corporis, atq; animæ commissus partibus extat
Plenus homo, sed nunc studiis diuersa sequentes
Ambo uolunt, qđ neuter habet. uas lumine plenũ
Subdit utrunq; Deo. uideo clamans, caro menti
Quam sit iniqua meæ, rursus'q; salubriter infit,
Non propria de parte geri, quod gratia donat,
Hoc celebremus iter, uita quia Christus, & ipse.
Se uocat esse uiam, per se gradiamur ut ad se.
Sancta'q; ne pedibus possit cessare lucerna,
Præco datus fidei uestigia suggerit orbi.

Paulum petiisse Corynthum populosam urbẽ, in qua tũc põticus quidã Aquila nomine erat præceptor, hospitem'q; eius factum. Itẽ Christũ iussisse Paulo, ut in ea urbe prædicaret, & Christianos factos corynthios.

Attica discedens iam liquerat agmina Paulus
Eloquiis superata piis, bimaris'q; corynthi
Mœnia iuncta petens populosam repperit urbem,
Quæ licet alterni contingeret æquoris undas,
Perpetuas sitiebat aquas, ibi Ponticus ille
Aquila tunc præceptor erat, uir plurima laudis
Instrumenta gerens, cuius se Paulus amico
Contulit hospitio, sociam dignatus adire

Artis amore domum, nam scenifactor uterque
Pollebant operis studiis, & dogmate legis.
Christus ait, nunc Paule doce, non obuiat ullus
Me comitante tibi, quæ sit mihi mœnibus istis
Turba uides, insiste loquens, ego pectora firmo,
Ista monent nullos unquam de munere tardo
Posse queri, gratis quod dat clementia Christi.
Tecta sub ambiguo lateat ne forte figura,
Qua dabitur ratione canam, de nomine sæpe
Argumenta trahi, documentaque maxima gigni
Scripturæ cecinere piæ. iuuat altius ergo
Quærere, qui Paulo carus coniungitur hospes
Factus in arte comes, sub cuius imagine causæ
Sic uocitatus erat, qualiue decorus honore est,
Hac quoque parte placens. aquilæ natura fidelis
Sponte gerit, quod forma tenet, nam debilis æuo
Et declinatis senio iam uisibus ales
Flammiuomo sub sole iacet, pennasq; grauatas
Eius in igne fouet, nocturnaque lumina pandit,
Atque oculos radiis ardentibus ingerit ægros
Ad ueterem reditura diem, sic dona caloris
Languida sumit auis, cuius de fomite uires
Accipit, & prisci reparat dispendia secli,
Cui ne sola forent, quæ feruidus incutit æstus
Per laticum purganda uadum, ter mergitur undis,
Et senium deponit aquis, iuuenemque, decoris
Effigiem de fonte leuat. quis apertior actus
Religionis erit, cum ueri lumine solis
Tangimur, antiqui contagia soluimus æui
Accedente fide. lympha mox matre renati
Conspicimur nouitate rudes. infantia rursus
Fit recidiua sæui, gemino manantibus ortu
Hic melior natalis adest, bene conscius huius
Alitis exemplo, quem spiritus egit opimam
In cithara uersare manum. renouaberis inquit
More aquilæ, qua lege datur sentire, probatis
Laude placere typi, quod firmant cantica iusti.

Nec uacat ars Pauli socio celebrata sub ipso
Secreti uirtute boni. tentoria quippe
Fortia mobilibus fabricabat in aggere tectis,
Longius hæc abiens peregrinus ubiq; uiator
Erigit, atq; hyemes, soles'que his pellibus arcet.
Nos quoq; per culpam prima de sede repulsi
Exilio mundi iacimur, uia reddita tandem est,
Qua patriæ repetamus iter. munimina nobis
In castris sint Paule tuis, ne criminis imbres
Tempestas mundana ferat, scelerum'q; uapores
Ignitus tentator agat, sub tegmine tali
Tuta salus nullum discriminis excipit ictum,
Nec prostrata feri succumbit uiribus hostis.
Mystica signa duces præmittunt laudibus arteis.
Pisces Petrus agens, homines capit, æquoris hospes
In sacris persistit aquis, habitacula Paulus
Dum terrena leuat, docet, ut Cœlestia condat.
Facta'que sæpe manu, nunc construit atria uerbis.

Paulum iuisse Ephesum, quosdam'q; a Ioanne baptizatos iterum sacris abluisse aquis, q expertes forent nominis spiritus sancti. ac statim eo repletos.

Vlteriora sequens lustratis finibus arua
Cōueniens Ephesum Paulus docet, atq; ibi quosdā
Prospiciens astare uiros, an spiritus almus
Venerit his quæsitor ait, qui fonte Ioannis
Se dudum maduisse ferunt. nam nominis huius
Expertes hucusq; trahi, quos flumine sacro
Abluit, & sanctus mox spiritus ora repleuit
Verborum'que dedit solitis uirtutibus imbrem.
Sæpius arma mouent ista de parte prophani,
Et bellare parant, quibus ut contraria possim

Fundere tela loquens, tu nunc mihi largius ora
Spiritus alme riga, sint ut tibi dogmata digna
Quæ dederis, tu uocis iter, tu semita linguæ,
Tu dicture ueni, qui per tua munera semper
Quod reddamus agis, doni'q; resuscipis usum.
Nomine uenturi præcusor in orbe Ioannes
Exhibuit baptisma suum, domino'q; parauit
Ipse uiam, memorans cunctis baptisma futurum,
Post aliud quod iure datur, quod trina potestas
Illustrare solet. sed quod magis eligit huius
Tangere Christus aquas formã facit omnibus ad se
Currere fonte pio. sacram ne deserat undam
Vlterius mortale genus, quam corpore mundo
Et dominus dignatus erat, cum deluit amnem
Per famulum mergente Deo, iam flumine tacto
Discipulis hoc cessit opus, quos dogmate plures
Baptizasse canunt. serui cessare lauacrum
Fas fuerat ueniente dei prænuncius, ex quo
Dixerat ista prius quo tempore fecit Iesus
Iam plenum baptisma geri. uelut ante Ioannes
Cur solitum proprium'q; daret? quæ regula Paulũ
Compulit ut Christi deberẽt fonte renasci,
Quem non uenturum, sed iam uenisse Ioannes
Insinuans, digito, cœlestem prodidit agnum
Hunc peccata canens a cuncto tollere mundo.
Quid geminũ baptisma cupis simulare prophane?
Dissona nõ iterant, repetitio rem tenet ipsam
Non aliam, bis'q; illa foret quæ primitus esse
Cœpit, & ipsa redit. nam cum discordet origo
Principii, finis'q; sequens, & singula dici
Et patet esse semel, nullo'q; errore grauantur,
Quæ collata simul possunt diuisa probari.
Cum tamen hæretica nigredine plenus auerni
Polluitur quicunq; lacu, si lumen habere
Ecclesiæ uult forte pie, non cogit ad undam
Nostra fides hunc ire iterum, quia nomine trino
Dogmata praua trahũt, nec qui, sed q̃d dare possint

Explorare solet, positæ quem uera fateri
Instituere manus, solus'que repellitur error
In diuersa trahens, quod spiritus efficit unum,
Hos etiam bis sex memorat scriptura fuisse.
O sacer & fœlix numeri modus, agmine fuso
Cum meruere cibi damnorum semine nasci
Iuris apostolici, lata est tot gloria uasis.

Paulũ urbẽ Ephesũ ad Christũ cõuertisse, atq; eius ueste fasa per ægrotátiũ artus curatos morbos, & dæmonas eadem uirtute fugatos. Septem item iudæos tẽtasse curare dæmoniacum quendã in nomine Iesu, quem Paulus prædicabat, & lacerasse Diabolũ illis uestes, & faciẽ dissecuisse, ita ut nudi & uicti fugerent. magnificatum'que ob id in tota urbe nomen Iesu, & sacris undis omnes perfusos.

Iam sermone potens Ephesi conuerterat urbem
Paulus, & æthereis fulgebat gloria signis.
Cum'q; per innumeros mutarent saucia morbos
Corpora, nec miseros operata reficeret ægros
Artificum medicina manu, uelamina sacra
Absentes petiere sibi, quibus affuit ardens,
Vt caderet uapor ille, fides, finem'q; calori
Altera flamma daret, semicincia deniq; Pauli,
Atq; oblata palam' sudaria fusa per artus
Langorum pressere focos, membris'q; repostæ
Ad nihilum fluxere lues. uigor omnia curans
Tactus erat, nullæ'q; domus à munere cessant,
Quod medica de ueste ferunt. uirtute sub ipsa
Spirituum quoq; turba minax, uelut irrita fumi
Pars per inane fugit, ne fabrica pulchra creantis,
Quæ plasmata solo cœlestis imaginis instar
Traxit, & authoris speciem pro pignore gestat.

Hospite sit polluta suo, templum'q; decoris
Inficiat prædonis odor, quo tempore septem
Iudaica de stirpe uiri noua prælia tentant,
Sic prius affati, quem Paulus nomine Iesum
Prædicat, hũc tibimet pariter præponimus & nos,
Peruasum dimitte locum. uox reddita contra.
Qui sit Christus ait, qui Paulus, sentio, nam uos
Ignotos uitare licet. cognosce furorem
Gens inimica tuum, dæmon regnare fatetur,
Quem uenisse negas, atq; hoc conuinceris ipso,
Quo stimulante ruis, cui non datur ore placere,
Quod terrore mouet, contraria dicere uoto
Causa Dei prohibet, quam lex comitatur amoris.
Hæc est uera fides, quæ tunc spectacula plebi,
Quam'ue triumphalem domino uincente coronã
Contigit inde geri: rabido cũ murmure frẽdens
Dæmonis ira suis bene noxia rumpit amictus.
Dissecat & facies, fugiunt'q; pericula uicti,
Nuda'q; præcipiti conuertunt terga pauore.
Quid iudæa ferox iam non de clade timebis?
Quæ socio sic hoste peris, cui criminis author
Punitor'q; idem est: ne sit te iudice pulsus,
Qua simul est peccante reus. mox fama per urbẽ
Sparsit ubiq; uolans, & dæmonis edere uocem,
Quod uirtus est summa dei. concurrere gaudent,
In latices intrare pios, maculas'que uetustas
Fonte lauare nouo, sanctis'que nitescere lymphis,
E' quibus una datur, simul insons omnibus ætas.
Ast alii magicis ponunt incendia libris,
Vt mereantur aquas, & uitant ignibus ignes.
Ardua flamma nimis, cuius super æthera fulgor
Euolat, & cœlum tales petiere fauillæ.
Quinquaginta etiam pretium posuere libellis
Milia nummorum, quoniam meruere nocentes
Sic abolere nefas, huius hæc causa figuræ est.
Lege sacer numerus delicta resoluit, ut olim
Deluit in toto Dauid sua crimina psalmo,

Contractus'q; fugat, nam quinquagesimus annus,
Cum iubilæus adest, proprii distractio ruris
Antiquo donatur hero, seruire coactus
Libertas amissa petit, mala debita laxat
Creditor, & lumen patriæ uetus aspicit exul,
Quinquaginta etiam cubitis distenditur arca,
Quæ depressa uadis, atq; æquore tuta salutem
Sub numero pietatis agit, seruata'q; crescit
Per spacii parcentis opem. quia Christus ubiq;
Condidit ecclesiam uenia fabricante capacem,
Quæ sic cœpta fretis latissima funditur aruis.

Demetrium statuarium Ephesi seditionem cõcitasse q dixisset Dianæ Ephesiæ tẽplum toto orbe celebratũ ruiturũ, & cæterorũ deorum existimationẽ nisi diis suis cõsulerẽt, amissum iri Pauli exhortationibus, & cõcursum ab oĩbus in theatrum, & temere sedatum tumultum.

Infelix Ephesi Demetrius arte locabat
Sacrilegis delubra locis, argentea suetus
Soluere uota suæ pretio maiore Dianæ,
Cedere cuncta uidens prisci monumenta furoris
Ingemit, & uanas his uocibus excitat iras.
Non pudet o' socii nostram cecidisse Dianam,
Quam mundi suspexit honor? mortalibus ultra
Quæ speranda salus, si non per secula possunt
Fine carere dii? quæ nunc simulacra sacellis?
Quæ poterũt dare tura focis? quos aduena Paulus
Territat, & quicquid gerimus pro nomine diuum,
Muta metalla uocat, quorum discedit ab orbe
Relligio, pulsi'q; fugam petiere pœnates.
Hei mihi iam uideo subitis lapsura ruinis
Condita fana diu, templi quoq; nobilis ædem
In cineres, stragem'q; dari, quam prẽdimus arcem,
Quam'ue tenemus opem? quibus iterclusa facultas

Eſt operum, crimen'que foret feciſſe Dianam?
Pergite, tempus adeſt, labor ultimus omnia ſecum
Si deſperet habet, ſola eſt uia uincere uictis.
Formidare nihil, reſtat ſors certa triumphi
Pro ſuperis mouiſſe manus, inſurgite telis,
Et quam uota deam celebrēt, hanc arma repoſcant.
His dictis plebs mota fremit, magnam'q; Dianam
Communi clamore uocat, ac præpete curſu
Itur in obſcœnum cum ſeditione theatrum.
Non alio decuit cauſas, meritum'q; Dianæ
Laſciuo tractare foro. capit area turpis
Concilii deformis opus. tamen impetus amens
Fluxit, ut in uacuas oculis qui labitur auras
Nulla'q; diſperſus retinet ueſtigia fumus.
O miſeranda manus, cui tu præſtare laboras,
Perpetuam cur eſſe putas? te teſte ſacellis
Eruitur fugitiua ſuis, quo iure paueſcis,
Qua pereunte doles, cœlo'q; adiungere tentas,
Quam terris remanere negas. Nunc ordo figuræ
Explorandus erit, latebris'que uidendus apertis
Dicitur e ſolo Demetrius atria demens
Argento poſuiſſe deæ, cum plura capaci
Protulerit natura ſinu, quibus iſta metallis
Fingeret, ut fuſis animentur uultibus æra.
Ingenii'que manus promittunt munere cautes.
Quod ſi ſanctiloquos uoluamus ab ordine libros,
Inueniemus iter, puris quia ſenſibus aurum
Comparat, argentum nitidis ſcriptura loquelis.
Nam pſalmus licet iſta canat, tamen inclyte Moſes
Altius hæc memoras populo cum talia dicas.
Aurum, atq; argentum templorum ferte decori,
Quod iacet interius menti, non dura metalli
Materies ſub corde latet, ſed apertius illud
Exagitat, quod Chriſtus amat, mens obtulit aurū,
Cui fuerit pretioſa fides, pariter'q; miniſtrat
Argentum, cui uoce ſonant bona tympana cordis,
Vt dominum duo iuncta colant, de pectore ſenſus,

De sermone sonus, sic aurum dogmata legis,
Argentum'que petunt hoc ad pia templa parari.
Nos quia templa sumus, si crimina cuncta recedant
Præscia uerba monent, quod apostolus ipse reuelat,
Corde salus credentis erit, confessio uoce.
Sacrilego res una fuit. Demetrius ædes
Condidit argento, cuius facundia mouit
Hos animos, ut norma probet sine iudice sensu
Numina uana coli, nec de uirtute uenire
Pectoris istud opus, cui pars hæc sola dicatur,
Quæ rationis inops nudam ferit ore loquelam.

Paulum in Troiam urbem prædicaturum accessisse, cum'q; in cœnaculo prædicaret, produxisset'que sermonem usque ad noctem, multa accensa fuisse funalia, interea'que Euthycum quendam somno correptum, e fenestra decidisse, ac mortuum, omnem'que turbam mœrore plenam uisum profectã, cum'que Paulus cadaueri adhæsisset, statim reuixisse puerum.

Tu quoque signa ferens titulos in carmine nostro
Troia repone tuos, & laudibus adde triumphos,
Qui magis ex uero fulgent tibi clarius actu,
Quam quos pomposo reboant tua bella cothurno.
Lingua colona dei cum semina fœta saluti
Spargeret, in seram produxit tempora noctem
Plus animis factura diem. micuere coruscæ
Lampades, ut uerbi lucerent igne fideles.
Solus ab excubiis uiuacibus Euthycus exul
Mersa sopore graui commisit membra fenestræ.
O' male parta quies, o' semper dedita somno
Pectora nuda bono. quantis patet ille ruinis,
Quẽ nox sola tenet. nũquam'que resuscitat ægrum
Ad meliora caput, nescit uigilare periclo,
Qui patitur dormire deo, quid inane fenestræ
Quæris adulte chaos, quid'ue hac in parte quiescis?

Qua ruiturus eris? res est inimica saluti
Pendula celsa sequi, futura'q; somnia prono
Carpere uelle toro. poteras meliore cubili
In uerbo recubare dei, Paulo'q; monente
Eius uelle aditum, cui lumine peruia recto
Ianua nomen inest, per quam de fonte leuatæ
Ad uitam gradiuntur oues, hanc quærite cuncti,
Si rabidas fauces cura est, morsus'q; cruentos
Euitare lupi, cuius lacerabitur ore
A pastore fugax, qui sparsos uocibus agnos
Euocat, atq; gregem propria de morte redemptum
Non sinit insidiis, & amari uulnere dentis
Rursus ab hoste capi. mœsto sonuere tumultu
Atria. concurrit gemitu miserata frequenti
Turba uidere locum, qui funere tristis acerbo
Lætitiam facturus erit, cui Paulus adhærens
Pectore uiuit ait, quam uocem uita secuta est,
Mors'q; repulsa fugit. quãtum tua Christe potestas
In famulos operata dedit, tu redditus astris
Aequalis'que patri de maiestate perenni
Iura superna regis, sed quod caro corpore matris
Virginis orta tibi regnum spoliauit auerni,
Viua'que de proprio reuocasti membra sepulchro,
Te'q; probans uoluisse mori, qua parte resurgis,
Ex qua natus eras, qui ferrea uincula soluis.
Lux aliis alterna redit te auctore, simul'q;
Exemplo donata tuo, qui subdita dudum
Cogis, & electis succũbere tartara seruis.
Interea fœlix surgit de morte cadauer
Et meliore uia tria per cœnacula sospes
Ducitur ad Paulum, cuius conspectibus insons
Cœpit adesse puer, uitæ iam dignus honore,
Cum leti conuertit iter, quæ gloria facti
Instruit ad ueterem causas aperire figuram.
Fulta tribus cameris Noe describitur arca
Ecclesiæ documenta gerens. stetit ordine primo
Pars hominũ, pecudes'q; gradum tenuere secũdũ.

Tertia sors addicta feris, quæ cuncta per undas
Arca quadrata tulit, uelut in baptismate fontis
Omnibus est nunc una salus, sed moribus unus
Non ualet esse locus. nam nidos fertur in illa
Aedificasse Noe, quem iustum dicit Hebræus,
Et requiem, quod Christus inest, qui diuidit æqnus
Præmia certa suis. quisquis uirtutis amator
Iungitur alta petens. Noe stat proximus. infra
Ingenio breuiore minor sors dedita sæuis
Tartareum tenet ima sinum. sic Eutychus ergo
Prima parte cadens inferni perditus oris
Hæsit, & humana uacuus ratione ferarum
Cœpit habere locum, cui postquam pectore Paulus
Incubuit, uerbum'q; suum sapientia fudit,
Ore leuans animam carnali lege peremptam
Ad dominũ de morte redit, quod epistola clamat,
Qui dormis iam surge citus, rursus'q; perurget,
Tu'q; uigil de morte leua. super ardua trina
Promeruit iam stare puer, quia dogmate trino
Comperit æterne, quæ sit substantia uitæ.

Paulum spiritus sancti iussu hierosolimam petiturum conuocasse Christianos, eos'que in litore monuisse ut ecclesiam Christi seruarẽt, oues'que ipsis cõmissas uigilanter custodirent, atque eó magis, ꝙ se amplius uisuri non essent, habita'que oratione, exosculatum omnes fuisse, ac illis pie plorãtibus, comitãtibus'q; nauim soluisse.

Iam'q; peragratis Paulus stationibus orbis
Ad Solymam uenturus erat, quo spiritus illum
Pergere sæpe monet, cupiens in littore noto
Perpetuum memorare uale, simul undiq; sacros
Euocat, has reddens claro de pectore uoces.
O dilecta manus, quæ Chtisti militat armis,
O summo plebs nata deo, meministis amoris

Et studii documenta mei, gentilia promptus
Agmina iudaicos'q; tuli sine fine furores,
Vt uitæ præcepta darem, nullum'q; lateret
In populo narrata fides, a sanguine uestro
Mundus semper ero, nec debitor oris auari
Clausa talenta luam, sterilem'q; in semine uerbi
Ieiunus culpabit ager. uos conuenit inde
Vsuram præstare piam, cum uenerit auctor
Qui meriti discussor erit, seruos'que reposcet
Mensuræ crementa suæ. mihi germina ferre
Sensibus ardor erat, quæ passim credita sulcis
Sparsimus, at fructus tenues mala terra dolebit.
Vado uidere Crucis uenerandam gentibus urbem,
Quo me iussa uocant, uarii luctamen agonis
Hic dabitur certare mihi. nam cuncta subibit,
Qui cursum complere uolet, mitissima sors est
Pœnarum, quas uota gerunt, regni'que facultas
Perpetuo pro rege pati. seruate ministri
Ecclesiam Christi, pretium quam sanguine nobis
Fecit in orbe suo. famuli retinere laborent,
Quod dominus de morte dedit. non cernitis ultra
Iam faciem, uultus'que meos. uigilantius oro
Cōmissos lustrate greges, quia dente rapaci
Conueniunt ad ouile lupi. custodia peccat,
Cum spoliis si raptor eat. pastoris inertis
Fraude perit, quod prædo capit, sed & acrior hostis
Intus erit, grauius'q; malum discordia portat,
Quæ uulnus sub pace creat, nec cedite duris
Virtuti damnosa quies, nullum'que coronat
In stadio securus honor. sua gloria forti
Causa laboris erit, tarus'q; ad præmia miles,
Cui pax sola fuit, uictoria semen ab hoste
Accipit, hinc oritur. dominus plantaria uestra
Fœcundare ualet, qui per sua dona uenire
Ad sua dona facit, quod'que adiuuat ipse ministrat.
Non ego diuitias fluxu fallente superbas
Alterna mercede tuli, nec munera sumpsit,

Vos potius quam uestra petens. me scitis, ut istæ
Cum sociis pauere manus, assuescite, gazas
In lucis proferre uias, operum'que locare
Thesauros in sede poli. nil proderit aurum
De fossis quæsisse locis, si claudat auarus
Quod cælabat humus, quod nõ in paupere surgit,
In tellure iacet, cæco'que reuoluitur antro
Obscura peccante manu. laxate supernis
Corda precor monitis, neque respuat ullus egeno
Tecta parare gregi, ĩ quo suscipit hospite Christum.
Sic postquam fatus dedit oscula, tum simul orans
Flexit in arua genu, stricti'que doloribus omnes
Ad lacrymas fluxere pias, longe'que per undas
Obtutu comitante sequi meruere carinam.
Dum'que per oppositas extendunt lumina nubes,
Additur in pelagus oculis uia, rapta'que flabris
Puppis adhuc nota est, & mulcet imagine mentes,
Affectu'ꝗ animi crescit mensura uidendi.
Sed quod ait tribus hæc annis præcepta salutis
Nocte, die'que dedit, patet hac ratione figura,
Qui canit ecclesiæ tria dogmata, sæpius edit
Historicum morale sonans. typicum'ꝗ uolumen,
Sic & enim ternas capiunt sex uasa metretas,
Quæ ueteri de lege nouo rubuere liquore.
Forma sacrificii perfecti prisca canistro
Tres panes offerre iubet, quibus additur illud,
Discipulis quod Christus ait, iam nocte roganti
Tres panes debere dari. nox ista profecto est
Mundus, ut hic siquis uerbi desiderat escas,
Exhibeas quæsite dapes, doceas'ꝗ uolentem,
Quod pater & natus ꝗ sanctus spiritus unus
Sint deus, & numerum triplicat substantia simplex.
Nec semel hæc pia iussa canunt. angariat inquit
Te quicunque petens. ut pergas præuius unum,
Cætera uade simul duo milia, nonne uidentur
Hoc mandata loqui? siquis te consulit errans
Ignarus'que uiæ, ꝗ sit deus edere magis
Prode

Prode patrem, subiunge libens q; filius, & quod
Spiritus est almus, numero tres, & tamen unus.
Hinc iudæa uacans, sterilis quæ dicitur arbor,
Expectata tribus fructum non attulit annis,
Quod triplici spernens tractare uolumina sensu.
In fidei numeris nescit dare munera Christo.

Paulum in templo Salamonis cũ prædicaret Hierosolymis a iudæis captum esse, ut interficeretur, & tribunũ iussisse duabus eum catenis ligari, quo facto, hebraice Paulum narrasse populo quis ac qualis fuerit, ante quã Christianus esset, & quare in Christũ crediderit, & ob id magis ira accensos iudæos

Nobile iam templum Salamonis Paulus adire
Cæperat, & ueteris solemnia reddere legis.
Corripit hunc iudæa manus, rabido'que tumultu
Conclamant necis esse reum, sed in arma tribunus
Euolat, & nin ctum geminis iubet ire catenis,
Quæ tamen astrictis incumbunt dura lacertis
Non animum tormenta ligant, quod epistola Pauli
Lumine plena canit, uinciri posse ministros,
Vinciri non posse fidem, uerbum'q; teneri
Suppliciis non esse datũ, gradibus'q; sub ipsis
Constitit, hebræo plebi sermone locutus.
O fratres patres'q; uiri me nostis in oris
His uenisse rudem, doctrinæ deditus omnem
Legis amore fui. uobis modo testibus utor,
Quorum scripta ferens ardebam cede Damasci
Christicolas punire greges, & finibus orbis
Hanc prohibere fidem. sed non mortalia possunt
Auctori certare suo. descendit ab astris
Aucta dies latuit, caligantes'q; tenebræ

Lux, oculos clausura meos, & ab igne corusco
Orbibus incumbunt, quarum mihi tempore creuit
Adueniens cum nocte iubar. discernere causas
Euentus post facta solet. bene uidimus umbras
Vsuri iam sole nouo, sed & auribus hæsit
Clamor ab ore dei, repetito nomine Saule,
Me Christus terrore quatit, ne signifer ultra
Auderem bellare sibi. quo iure negabo,
Quo feriente cado? cuius de munere pronus
Attollor meliore uia, per quæ ardua surgo,
Sublimis' que sequor fœlicia dona ruinæ.
Iam satis o ciues crudelia nouimus arma,
Nil dubium pars illa docet, quæ teste beata
Fungitur hoste suo. quid adhuc libet esse nocẽtes?
De tenebris lucere meis, cui fontis ab undis
Est uisum largita fides, & mortis imago
Viuere cœpit aquis. heu nunquam saxea tellus
Seminibus fœcunda suis, uacui' que labores
Qui sterilem patiuntur humum. post denique Iesus
Hæc mihi uisus ait. procul hac procul urbe relicta
Pergere Paule para, non est tibi credula nostri
Nominis, ad gentes potius cane uerba salutis.
Protinus hanc uocem querulæ rapuere Phalanges,
Proiiciunt uestes, ac puluere longius acto
Ventosa leuitate fremunt, uario' que furore
Personat in Pauli rapidum discrimina uulgus.
O iudæa nocens auctorem perdere uitæ
Cum cuperes sic dicta dabas. fuit optio linqui
Quem uelles clamosa tibi, sed ab ore cruento
Triste petis male suada nefas, & gaudia paschæ
Electo latrone colis, geminas' q; furorem
Sæua pio placata reo, certamine cuncto
Te spolias, uacuam' que locas, cum durior ipsis
In Stephanum tormenta iacis, deponis amictus,
Et nũc ueste cares, primi quia pœna parentis
Est cognata tibi, ueteris' que in corpore portas
Transgressoris onus, contraria fontis honori

Ne renoueris aquis. Adam sub criminis ortu
Cognouit q nudus erat, documenta'q noxæ
Hinc misero patuere suæ. te mortis origo
Crebra subit, cui plena malis interserit ira
Bis habitum quem culpa creat. iam bella tribunus
Vocibus his ardere uidens, fera uincula Paulo
Addidit, & castris torquendum misit iniquis.
Nota querela locis ut sit superanda canemus.
Paulus gesta loquens socios ibi lumina dudum
Conspexisse suos, uocem tamen auribus illam
Non hausisse refert. at tunc quo tempore cæcus
Decidit, & uocem comites audisse leguntur.
Sic uariat narrantis opus, sed utrunque necesse est
Concinat, haud dubium. nam tunc audisse feruntur
Accepisse sonum, nunc non audisse profecto.
Hæc rationis erit simplex uia iure negatur
Vox, quoniam confusa loqui, neque creditur illud
A sermone dari, quod non in pectore condit
Accipiens, dubia tantum stimulatus ab aure,
Ambiguus fragor solas deuerberat auras.
Sic audisse simul, sic non audisse leguntur,
Altera pars sonitus, certa est pars altera uocis,
Et fert atque refert geminam res illa figuram.

Paulus crndeliter a iudæis cæditur, & circiter quadra ginta ex iudæis decernunt non ante se comesturos bibituros'ue, quã Paulũ occiderint. audit hoc Claudius Lysias tribunus, Paulum'q magna caterua militum cõstipatũ in Cæsareã mittit ad Fœlicem præsidẽ. accusat Paulus coram præside, ille uero se defendit. hinc coram Porcio Festo præside successore Felicis Paulus appellat ad Cæsarem, q esset Romanus. quare Romã mittit.

Agmina supplicii feruētia corpore Pauli
Pœnarum'q; graues euoluere uersibus iras
Causa monet, sed lingua pauet. fugiamus ab ista
Parte dolor, ueriti'q; nefas tam triste premamus,
Eloquium ne forte legens sua fletibus ora
Compleat, & largis humescat pagina guttis.
Nec tamen hæc poterant animos satiare cruentos,
Ardet amor scelerum, cupiunt'q; in sanguine pauli
Sacrilegas uersare manus, quæ dura malorum
Vota quaterdeni uesanæ stirpis alumni
Imposuere sibi, non ullum sumere potum
Primitus atq; cibum, q̃ parta cede daretur
Hinc magis esse dapes. o pallida mortis imago.
Pocula sunt iudæa tibi meliora cruoris
Quam laticis, nullas'q; uolens contingere mensas
Esuris ad facinus, saturam'q; cadauere iusti
Quæris habere famem. non hæc ieiunia Moses
Condidit exemplo, tot cōsumata diebus.
Vt memoras, quot tela moues, tot'q; inspicis annis
Secretas patuisse uias, ubi diuite nimbo
Fluxerunt de rore cibi, rupes'q; uicissim
Arida fudit aquas, in quo meruere parentes
Diuina bonitate frui, donis'q; supernis
Enutrire animas. numero crudelis ab ipso
Tu seuire uenis, polluta'q; fœdera iungis
Agminis, ut plures faciat mors una nocentes.
Comperit hæc Lysias Pauli uulgante propinquo,
Quo ne parent aduersa loco. monet ocius ergo
Clam sua iussa tegi, noctis'q; in tempore cautus
Obscurum præuenit opus, lectis'q; maniplis
Imperat, ut tuto Paulum comitentur honore.
Gloria de meritis a te delator honeste
Non aliena foret, quod'q; est ad præmia rarum
Poditione places, nec te constantia ledit,
Quam sceleri seruare times, in crimine uirtus
Crimen erit, cum'q; ad facinus socientur iniqui
Est ibi culpa fides, quam tunc in laudibus ornat

Verus honor, cum culpa pia est. stipantibus armis
Cæsaream mox Paulus adit, quo turba cucurrit
Rhetore fulta suo, qui præsidis aure potitus
Irrita uerba dedit. contra sic denique Paulus
Optime præses ait, dudum te nouimus omnes
Iustitiæ documenta sequi, comitem'q; modestam
Consiliis hanc esse tuis. quæ gratia suadet
Fidere, nec dubium tali sub iudice fari.
Non legis, templi'que pium uiolauimus usum,
Nec sermone uago populares mouimus aures,
Vrbibus ex Asiæ uenientes soluere dona
Cœpimus, ad purum semper spectantia uotum.
Quis rogo liber erit, si res facit ista nocentem?
Eloquar haud metuēs (neq; enim discrimina nouit
Formidare fides,) audent quam dicere sectam
Luminis esse uiam, nec discordare nouellis
Iura uetusta patrum. fas est modo credere cunctos,
Corpora de tumulis iam posse resurgere, postquam
Detulit inde suum, qui condidit omnia Christus.
Obstupuit felix amisso nomine, uincla
Quem faciunt aliena reum, quorum obice Paulus
Stringitur, & festi seruatur præsidis anno.
Linquimus hic nimium, ne gaudia nostra morētur,
Ad latium iam Paule ueni, certamine crebro
Quæ fuerint agitata foro, quanti'q; legantur
Iudaici fluxisse doli. nam talia Paulus,
Cæsaris ad solium uos prouoco, Cæsaris inquit
Appello Romanus opem, cui festus abibis,
Vt cupis Augusti citius uisure tribunal.
Nam stimulante metu, fugiens discrimina Paulus
Iudicii uitauit onus, mens anxia semper
Pro uita meliore mori, sed muneris auctor
Præconi, testi'que suo iam dixerat olim,
Quod Romam uenturus erat. clementia Iesu
Omnibus in terris fidei sitientibus austum
Pocula dat de uase suo, cunctos'que rigari
Multifluo sermone iubet, meruit'que uenustas

Nominis occidui de lumine crescere uerbi.

Paulus nauigat in Italiam primo placido mari, hinc ingenti orta tempestate, quatuordecim dies iactatur in mari cum ducentis septuagintasex sociis. tandē nunciāte Angelo, prædicit Paulus omnes euasuros, eos'que sibi a' deo, cuius ipse esset minister cōdonatos. & statim pacato mari, deueniunt in Meliten insulā uicinam Siciliæ incolumes, atq; ibi fessi persuadente Paulo cibis, potui'q; indulgent.

Soluerat eoo classem de littore uector
Austri nactus opem, cuius spiramine læta
Crebrescente uia, ueli'que patentibus alis
Aequora findebat puppis. sed mite quid unquam
Ventorum tenuere doli? mox flatibus euri
Rupta quies pelagi, tumidis'q; incanduit undis
Cærulei pax ficta maris. furit undique pontus,
Attollens'que suas irato gurgite moles
Denegat arreptæ uestigia certa carinæ,
Quæ suspensa polis, deiecta'q; iungitur aruis
Terrarum cœli'que sequax. caret artis amicæ
Præsidiis manus apta rati, gelido'que pauore
Deponunt animos, nigro'q; sub aere cæci
Naufragium iam iamq; uident, clauso'q; profundo
Mortis imago patet. uastas percurrere syrtes
Historica ratione uocor, laceros'que rudentes
Et claui fragmenta sequi. sed non ego linguam
Tam fragilem committo uadis, rabidas'que ꝓcellas
Aufugiam tentare diu, ne forte canenti
Obruat exiguam uiolentior unda loquelam.
Tangere pauca libet. tutas conabor arenas.
Præuia fluctiuagæ latuerunt sydera puppi,
Nec solis radiis sub nubibus emicat axis.
Cum'q; dies multos iam rite peregerit orbis,

In pelago nox una fuit. quo tempore nullis
Indulsere cibis. quanta est heu pœna timoris,
Supplicium nescire famis? dat semina causis
Res mala sæpe bonis. tam clari nautica pubes,
Militiæq; cohors hominis tempsisset honorem
Prosperiore freto, cuius custodia tandem
Soluitur, & sæuo uenerantur ab æquore uecti,
Quem portum sensere suum. gerit illa ruina,
Ne lateat, quod Paulus erat, sanctus'q; patescat
Assertore mari. raptis'q; elementa laborant
Luminibus monstrare uirum, mediis'q; tenebris
Apparet radiata fides. fit laurea iustis
Ex pretio, quod terror agit, mansura'q; uirtus
Crescit in aduersis, quæ testibus usa periclis
Ad meritum discrimen habet. stans deniq; Paulus
Conclamata piis animat sic pectora uerbis.
O utinam nostris noluisses fida iuuentus
Consiliis parere prius, ne littora Cretæ
Linqueres, insani rabiem passura profundi.
Non pelagi cœli'q; minas non triste tulisses
Iacturæ populantis onus, nec turbine tanto
Desperata salus gemeret confinia mortis,
Quæ tamen humanum transcendunt gaudia uotũ,
Hæc facile est præstare Deo, cui muneris usus
Hic potior, quem nemo putat. nam missus ab astris
Angelus hæc placido ueniens denunciat ore.
Quam turbam uehit ista ratis, tibi rector olympi
Contulit, ut nullis figatur naufraga saxis,
Credite uera forent, nec spe frustabor inani,
Qui merui promissa dei, concessa'q; nobis
Insula portus erit, cuius statione licebit,
Arrepta tellure frui, nauis'q; solutæ
Prospectare grauem nullo discrimine casum.
His dictis ruit ira maris, sublata'q; dudum
Lux reuocata micat, uelamine noctis aperto
Pandere uisa solum, quod præbuit hospita nautis
Sicanio lateri remis uicina Melite.

Ante tamen rabidos q̃ uincant æquoris æstus,
Soluite, proclamat Paulus, ieiunia fessi.
Ex quartodecimo, sicut nos uescimur, inquit,
Iam panem gustate die. Memoranda figuræ
Sacramenta piæ ualeant, qua lege probemus.
Tempore quo primi fulserunt lumina mensis,
Hoc numero currente die, de carnibus agni
Turba iubetur ali, quarum munimine tacto,
Libera niliacas meruit uitare tenebras.
Hinc spatio simili Paulus de gurgite mundi,
Quos auferre cupit, secum conuiuere suadet,
Et sacrum libare cibum, uestigia Mosi
Obseruata legens, quorum speculantibus actum
Hæc duo sunt diuersa locis. sed proxima causis,
Et repetita salus uno de fonte leuatur.
Agnus Christus inest, panis quoq; Christus habet
De cœlo, quod & ipse docet, qui corpore Iesum
Sumpserit hoste caret, nec iam sua iura Pharao,
Aegyptus'q; tenet. mox omnia dæmonis arma
His merguntur aquis, quibus ille renascitur infans,
Qui captiuus erat, salsæ quoq; fluctus abyssi
Linquitur, & tetri superantur stagna draconis,
Erepto'q; gregi largitur pascua Christus,
Nominibus propriis, pastor iam uerus edendi.
Hinc etiam ecclesiæ gerit aurea luna figuram
Quæ quartodecimo de primæ lampadis ortu
Conspicitur iam plena die, quæ a corpore Iesu
Creuit in orbe suo, lucem factura perennem.

Paulus cum in Melite insula in ignem sarmenta confert. a serpẽte mordetur, at ille in ignem eam iniicit, cum'q; qui adsunt homicidã esse Paulũ affirmãt, q cum dudum maris tempestatem euaserit a' uipera ĩterficeretur. nec euenit quod expectant, sed contra illæsum uiderent, deum esse Paulum prædicant.

Pelleret ut Paulus crescencia frigora nimbis
Contulerat sarmenta focis, cui uipera fixit
Dæmonis arma ferens surgentibus obuia flammis
Antiqua feritate manum, gelidi'que ueneni
Vulnus i igne dedit. quid ad huc male noxia serpés,
A domino reuocare cupis, ueteres'que rapinas
In legis nouitate paras? quid mortis amatrix
Cuius es ipsa parens, instauras bella redemptis?
Prædo uenis, sed præda iaces, letum'que ministrans
Arboris alterni consumeris improba ramis,
Post'que crucem Christi mors est tibi portio ligni.
Haud procul inc aberant agrestia corda gerentes
Barbarica de gente sati, qui munere diro
Insonuere simul. satis est ex crimine fusi
Sanguinis iste reus, nullis iam tutus in oris
Cui pelagus tellus'que furunt mortalia tractant,
Et diuina probant. digito nam bestia pendens
Excutitur, proiecta rogis, bene reddita flammæ,
Quam dedit ipsa prius, quæ culpæ protulit ignem,
Vnde gehenna calet, glacies tepefacta ueneni
Soluitur in cineres, gelidæ'que superbia pestis
Ex ardore perit. focus hinc rapidi'que uapores
Non solitas uires capiunt, atque arida secum
Nutrimenta ferũt. sed tu modo de coquis anguem
Vsa tuo feruore fides. tibi subditur hostis
Frigidus, in'que uicem faciens in cendia flagrat,
Vipereo fumante gelu. ueniente tumore
Labi posse ferunt. quantum per inania currit
Mens ignara boni. iam tunc de corpore Pauli
Virus abest, oculis cum squameus exiit horror,
Quem serpens antiqua dabat. purgatus in amne
Aethereo, Christi'que cruci sua membra religans,
Nescit ab ãgue mori. uorat hæc, quæ flãma uenenũ
A sacris uim sumpsit aquis, quibus ustus anelat
Qui dolet ad patriam ueteres remeare colonos.
Incolumem sic stare diu mirata iuuentus
Hunc ait esse deum. tandem rudis incola disce,

Qua regnat uirtute polis, qui talia confert
Vt famulos hoc esse putes. Nunc causa figuræ
Plenius in clari cernenda est munere facti.
Anguis origo necis (nam mors hinc edita nomen
De morsu peccantis habet) contraria iustis
Vult retinere manũ, quoniã manus apta ministrãs
Iure uocatur opus. talem qui senserit hostem
Impiger excutiat, dominiq́ꝫ uaporibus urat.
Paulus ut admoti cognouit furta pericli
Serpere uelle sibi cœlestia tela capescens
Pressit in igne dolos, cuius de fomite crescens
Est accensa fides, & sensibus additus ardor,
Hincq́ꝫ calor populis processit ab ubere fontis.

Paulus tribus mensibus commoratur in Melite insula cum sociis suis, atque ibi publii parente graui morbo curato, undique ad Paulum cõcurritur. tandẽ primo uere secundis uentis appellit ad urbem.

Mensibus hybernis tribus in regione Melite
Multiplicem dat Paulus opem. Publii'que parẽtem
Finitima de clade leuat. quo munere uiso
Vndique præcipites subitam rapuere salutem.
Pululat interea nitidi coma frondea ueris,
Quo iuuenescit humus, senio fugiente pruinæ,
Suscipiens'que ratem uelis credentibus auster
Præbuit aligeras placidis in fluctibus undas,
Hunc spirare decet, quem personat ore Propheta,
Qui speciem fidei torrentem cantat in austro.
Sic quoque prostratis ad gaudia nostra procellis
Plurima quæque legens distinctis oppida uicis
Venit ad excelsæ sublimia culmina Romæ.
Altius ordo petit duo lumina dicere mundi
Conuenisse simul, tantis'que e partibus unum
Delegisse locum, per quem sua sydera iungant
Omnia, qui fidei uirtutibus arua serenant.
Quæ licet innumeris tendatur causa figuris

Pauca referre uolens, iisdem præstantibus edam.
Petrus in ecclesiæ surrexit corpore princeps,
Hæc turrita caput mundi circũtulit oris.
Conueniunt maiora sibi, speculentur ut omnes
Terrarum domino fundata cacumina sedes.
Gentibus electus Paulus sine fine magister
Aequus huic, præsens oris diffudit habenas,
Quæ gentes prælata monet. quodq; intonat istic
Vrbis cogit honor subiectus ut audiat orbis,
Digna'q; materies Petri Pauli'q; coronæ
Cæsareas superare minas, & in arce tyranni
Pandere iura poli, summum'q; in agone tribunal
Vincere, ne titulos paruus contingeret hostis.
Aegyptus mundi formam gerit, inde uocari
Quæ meruit ducibus plebs est cõmissa duobus,
In quibus officium fraternus nexuit ortus.
Idola tot Romæ mundo collecta subacto
Quæ fuerant tenebris obnoxia corda premebant.
Liber et populus quem uinxerat ante Pharao.
Exuit ægypti totidem ductoribus umbras,
Per'q; lauacra dei, quæ tunc maris egit imago,
Vitæ nactus iter, cœlestem repperit escam.
His etiam germanus amor, quibus amplius actus,
Quam natura dedit, geminos quos edidit astris,
Non eadem, tamen una dies, anni'q; uoluto
Tempore sacrauit repetitam passio lucem,
Et tenet æternam socialis gloria palmam.

Aratoris subdiaconi Romanæ Ecclesiæ cardinalis
libri secundi historiæ Apostolicæ finis.

PROBAE FALCONIAE CENTRONIS CLARISSIMAE FOEMINAE EXCERPTVM E MARONIS CARMINIBVS AD TESTIMONIVM VETERIS, NOVI'QVE TESTAMENTI OPVSCVLVM.

IAm dudum temerasse duces pia fœdera pacis,
Regnandi miseros tenuit quos dira cupido,
Diuersas'que neces regum crudelia bella,
Cognatas'que acies pollutas cæde parentum
Insignes clypeos, nullo'que ex hoste trophæa,
Sanguine conspersos tulerat quos fama triumphos,
Innumeris toties uiduatas ciuibus urbes
Confiteor scripsi, satis est meminisse malorum.
Nunc deus omnipotens, sacrum precor accipe carmen,
Aeternum'que tui septemplicis ora resolue
Spiritus atque mei resera penetralia cordis,
Arcana ut possim uatis proba cuncta referre.
Non nunc ambrosium cura est mihi quærere nectar,
Nec libet aonio de uertice ducere musas.
Non mihi saxa loqui uanus persuadeat horror,
Laurigeros'que sequi tripodas, & inania uota,
Iurgantes'que deas procerum, uictos'que penates.
Nullus enim labor est uerbis extendere famam,
Atque hominum studiis paruam disquirere laudem.
Castalio sed fonte madens imitata beatos,
Quæ sitiens hausi sanctæ libamina pacis
Hinc canere incipiam. præsens deus erige mentem.
Vergilium cecinisse loquar pia munera Christi
Rem nulli obscuram, repetens'q; ab origine pandam,
Si qua fides animum, si ueros fusa per artus
Mens agitat molem, & toto se corpore miscet

Spiritus, & quantum non noxia corpora tardant,
Terreni'que hebetant artus, moribunda'que membra.

Deprecatio ad deum.

O pater, o hominum, rerum'que æterna potestas
Da facilem cursum, atque animis illabere nostris,
Tu'que ades, inceptum'que una decurre laborem
Nate patris summi, uigor & cœlestis origo,
Quem primi colimus, meritos'q; nouamus honores
Iam noua progenies, omnis quam credidit ætas,
Munera uera cano, satis est potuisse uideri.
Iam pridem memini ueterum monimenta uirorum
Museum ante omnes totum cecinisse per orbem
Quæ sint, quæ fuerint, & quæ uentura trahantur
Omniaut ipse tener mundi concreuerit orbis.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Vnde hominum, pecudum'q; genus, uitæ'q; uolantũ.
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus,
Et si quid simul ignis habet, uel mobilis humor,
Haud aliter prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, alium'ue habuisse tenorem
Crediderim, maior rerum mihi nascitur ordo
Si qua fidem, tanto est operi latura uetustas.
Nanque (fatebor enim) leuium spectacula rerum
Semper equos, atque arma uirum, pugnas'que canebã,
Et studio incassum nolui exercere laborem
Omnia tentanti potior sententia uisa est
Pandere res altas terra & caligine mersas.
In'que dies, aliquid iam dudum inuadere magnum
Mens agitat, mihi nec placida contenta quiete est.
Ore fauete omnes, lætas'q; aduertite mentes
Matres, atque uiri, pueri, innuptæ'que puellæ.

De creatione mundi.

PRincipio cœlum, ac terras, campos'que liquentes,
Lucentem'que globum lunæ, solis'que labores
Ipse pater statuit, uos o clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.
Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æther,
Sed nox atra polum bigis sub nocte tenebat
Et chaos in præceps tantum tendebat ad umbras,
Quantus ad æthereum cœli suspectus olympum.

De diuisione lucis a tenebris.

Tunc pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Aera dimouit tenebrosum, & dispulit umbras,
Et medium luci atque umbris iam diuidit orbem
Sydera cuncta notat, tacito labentia cœlo
Intentos uoluens oculos qua parte calores
Ausonios tulerat, quæ terga obuerterit axi
Obliquus qua se signorum uerterit ordo.

De quatuor temporibus anni.

Postquam cuncta uidet cœlo constare sereno
Omnipotens, stellis numeros & nomina fecit,
Temporibus'que parem diuersis quattuor annum
Aestus'que & pluuias, & agentes frigora uentos.
Atque hæc ut certis possemus discere signis
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt,
Ac medio tostas æstu terit area fruges,
Et uarios ponit fœtus autumnus, & atra
Venit hyems. teritur sitionia bacca trapetis,
Atque in se sua per uestigia uoluitur annus
Tempore iam ex illo fœcundus imbribus æther
Magnus alit, magno commistus tempore fœtus.

Dies primus.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Ducebat'que diem stellis aurora fugatis

Tunc durare solum, & discludere nerea ponto
Incipit, & rerum paulatim sumere formas,
Et uariæ pelagi facies, immania cete
Aequora uerrebant caudis, æstum'que secabant,
Nec non & uasti circuibant æquora ponti
Iam sole infuso, iam rebus luce retectis
Exultans, rorem'que simul dispargit amarum.

Dies secundus.

Postera iam'que dies primo surgebat eoo,
Fudit humus flores, & frondes explicat omnes,
Sanguineis'que inculta rubent auiaria baccis,
Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.

Dies tertius.

Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram,
Auia tunc resonant auibus uirgulta sonoris,
Et liquidas corui presso dant gutture uoces,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.

Dies quartus.

Quarto terra die uariarum monstra ferarum,
Omnigenum'que pecus, nullo custode per herbam
Educit siluis, subito mirabile uisu.
Tunc demum mouet arma leo, tunc pessima tigris
Squamosus'que draco, & fulua ceruice leæna
Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum.
Cætera pascuntur uirides armenta per agros,
Nec gregibus liquidi fontes, nec gramina desunt.

Dies.v.& vi.

Iam'que dies, alter'que dies processit, & omne
Hoc uirtutis opus diuinæ mentis & artis
Prospiciens genitor perfectis ordine rebus
Expleri mentem nequit, ardescit'que tuendo
Terrarum, tractus'que maris, cœlum'que profundum,
Alituum, pecudum'que genus, secum'que uolutat
Qui mare, qui terras, omni ditione tenerent
Neu segnes iaceant terræ, iuuat usque morari.

De formatione primi hominis.

Talia uersanti subito sententia sedit,

Felicem'que trahit limum, fingit'que premendo
Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
Iam'que improuiso tantæ pietatis imago
Processit noua forma uiri pulcherrima rerum
Os humeros'que deo similis, cui mentem, animum'q;
Moior agit deus, atq; opera ad maiora remittit.

De formatione Euæ.

Quæritur hinc alius, nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire uirum, socius'que in regna uocari.
Haud mora continuo, placidam per membra quietem
Dat iuueni, & dulci declinat lumina somno,
Atque illi medio in spacio iam noctis opacæ
Omnipotens genitor costas & uiscera nudat,
Harum unam iuueni laterum compagibus arctis
Eripuit, subito'que oritur mirabile donum,
Argumentum ingens clara cum luce refulxit
Insignis facies, & pulchro pectore uirgo
Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis,
Olli somnum ingens rupit pauor, ossa'que & artus
Coniugium uocat, & stupefactus numine pressit,
Excepit'que manu, dextram'que amplexus adhæsit.

Deum Protoplastum & Euam benedixisse.

His demum exactis torquet qui sydera mundi
Iussit eo dicente premit placida æquora pontus,
Et tramefacta solo est tellus, silet arduus æther.
Viuite felices inter'que uirentia culta
Fortunatorum nemorum, sedes'que beatas.
Hæc domus, hæc patria est, requies ea certa laborum.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono.
Imperium sine fine dedi, multos'que per annos
Non rastrum patietur humus nec uinea falcem.
At genus immortale manet, nec tarda senectus
Debilitat uires animi, mutat'que uigorem.

Quid prohibitum primis parentibus.

Vos contra quæ dicam animis aduertite uestris

In medio ramos, annosa'que brachia, tendens
Est in conspectu ramis felicibus arbor,
Quam, neq; fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Relligione sacra, nunquam concessa moueri.
Hac quicunque sacros decerpserit arbore fœtus,
Morte luet merita, nec me sententia uertit,
Nec tibi iam prudens quisquam persuadeat author
Commaculare manus, liceat te uoce moueri
Fœmina, nec te ullius uiolentia uincat,
Si te digna manet diuini gloria iuris.

De delitiis paradisi.

Postquam cuncta pater, cœli cui sydera parent
Composuit, leges'que dedit, campos'que nitentes
Desuper ostentat, tantarum gloria rerum
Ecce autem primi sub lumine solis & ortus
Deuenere locos, ubi mollis amaracus illos
Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra.
Hic uer purpureum, atque alienis mensibus æstas
Hic liquidi fontes, hic cœli tempore certo
Dulcia mella premunt hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.
Inuitant croceis ad laudes floribus orti
Inter odoratum lauri nemus, ipsa'que tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat
Fortunati ambo si mens non leua fuisset
Coniugis infandæ. docuit post exitus ingens.

Tentatio per Serpentem.

Iam'que dies infanda aderat per florea rura,
Ecce inimicus atrox immensis orbibus anguis
Septem ingens gyros, septena uolumina uersat
Nec uisu facilis, nec dictu affabilis ulli
Obliqua insidia ramo frondente pependit
Vipeream inspirans animam, cui tristia bella
Iræ'que, inuidiæ'que, & noxia crimina cordi
Odit & ipse pater tot sese uertit in ora
Arrectis'que horret squamis, & nequid inausum,
Aut intentatum, sceleris'ue, doli'ue relinquat.

Sic prior aggreditur dictis, seseq́ obtulit ultro.
Dic ait, o uirgo lucis habitamus opacis,
Riparum'que toros, & prata recentia riuis.
Incolimus, quæ tanta animis ignauia uenit?
Strata iacent passim sua quæq́ sub arbore poma.
Pocula sunt liquidi fontes cœlestia dona
Attrectare nefas, id rebus defuit unum.
Quis prohibet causas penitus tentare latentes?
Vana superstitio, rerum pars altera adempta est
Conditio, mea si non irrita dicta putares
Author ero audendi sacrata resoluere iura.
Tu coniunx tibi fas est animũ tentare precando.
Dux ego uester ero, tua sit mihi certa uoluntas.
Extruimus'q́ toros. dapibus'q́ epulamur opimis.

Eua seducta seducit uirum.

Sic ait, & dicto citius, quod lege tenetur
Subiciunt epulis oculi, uenerabile lignum
Instituunt'q́ dapes, contactu'q́ oĩa fœdant,
Præcipue insistit pesti deuota futuræ,
Miratur'q́ nouas frondes, necnon sua poma.
Causa mali tanti summotenus attigit ore
Maius adorsa nefas, maiorem'q́ orsa furorẽ.
Heu misero coniunx aliena ex arbore germen
Obiicit, atque animum subita dulcedine mouit.

Vident se nudos, & faciunt
sibi perizomata.

Continuo noua lux oculis effulsit, At illi,
Terrentur uisu subito, nec plura morati
Corpora sub ramis obiectu frondis inumbrant
Consertum tegmen, nec spes opis ulla dabatur.
At non hæc nullis hominum, sator, atque deoꝝ
Obseruans oculis, cædes & facta tyranni
Præsensit, uotum'q́ ferens quid fœmina possit
Continuo inuadit, procul, o procul este profani
Conclamat cœlum, ac terras, qui numine firmat.

Adam abſcondiſſe ſe.

Atque illi longe gradientem, & dira frementem,
Vt uidere metu uerſi, retro'que ruentes
Diffugiunt, ſiluas'q; & ſicubi concaua furtim
Saxa petunt, piget incœpti, lucem'q; nec auras
Reſpiciunt, tædet cœli conuexa tueri.

Increpat Adam dominus.

Nec longum in medio tempus, cum creber ad auras
Viſus adeſſe pedum ſonitus, genitor'que per umbram
Talibus affatur dictis, atque increpat ultro.
Infelix quæ tanta animum dementia cepit?
Quis furor ille nouus, quo nunc? quo tenditis inquit
Regnorum immemores, quæ mentem inſania mutat
Dicite? quæ lucis miſeris tam dira cupido?
Maturate fugam, toto'que abſiſtite luco,
Nec reuocare gradum, ſiquando aduerſa uocarint
Eſt licitum, flammis ambit torrentibus amnis
Per medium ſtridens, torquent'q; ſonantia ſaxa,
Attollit'q; globos flammarum, & ſydera lambit.

Adam ſe excuſat.

Ille ſub hæc, tua me genitor, tua triſtis imago
His poſuere locis, merui, nec deprecor inquit
Omnipotens, ſonitum'q; pedum, uocem'que tremiſco
Conſcius audacis facti, moniti'que ſiniſtri
Fœmina fert triſtes ſuccos, tardum'que ſaporem.
Illa dolos, dirum'q; nefas ſub pectore uerſans
Inſontem infando iudicio, moritura puella
Dum furit incautum crudeli morte peremit.
Suaſit enim ſcis ipſe, nec eſt te fallere cuiquam,
Vt uidi, ut perii, ut me malus abſtulit error,
Contigimus'q; manu quod non ſua ſeminat arbos.

Maledictum ſerpenti.

Tunc pater omnipotens ſolio ſe miſit ab alto,
Accipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta,
Tu'que prior ſcelere ante alios immanior omnes,
Quem nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.
Hortator ſcelerum coluber mala gramina paſces
Deſidia, latam'que trahes inglorius aluum

Cede locis, nullis hominum cogentibus, ipse
Tentus ubi argilla, & dumosis calculus aruis.
Maledictum Adam.
At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis,
Omne æuum ferro teritur, primus'que per artem
Heu miserande puer, terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues. horrebit in aruis
Carduus & spinis surget paliurus acutis,
Lappæ'que, tribuli'que, & fallax herba ueneni.
At si triticeam in messem, robusta'que farra
Exercebis humum, frustra expectabis aceruum,
Concussa'que famem in siluis solabere quercu.
Insuper his subeunt morbi, tristis que senectus.
Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.
Maledictam Euam.
Hæc tibi semper erunt, tu'que o sæuissima coniunx
Non ignara mali caput & noua causa malorum,
Magna lues commissa tibi, heu perdita nescis,
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis.
Nunc morere, ut merita es, quod tota mente petisti.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Expulsos Adam & Euam e paradiso.
At iuuenem primum sæuus circumstetit horror.
Diriguere oculi, nec se cœlare tenebris
Amplius, aut notas audire, & reddere uoces.
Haud mora festinant rapidis, iussi'que feruntur
Passibus & pariter gressi per opaca uiarum
Corripiunt spatium medium, lumen'que relinquunt
Flentes, & paribus curis uestigia figunt.
Tum uictum in siluis baccas, lapidosa'que corna
Dant rami, & uulsis pascunt radicibus herbæ.
Euam peperisse duos filios.
Interea magnum sol circumuoluitur annum
Matri longa decem tulerant fastidia menses.
Vnde homines nati, durum genus, inde per artem
Haud herbæ campo apparent, aut arbore frondes,
In'que nouos soles audent se gramina tuto

Credere,& in lentis uuam dimittere ramis
Instituunt, udo'que docent inolescere succo.
Abel a fratre occiditur.
Tunc gemini fratres adolent dum altaria tedis
Alter & alterius prælato inuidit honori,
Horresco referens consanguinitate propinquum
Excipit incautum, patrias'que obtruncat ad aras
Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes.
Post occisum Abel deus irascitur
humano generi.
Tunc genitor, uirus serpentibus addidit atris,
Mella'que decussit foliis, ignem'que remouit,
Prædari'que lupos iussit, pontum'que moueri.
Et passim riuis currentia uina repressit,
Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo, & uictum seges ægra negaret.
Tunc laqueis captare feras, & fallere uisco,
Inuentum, & duris urgens in rebus egestas
Mouit agros curis acuens mortalia corda.
Deterior donec paulatim decolor ætas
Ferrea progenies durum caput extulit aruis,
Et belli rabies, & amor successit habendi
Iustitia excedens terris uestigia fecit.
Nec longum in medio tempus, furor, iraque mentem
Præcipitant, gaudent perfusi sanguine fratrum
Condit opes alius defosso'que incubat auro,
Nec doluit miserans inopem, dextram'que tetendit.
De Diluuio.
Tunc pater omnipotens, grauiter commotus ab alto
Aethere se mittit tellurem & fundit in undas
Diluuium mittens, cœlum'que in tartara soluit.
Sternit agros, sternit sata læta, boum'que labores
Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt.
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.
Noe seruatur.
Tum pietate grauem, ac meritis, mirabile dictu,
Qui fuit in terris, & seruantissimus æqui

Eripuit leto, tantis surgentibus undis,
Vt genus unde nouæ stirpis reuocaret, haberet.

Post diluuium deus legem dat hominibus.
Iudæi bello agitur.

Diluuio ex illo, patribus dat iura uocatis
Omnipotens, magnis'q; agitat sub legibus æuum,
Quid memorem infandas cædes? qd facta tyrãni?
Nescia'q; humanis precibus mansuescere corda?
Aegyptum, uires'que orientis, & ultima bella,
Magnanimos'que duces, totas'q; ex ordine gẽtes,
Quo cursu deserta petiuerit, & tribus, & gens.
Magna uirum meriti tanti non imemor unquã,
Quique sacerdotes adsint altaria iuxta,
Qui'que pii uates pro libertate ruebant.
Qui bello exciti reges, quæ littore rubro
Complerint campos acies, quibus arserit armis
Rex genus egregium magno inflãmante furore
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas
Cætera facta patrum, pugnata'que in ordine bella
Prætereo, atq; aliis post me memorãda relinquo.

De nouo testamento, & de Saluatoris
natiuitate.

n Vnc ad te, & tua magne pater consulta
reuertor.
Maius opus moueo uatum prædicta pri
orum
Aggredior, quãuis angusti terminus æui
Accipiat, tentanda uia est, qua me quoq; possim
Tollere humo, & nomen fama tot ferrep annos,
Quod tua progenies cœlo descendit ab alto
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentum'q; dei, cum fœmina primũ
Virginis os, habitum'q; gerens mirabile dictu

Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edit,
Sed quia terrifica cecinerunt omnia uates
Aduentare uirum populis, terris'que superbum
Semine ab æthereo, qui uiribus occupet orbem,
Imperium oceano, famam qui terminet astris.

De natiuitate Iesu Christi.

Iam'que aderat promissa dies, quo tempore primum
Extulit os sacrum, diuinæ stirpis imago
Missa sub imperio, uenit'que in corpore uirtus
Mista deo, subiit'que cari genitoris imago.

De stella & Magis.

Haud mora, continuo cœli regione serena
Stella facem ducens magna cum luce refulxit.
Agnouere deum proceres, cuncti'que repente
Muneribus cumulant, & sanctum sydus adorant.
Tunc uero manifesta fides, clarum'que paternæ
Nomen uirtutis, & Christi agnoscere uultum
Flagrant, & quæ dent diuini signa decoris.

Metuisse Herodem nato Christo.

Protinus ad regem magno clamore furentum
Fama uolat, magnas'que acuit rumoribus iras,
Incendit'que animum, matris'que allabitur aures.
Illa dolos, dirum'que nefas haud inscia rerum
Præsensit, metus'que excepit prima futuros.
Præscia uenturi, furtim mandarat alendum,
Dum curæ ambiguæ, dum mens exæstuat ira.

Herodes iubet occidi infantes.

At rex sollicitus stirpem, & genus omne futurum
Præcipitare iubet, subiectis'que urere flammis
Multa mouens, mittit'que uiros qui certa reportent.
Haud secus ut iussi faciunt, rapidis'que feruntur
Passibus, & magnis urbem terroribus implent.
Continuo auditæ uoces, uagitus & ingens,
Infantum'que animæ flentes ante ora parentum
Corpora natorum sternuntur limine primo.

Fugit Virgo cum filio in Aegyptú.

At mater gemitu non frustra exterrita tanto

Ipsa manu præ se portans, turbante tumultu
Infantem fugiens plena ad præsepia tendit.
Hic natum angusti subter fastigia tecti
Nutribat teneris immulgens ubera labris.
Hæc tibi prima puer fundent cunabula flores,
Mixta'que ridenti passim cum bacchare tellus
Molli paulatim colocasia fundet acantho

Christus disputat in templo in medio seniorũ.

Et iam finis erat, perfecto temporis orbe,
Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt
Ante annos animum gestans cœlestis origo.

Mirantur omnes Christum.

Per medias urbes graditur, populos'que propinquos
Illum omnis tectis, agris'que effusa iuuentus
Attonitis inhians animis prospectat euntem,
Turbaq; miratur matrum quis spiritus illi,
Quis uultus, uocis'ue sonus, uel gressus eunti est.

Testimonium Ioannis de Christo.

Continuo uates, nanque hic certissimus author,
Vt procul a gelido secretum flumine uidit,
Tempus ait deus ecce deus, cui maxima rerum,
Verborum'q; fides. tu non eris alter ab illo
Fortunate puer, cœli cui sydera parent.
Sic equidem ducebam animo, rebar'que futurum
Expectate uenis, spes & solatia nostri.

Christus baptizatur a Ioanne, & spiritus sanctus descẽdit de cœlo.

Hæc ubi dicta dedit fluuio uersare salubri
Accepit uenientem, ac mollibus extulit undis
Exultant'que uada, & subito commota columba
Deuolat atq; super caput astitit. inde repente
Rapit iter liquidum, celeres quoq; commouet alas.

Multos baptizatos cum Christo.

Huc omnis turba ad ripas confusa ruebat
Certatim largos, humeris infundere rores.

Vox de celo audita est, hic est &c.

Tunc genitor natum dictis compellat amicis.
Nate meæ uires, mea magna potentia solus,
Et prædulce decus magnum rediture parenti.
A te principium, tibi desinit accipe testor
O mea progenies, qua sol utrunque recurrens,
A spicit oceanum perfecto lætus honore
Omnia sub pedibus uerti, regi'que uidebis.
Tu regere imperio populos, matres'que, uiros'q;
Iam pridem resides animos, desueta'que corda,
Ignaros'que uiæ mecum miseratus inhertes
Aggredere, & uotis iam nunc assuesce uocari.
Dixerat, ille patris magni parere parabat
Imperiis, instans operi, regnis'que futuris.
Heu pietas heu prisca fides, quas dicere grates
Incipiam, si parua licet componere magnis.
Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla uidendi,
Nec spes libertatis erat, nec cura salutis.

Omnia rident, adueniente domino.

Hic mihi responsum primus dedit ille petenti
Concretam exemit labem, purum'que reliquit
Aethereum sensum, me'que in mea regna remisit.
Illum ego per flammas agerem si syrtibus exul
Per uarios casus, per mille sequentia tela,
Quo res cunq; cadant, unum pro munere tanto.
Exequerer, struerem'que suis altaria donis.
Huius in aduentu tantarum munera laudum
Ipsi lætitia uoces ad sydera iactant.

Tentatur Christus.

Intonsi montes, respondent omnia ualles.
Tempore non alio magnum & memorabile nomen
Serpentis furiale malum meminisse necesse est.
Ausus quinetiam, fama est obscurior annis
Compellare uirum, & ueniendi poscere causas,
Hunc ubi tendentem aduersum per gramina uidit,

Substitit, infremuit'que ferox, dictu'q; potentem
Saucius ac serpens affatur uoce superba
Vera ne te facies? uerus mihi nuntius affers?
Qui genus? unde domo? qui nostra ad limina tendis?
Fare age quid uenias? nam te dare iura loquuntur
Aut quis te iuuenum, confidentissime nostras
Iussit adire domos? paci'que imponere morem?
Non equidem inuideo miror magis accipe porro
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgit
Est domus alta, uoca zephyros, & labere pennis
Ardua tecta petens ausus te credere cœlo,
Si modo quem memoras pater est, cui sydera parent.

Christus diabolum alloquitur.

Olli subridens sedato pectore fatur,
Haud uatum ingnarus, uenturi'que inscius æui
Dissimulare etiam sperasti perfide serpens,
Nec dubites. nam uera uides, optata'que pennis
Astra sequi, clausum'que caua te condere terra
Quo periture ruis? maiora'que uiribus audes?
Cede deo toto p roiectus corpore terra.

Diabolus fugit audito Christo.

Nec plura his ille admirans uenerabile donum
Fronte premit terram, & spumas agit ore cruento
Contentus'que fuga cæcis se immiscuit umbris.

Dominum elegisse discipulos, & statim secutos populos.

I'nterea magnas uolitans it fama per urbes.
Conuenere uiri, mens omnibus una sequendi
In quascunque uelit pelago deducere terras.
Multi præterea, quos fama obscura recondit
Concurrunt fremitu denso, stipant'que frequentes,
Exultant'que animis, medium nam plurima turba
Hunc habet, atq; humeris extantem suscipit altis.

Quos ubi consertos audere in prælia uidit,
Incipit & dictis diuinum inspirat amorem,
Discite iustitiam moniti, & succurrite fessis

Pro se quisq; uiri, cuicunq; est copia leti
Communem'q; uocate deum, meliora sequamur.
Quo'q; uocat uertamus iter, uia prima salutis
Intemerata fides, & mens sibi conscia recti
Vobis parta quies perfecto temporis orbe.
Nam qui diuitiis soli incubuere repertis
Nec partem posuere suis, dum uita maneret,
Pulsatus'ue parens, & fraus innexa clienti
Tunc cum frigida mors animam uel deserit artus,
Inclusi pœnam expectant, quæ maxima turba est
Infernis'quæ ciet tenebris, ueterum'q; malorum
Supplicia expendunt, aliis sub gurgite uasto
Infectum luitur scelus, aut exuritur igni
Turbidus hic cœno, uasta'q; uoragine gurges
Aestuat, atq; omnem, cocyto eructat harenam.
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera, tum stridor ferri, strictæ'que cathenæ
Semper, & obductæ densantur nocte tenebræ.

Præcipitur ne colantur idola.

Præterea quæ dicam animis aduertite uestris.
Non ego uos posthac cæsis de more iuuencis
Relligione patrum, truncis & robore natas,
Mortali'ue manu effigies, nec templa deorum
Audire, & repetens iterum'que iterum'que monebo.
Sed periisse semel satis est, natum'que, patrem'q;
Profuerit meminisse magis, si credere dignum est.
Sed fugit interea fugit irreuocabile tempus,
Flammarum'q; dies, & uis inimica propinquat.

De iudicio uenturo.

Attonitis hæsere animis, nec plura moratus.
Hic aliud maius miseris mortalibus ægris
Iudicium canit, & tristes denuntiat iras,
Venturum excidium, & uasta conuulsa ruina
Omnia tunc pariter rutilo miscerier igni,
Pallentes'q; polo stellas, cœli'q; ruinam.
Tunc uero tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor, & taciti uentura uidebant.

Quid

Quid sibi faciendum foret, ut uitam æternam
possideret petiit quidam a domino.

Hæc super aduentu cum dicta horrenda moneret
Ora puer prima signans intonsa iuuenta
Diues opum, studiis florens, & nobilis ocii.
Quinque greges illi ballantum, & bina redibant
Armenta, & dapibus mensas onerabat opimis.
Continuo palmas alacris utrasque tetendit
Et genua amplectens, sic ore affatus amico est.
O deus, o famæ merito pars maxima nostræ
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Omnia perfeci atque animo mecum ante peregi.
Eripe me his inuicte malis, quid deniq; restat,
Quod'ue sequens tantos possim sufferre labores?
Accipe, da'q; fidem, mihi iussa capescere fas est.

Respondit ei dominus.

Atque huic responsa paucis ita reddidit heros,
O præstans animi iuuenis, absiste precando,
Nec te pœniteat nihil o tibi amice relictum est,
Hoc etiam his addam tua si mihi certa uoluntas.
Disce puer contemnere opes, & te quoque dignum
Finge deo, & quæ sit poteris cognoscere uirtus.
Da dextram misero, & fratrem ne desere frater.
Si iungi hospitio properat coniuge uolentem.
Casta pudicitiam seruet domus. en age segnes
Rumpe moras, rebus'q; ueni non asper egenis
Dixerat hæc, ille in uerbo uestigia torsit
Tristior, ora modis attollens pallida miris,
Multa gemens, sese'que oculis auertit, & aufert.

Cum Christus insedit asello.

Tunc etiam tardi costis agitatus aselli
Insedit nymbo effulgens, tum plurima circum
Matres atque uiri, pueri uelamina uoto
Subiiciunt, funem'que manu contingere gaudent,
Iam'que propinquabat portis, templum'q; uetustum
Antiqua ex cedro centum sublime columnis
Ingreditur, magna medius comitante caterua.

Christum ementes & uendentes flagello e templo expulisse.

Horrendum siluis, hoc illis curia templum,
Hæ sacræ sedes, miro quod honore colebant.
Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo,
Horrescit uisu subito, insonuit'que flagello,
Significat'que manu, & magno simul intonat ore
Quæ scelerum facies, quæ'ue æra micantia cerno?
Cæsaris & nomen, quæ nomen insania mutat?
Hæ nobis propriæ sedes, hic tempora certo
Perpetuis soliti patrum considere mensis
Obstupuere animis, gelidus'que per ima cucurrit
Ossa tremor, mensas'que metu liquere priores.

Discipuli periclitantur in mari.

Inde prima fides pelago tranquilla per alta
Deducunt socii, naues atque arte magistra
Hic alius funda latum transuerberat amnem
Alta petens, pelago'que alius trahit humida lina.
Postquam altum tenuere rates, nec iam amplius ullæ
Occurrunt terræ, crebris micat ignibus æther
Eripiunt subito nubes, cœlum'que, diem'que
Consurgunt uenti & fluctus ad sydera tollunt.
At sociis subita gelidus formidine sanguis
Diriguit, cecidere animi, cuncti'que repente
Portum aspectabant flentes uox omnibus una.
Spem'que, metum'que inter dubii seu uiuere credant
Siue extrema pati leti discrimine paruo.
Qualia multa mari nautæ ponuntur in alto.

Christum ambulasse super aquas.

Ecce deus magno misceri murmure pontum,
Emissam'que hyemem sensit, cui summa potestas
Par leuibus uentis, & flaminis ocyor alis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto,
Nec longo distat cursu pereunte carina
Agnoscunt longe regem, dextram'que potentem
Nudati socii, & magno clamore salutant

Postquam altos tetigit fluctus & ad æquora uenit
Id uero horrendum, ac uisu mirabile, forte
Subsidunt undæ, remo ut luctamen abesset,
Collectas'que fugat nubes, graditur'que per æquor
Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tingit.
At media socios insidens naue per ipsos,
Ecce gubernaclo rector subit ipse magister
Intremuit'que malus, gemuit sub pondere cymba.
Vela cadunt, puppi'que deus consedit in alta,
Et tandem læti nautæ aduertuntur harenæ.

De Cœna Domini.

Deuexo interea propior fit uesper olympo,
Tunc uictu reuocant uires, fusi'que per herbam,
Et dapibus mensas onerant & pocula ponunt.

Docet sacramentum.

Postquam prima quies, epulis, mensæ'que remotæ
Ipse inter primos genitor instaurat honores
Suspiciens cœlum tunc facta silentia linguis
Dat manibus fruges, dulces'que a fontibus undis,
Impleuit'que mero pateram, ritum'que sacrorum
Edocet, immiscet'que preces, ac talia fatur.
Audite o proceres ait, & spes discite uestras.

Prædicit ab uno se traditum iri.

Nemo ex hoc numero mihi non donatus adibit,
Promissis'que patris, uestra inquit munera uobis
Certa manent pueri, & palmam mouet ordine nemo.
Et lux cum primum terris se crastina reddet
Vnus erit tantum in me'q;, exitium'que meorum
Dum medium paci se offert de corpore nostro.
Nanque dies (ni fallor) adest, secludite curas.
Mecum erit iste labor, nec me sententia fallit
Vnum pro multis dabitur caput, hæc ita fatus
Conticuit, seram'que dedit per membra quietem.

Apostolos fugisse.

Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca,
Multa'que dura suo tristi cum corde uolutant
Quid faciant, hærent infixi pectore uultus,
Verba'que, nec placidam membris dat cura quietem.

Conquæstio Petri ad condiscipulos.

Tunc senior tales referebat pectore uoces.
Multa putans ubi nunc nobis deus ille magister
Quem sequimur? quo'ue ire iubes? ubi ponere sedem
O dolor, atque decus tantarum gloria rerum
Iam iam nulla mora est & nos rape in omnia tecum
Oramus, te'que aspectu ne subtrahe nostro.

Sacerdotes cum populo contra Christum.

Oceanum interea surgens aurora reliquit,
Iamque sacerdotes, late loca questibus implent
Cũ populo, & patribus, fertur'q; per agmina murmur?
Quod genus hoc hoĩum? quæ'ue hũc tã barbara morẽ
Permittit patria? pœnas cum sanguine poscunt
Vndique collecti, & magno clamore sequuntur
Insontem sæuit'que animis ignobile uulgus.

Christus hora sexta ducitur ut crucifigat̃.

Sol medium cœli conscenderat igneus orbem
Tunc subito acciti omnes populos'que, patres'que
Exposcunt, fari'que iubent, quo sanguine cretus
Quid'ue petat, quid'ue ipse ferat, prædam'que tuentes
Facta uiri nimius dolor, & stupor urget inertes
Nescia mens hominum certant illudere capto.
Tunc uero captis concurrunt undique telis.
Tollitur in cœlum clamor, cuncti'que repente
Corripuere sacram effigiem, manibus'que cruentis
Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituunt, spinis'que ligant ingentibus illum,
Tendebant'que manum pedibus per mutua nexis
Triste ministerium sequitur quos cætera proles
Ausi omnes immane nefas, auso'que potiti.

I lle autem impauidus quo uincula nectitis inquit?
Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri?
Post mihi non simili pœna commissa luetis,
Talia perstabat memorans, fixus'que manebat.

Fit terræmotus, & sol obscuratur.

I nterea magno misceri murmure cœlum
Incipit, & rebus nox abstulit atra colorem
Impia'que æternam timuerunt secula noctem.
Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda
Per gentes humiles strauit pauor, inde repente
Dat tellus gemitum, & cœlum tonat omne fragore.

Christum descendisse ad inferos.

E xtemplo comites erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, tellus quoque & æquora ponti
Signa dabant, sistunt amnes, terræ'que dehiscunt.
Quin ipsæ stupuere domus, atque intima leti
Tartara & umbrosæ penitus patuere cauernæ
Sol quoque & exoriens, cuncti se scire fatentur
Tunc caput obscura nitidum ferrugine tinxit.

Christum tertia die resurrexisse.

Hosque inter motus media inter talia uerba
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram,
Iam'que pedem referens superas ueniebat ad auras
Cum subito ante oculos ingenti mole sepulchrum
Corpus ubi exanimum positum, nec claustra nec ipsi
Custodes sufferre ualent, auulsa'que saxis
Saxa uident, laxi laterum compagibus arctis
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus
Horror ubique animum simul ipsa silentia terrent.

Foribus clausis apparuisse christum apostolis.

E cce autem primi uolucrum cum culmine cantus
Ingreditur linquens antrum, spoliis'que superbis
Ibat ouans, pulsu'que pedum premit excita tellus,
Vulnera'que illa gerens foribus sese ingerit arctis,
Atque hinc ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenit admirans numerum, cunctis'que repente

Improuisus ait coram' quem quæritis adsum.
Vicit iter durum pietas & uiuida uirtus.
Præcipites uigilate uiri, timor omnis abesto.

Instruit apostolos.

Hi nostri reditus, expectati'que triumphi
Hæc mea magna fides, o ter'que, quater'que beati
Quæ uobis, quæ digna uiri pro laudibus istis
Præmia posse reor solui? quæ dona parari?
Accipite ergo animis, quæ uos a stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto
Accipiet, reuocate animum, mœstum'que timorem
Mittite, & uosmet rebus seruate secundis.

Christum apostolis pacē reliquisse.

Quod superest læti bene gestis ordine rebus,
Pacem opate manu, pacem laudate sedentes
Magnanimi. pacis solum inuiolabile pignus.
Et simul his dictis faciem ostendebat, & ora,
Ora manus'que ambas, populata'que pectora ferro.
Immiscent'que manus manibus, gaudent'que uidentes,
Nec uidisse semel satis est, iuuat usque morari,
Et conferre gradum, & dextræ coniūgere dextram.

De ascensione Christi.

His demum exactis, spirantes dimouet umbras
Aera per tenerum, cœlo'que inuectus aperto
Mortales uisus medio in sermone reliquit.
Infert se septus nebula, mirabile dictu.
At illum solio stellantis gloria cœli
Accipit, æternum'que tenet per secula nomen.
Ex illo celebratus honos, leti'que minores
Seruauere diem, tot iam labentibus annis.
I decus i nostrum, tantarum gloria rerum,
Semper honos, nomen'que tuum, laudes'que manebūt.
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes.
Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto
O dulcis coniunx, & si pietate merentur,
Hac casti maneāt in relligione nepotes.

FINIS.

Lactantii Firmiani de Resurrectionis dominicæ die.

S Alue festa dies, toto uenerabilis æuo
Qua deus infernum uicit, & astra tenet.
T empora florigero rutilant distincta sereno,
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomum solem cœli orbita ducit
Qui uagus oceanas exit & intrat aquas.
Armatus radiis, elementa liquentia lustrans,
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
S plendida sincero producũt æthera uultu,
Lætitiam'q; suam sidera clara probant.
T erra ferax uario fundit munuscula fœtu,
Cum bene uernarit reddit & annus opes.
Mollia purpureum pingũt uiolaria campum.
Prata uirent herbis, & micat herba comis.
P aulatim subeunt stillantia lumina florum.
Floribus arrident gramina cuncta suis.
Semine deposito, late seges exilit aruis,
Spondens agricolæ uincere posse famem.
C audice desecto, lacrymat sua gaudia palmes,
Vnde merum tribuat, dat modo uitis aquã.
Cortice de matris tenera lanugine surgens,
Præparat ad partum turgida gemma sinum.
S ub'q; hyemis tempus, folioq; crine reuulso
Iam reparat uiridans frondea tecta nemus.
Myrta. salix. abies. coryl⁹. siler. ulm⁹. acer. nux.
Plaudit quæq; suis arbor amœna comis.
Constructura fauos apis hinc aluearia linquẽs,
Floribus instrepitans poplite mella rapit.
Ad cantus reuocat auis, quæ carmine clauso,
Pigrior hiberno frigore muta fuit.
Hinc Philomena suis attẽperat organa cannis

Fit'que repercusso dulcior aura melo.
E cce renascentis, testatur gratia mundi,
Omnia cum domino dona redisse suo.
N anque triumphanti, post tristia tartara, Christo,
Vndique fronde nemus, gramina flore fauent.
L egibus inferni oppressis, super astra meantem
Laudent rite deum lux. Polus. Aura. fretum.
Qui crucifixus erat, Deus ecce per omnia regnat,
Dant'que Creatori cuncta creata precem.
Mobilitas anni, mensum, lux alma dierum,
Horarum splendor, scrupula cuncta fauent.
H inc tibi silua comis plaudit quoq; campus aristis,
Hinc grates tacito palmite uitis agit.
Hinc tibi nunc auium resonant uirgulta susurro.
Has inter nimio passer amore canit.
Christe Salus rerum, bone conditor, atq; redēptor,
Vnica progenies ex deitate patris.
I rrecitabiliter manans de corde parentis
Verbum subsistens, & patris ore potens.
Aequalis concors, socius, cum patre coæuus,
Quo sumpsit mundus principe principium.
Aethera suspendis, sola congeris æquora fundis,
Quæque locis habitant, quæ moderata uigent.
Qui genus humanum cernens mersisse profundo,
Vt hoīem eriperes tu quoque factus homo es.
Nec nostro uoluisti tantum e corpore nasci,
Sed caro, quæ nasci pertulit, atque mori.
F uneris exequias pateris uitæ author, & orbis,
Intra mortis iter, dando salutis opem,
T ristia cessarunt infernæ uincula legis,
Expauit'que chaos luminis ore premi.
D epereunt tenebræ Christi fulgore fugatæ,
Aeternæ noctis pallia crassa cadunt.
S ollicitam sed redde fidem precor alma potestas.
Tertia lux rediit, surge sepulte meus.
Non decet, ut uili tumulo tua membra tegantur.
Non pretium mundi Vilia saxa premant.

I ndignum est cuius clauduntur cuncta pugillo,
Vt tegat inclusum, rupe uetante, Lapis.
L intea tolle precor, sudaria linque sepulchro,
Tu satis es nobis, & sine te nihil est.
S olue cathenatas Inferni carceris umbras,
Et reuoca sursum quicquid ad ima Ruit.
Redde tuam faciem, uideant ut secula lumen.
Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.
S ed plane implesti remeans pie uictor olympi,
Tartara pressa iacent, nec sua iura tenent.
I nferus insaturabiliter caua guttura pandens
Qui raperet semper, fit tua præda Deus.
E ripis innumerum populum de carcere mortis,
Et sequitur liber, quo suus author abit.
E uomit absortam pauide fera belua plebem,
Et de fauce lupi subtrahit agnus oues.
Hinc tumulũ repetens, post tartara, carne resumpta,
Belliger ad cœlos ampla trophæa refers.
Quos habuit penale chaos iam reddidit iste,
Et quos mors peteret, hos noua uita tenet.
Rex Sacer ecce tui radiat pars magna trophæi,
Cum puras animas sacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
Atque uetus uitium purgat in amne nouo.
F ulgentes animas, uestis quoque candida signat,
Et grege de niueo gaudia pastor habet.
Additur ac felix concors mercede sacerdos,
Qui dare uult domino dupla talenta suo.
Ad meliora trahens gentili errore uagantes,
Bestia ne raperet, munit ouile Dei.
Quos prius Eua nocens infecerat, hos modo reddit
Ecclesiæ pastos ubere lacte sinu.

F
I N I
S.

Lactantii firmiani carmina de passione domini.

q Visquis ades, medii'q; subis in limina templi,
Siste parum, insontem'que tuo pro crimine passum,
Respice me, me conde animo, me in pectore serua.
Ille ego, qui casus hominum miseratus acerbos,
Huc ueni, pacis promissæ interpres, & ampla
Communis culpæ uenia, hic clarissima ab alto
Reddita lux rerris, hic alma salutis imago,
Hic tibi sum requies, uia recta, redemptio uera,
Vexillum'que dei, signum & memorabile fati.
Te propter, uitam'que tuam sum Virginis aluum
Ingressus, sum factus homo, atque horrentia passus
Funera, nec requiem terrarum in finibus usquam
Inueni, sed ubique minas, ubique labores.
Horrida prima mihi in terris magalia Iudæ
Hospitia in partu, sociæ'que fuere parenti.
Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum
Arida in angustis præsepibus herba cubile.
In phariis primos uixi regionibus annos
Herodis regno profugus, reliquos'que reuersus
Iudæam, semper ieiunia, semper & ipsam
Pauperiem extremam, & rerum inferiora sequutus,
Semper egens monitis humana salubribus almæ
Ingenia ad studium probitatis aperta salubri
Plurima doctrinæ iniungens miracula, quare
Impia Hierusalem rabidis exercita curis
Inuidiæ, sæuis'que odiis, & cæca furore,
Insonti est pœnis letalibus ausa cruentam
In cruce terribili mortem mihi quærere, quæ si
Latius ipse uelim distinguete, si'que per omnes
Ire iuuet gemitus, mecum & sentire dolores,
Collige, consilia, insidias'ue, mei'que nefandum
Sanguinis innocui pretium, & simulata clientis

Oscula, & insultus, & sæuæ iurgia turbæ.
Verbera præterea, & promptas, & ad crimina linguas.
Fige animo, & testes, & cæci infanda Pilati
Iudicia, ingentem'que humeros fessa prementem
Terga crucem, atque graues horrẽda ad funera gressus.
Nunc me nunc uero desertum extrema sequutum
Supplicia, & dulci procul a' genitrice leuatum
Vertice ad usque pedes me lustra, en aspice crines
Sanguine concretos, & sanguinolenta sub ipsis
Colla comis, spinis'que caput crudelibus haustum
Vndique diua pluens uiuum super ora cruorem,
Compressos speculare oculos, & luce carentes,
Afflictas'que genas, arentem suspice linguam
Felle uenenatam, & pallentes funere uultus,
Cerne manus clauis fixas, tractos'que lacertos,
Atque ingens lateri uulnus, cerne inde fluorem
Sanguineum, fossos'que pedes, artus'que cruentos.
Flecte genu, lignum'que crucis uenerabile adora
Flebilis, innocuo terram'que cruore madentem
Ore petens humili, lacrymis suffunde subortis,
Et me non nunquam deuoto in corde, meos'que
Fer monitus. sectare meæ uestigia uitæ,
Ipsa'que supplicia inspiciens, mortem'que seueram
Corporis innumeros memorãs, animi'q; dolores
Disce aduersa pati, & propriæ inuigilare saluti.
Hæc monumenta tibi, si quando in mente iuuabit
Voluere, si qua fides animo tibi ferre meorum
Debita si pietas, & gratia digna laborum
Surget, erunt ueræ stimuli uirtutis, erunt'que
Hostis in insidias clypei, quibus acer in omni
Tutus eris, uictor'que feres certamine palmam.
Hæc monumenta tuos si labilis orbis amicos
Auertent sensus, fugiente decoris ab umbra
Mundani efficient, ne spe captatus inani
Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus
Auseris, aut uitæ sperare fugacibus annis,

Sed te nimirum, sic ista caduca uidentem,
Secula, & exutum patriæ melioris amore,
Orbis opes, rerum'que usus, & uota priorum,
Moribus extollens sacris, uitæ'que beatæ
Spe duras inter pœnas, te rore fouebunt
Cælesti, pacti'que boni dulcedine pascent.
Pupuream donec post ultima fata relicto
Corpore, sublimes animam reuocabit ad auras.
Gratia magna tibi tunc omnem exuta laborem,
Angelicos tunc læta choros, acies'que beatas
Sanctorum inspiciens, æternæ pacis amœna
Perpetuo felix mecum regnabit in aula.

Finis

Cæcilius Cyprianus episcopus Carthaginensis de ligno crucis.

St locus ex omni medius, quẽ cernimus orbe,
Golgotha iudæi patrio cognomine dicunt.
Hic ego de sterili succisum robore lignum
Plantatum memini fructus genuisse salubres.
Non tamen hos illis, qui se posuere colonis
Præbuit, externi fructus habuere beatos.
Arboris hæc species, uno de stipite surgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos.
Sicut plena graues antennæ carbasa tendunt,
Vel cum disiunctis iuga sunt ad aratra iuuencis.
Quem tulit hoc primo maturo semine lapsum
Concepit tellus, mox hinc mirabile dictu
Tertia lux iterum terris, superis'que tremendum
Extulerat ramum uitali fruge beatum.
Sed bis uicenis firmatus & ille diebus
Creuit in immensum, cœlum'que cacumine summo
Contigit, & tandem sanctum caput abdidit alto.
Dum tamen ingenti, bissenos pondere ramos
Edidit, & totum spargens porrexit in orbem.

Gentibus ut cunctis uictum, uitam'que perennem
Præberent, mortem'qꝫ mori qui posse docerent.
Expletis etiam mox quinquaginta diebus,
Vertice de summo diuini nectaris haustum
Detulit in ramos cœlestis spiritus auræ.
Dulci rore graues manabant undiqꝫ frondes.
Ecce sub ingenti ramorum tegminis umbra,
Fons erat, hic nullo casu turbante serenus
Perspicuis illimus aquis, & gramina circum
Fundebant lætos uario de flore colores.
Hunc circum innumeræ gentes, populi'que coibant
Quam uarii generis. sexus. ætatis. honorum,
Innuptæ, nuptæ'que simul, uiduæ'qꝫ, nurus'qꝫ
Infantes, pueri'que. uiri, iuuenes'que, senes'que.
Hic ubi multigenis flexos incumbere pomis
Certabant ramos, auidis attingere dextris
Gaudebant, madidos cœlesti nectare fructus.
Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis,
Quam lutulenta uiæ uestigia fœda prioris
Detererent, corpus'que pio de fonte lauarent.
Ergo diu circum spaciantes gramine molli
Suscipiunt alta pendentes arbore fructus.
Tum siqui ex illis delapsa putamina ramis,
Et dulces multo rorantes nectare frondes,
Vescuntur, ueros exoptant sumere fructus.
Ergo ubi cœlestem ceperunt ora saporem,
Permutant animos, & mentes perdere auaras
Incipiunt, dulci'que hominem cognoscere sensu.
Insolitum multis stomachum mouisse soporem
Vidimus, & fellis commotum melle uenenum
Reiecisse bonos turbata mente sapores,
Aut auide sumptum non dilexisse, diu'que
Et male potatum tandem euomuisse saporem.
Sæpe quidem multi renouatis mentibus ægros
Restituere animos, & quæ se posse negabant
Pertulerant, fructum'que sui cepere laboris.
Multi etiam sanctos ausi contingere fontes,

Diſceſſere iterum ſubito, retro'que relapſi
Sordibus, & cœno miſti uoluuntur eodem.
Multi uero bono portantes pectore, totis
Accipiunt animis, penitus'que in uiſcera condunt.
Ergo qui ſacros poſſunt accedere fontes,
Septima lux illos optatas ſiſtit ad undas,
Tingunt in liquidis ieiunos fontibus artus.
Sic demum illuuiem mentis, uitæ'que prioris
Deponuut labem, puras'que a morte reducunt
Illuſtres animas, cœli'que ad limen ituras.
Hinc iter ad ramos, & dulcia poma ſalutis
Inde iter ad cœlum per ramos arboris altæ.
Hoc lignum uita eſt cunctis credentibus Amen.

Finis.

Tipherni deprecatoria ad Virginem.

Irgo decus cœli, uirgo ſanctiſſima, uirgo,
u Quæ ſup angelicos es ueneranda choros.
Tu niueus formoſa roſas, tu candida uincis
Lilia, tu uultu uincis & aſtra tuo.
P ura, columbellæ ſimilis, quam lactea ueſtit
Penna, nec in toto corpore menda ſedet.
Quas tu non longe præcellis uirgo ſibyllas?
Quæ tibi conferri denique diua poteſt?
T u mater dilecta dei, tu ſponſa uocaris,
Præcipua tantum uirginitate places.
Q uæ licet edideris (dictu mirabile) Chriſtum,
Attamen ut fueras, intemerata manes.
Per te noſtra caro, meritis ita fœmina fulges,
Eſt immortali conciliata deo.
T u ſacrum templum, tu fons uberrimus ille es,
Cuius in exhauſtam detrahit unda ſitim.
I mus ad æthereas te nos interprete ſedes.
In cœlum per te uirgo pateſcit iter.

Auxilio regina tuo non ullius arma,
Nullius horremus te uigilante minas.
Tu clypeus, thorax, & tu mortalibus unum
Præsidium miseris, profugium'que pates.
Cũ malus assidue mortales raptor oberret,
Esuriens pauidas ut lupus ambit oues.
Tu facis insidias eius uincamus, & artes,
Tu rapido tutos a phlegethonte facis.
Tu precibus supplex nũquam cessantib⁹ oras,
Vt nati fiat mollior ira tui.
Ni facias adeo passim creuere nocentes,
Funditus humanum deleat ille genus.
Tu pia sperantes in te non deseris unquam,
Tu uanas clemens non sinis esse preces.
Tu das optatam languenti sæpe salutem,
Eripis e duro carcere sæpe reos.
Te uocat in partu mulier, te miles eandem,
Subuenias querulo saucius ore rogat.
Sæpe procelloso iactatis æquore nautis
Dirigis in portum stella serena ratem.
Erigis afflictos, ægris solatia præbes,
Sæpe uenis terra, sæpe uocata mari.
Tu morbos, diram'q; famẽ, bellum'q; coerces,
Exigis a terris pestis & omne genus.
Hinc uotiua tuis ponuntur munera templis,
Quæ sita sunt uirgo millia multa tibi.
Nemo per hæc tutus sine te deserta uiator,
Nemo per hoc pelagus te sine sospes erit.
Et quoniam claudis portas, & pandis olympi,
Et quia tu talis, & quia tanta potes,
Fer precor auxilium uirgo sanctissima nobis,
Et seruatricem porrige quæso manum.
Illisa est scopulis & fundo impacta carina,
Nec sine te nauis currere nostra potest.
Nam nisi pro solita tu nos pietate misellos
Foueris, ad cuius confugiemus opem?

Finis.

Oratio ad beatissimam Virginem.

Egum sancta parens alto quæ a sanguine ducis
Principium, uirtute potens, o pacis amatrix
r O patriæ cœlestis honos, o uita, salus'que,
Spes'que hominis, quam terra. poli. mare. syde ra adorant.
O requies tranquilla piis, o nata parentis,
Atque patris dilecta parens, qui crimina falsi
Sanguine in humano reparauit imagine mundi
Luce replens animas radiorum ardore tuorum.
His oculos inflecte tuæ pietatis amore
Votis uirgo libens, & serui iusta precantis
Exaudi regina preces, quem criminis acti
Pœnitet, & scelerum terrent monumenta priorũ.
Quãquam cuncta tuis speculeris ab æthere toto
Crimina luminibus, pateat'que ex ordine fati
Quicquid agat mortale genus, tamẽ omnia nutu
Qualiacunque tenẽt peccantia corda resoluam.
Me miserum male grata uiris, male grata deo'q;
Detinuit quoties propulsa superbia cœlo.
Tisyphone anguineos sæua laniante capillos,
Ipse ego sæpe malis furiis agitatus & ira
Non timui tentare nefas, uirtutis amore
Semper auara manus, Veneris sub amore iocosæ
Prodigus, & Paphiæ sacrandæ iura tenere.
Non ego Thyrsigeri contempsi dona Lyæi
Luxuriante cibo, & stomacho mittente uapores.
Ocia luctificam sumunt populantia mentem
Sæpe meam, & nulla misero uirtute recedunt
Tempora. inextinctus quoties per membra cucurrit
Liuor edax. populat calidas hæc flamma medullas.
Nam dolui, quando flatu dea cæca secundo
Prospexit fortuna uiros, quoties'que sub astra
Sustulit, ut casu caderent grauiore, profecto
Lætus, ut empyreo uisus requiescere cœlo.
Detinuit mentem tumidam, & fera pectora inanis
Gloria

Gloria, sæpe truces uolui post dicta'nefanda
Commaculare manus, diuina heu iura, fidem'que
Amisi quandoque miser. pietatis imago
Nulla animo comperta meo est. tot crimina pangunt.
Sortis amaræ animam, bibulis quot inundat arenis
Aequor, & æthereo quot sunt sub cardine plumæ,
Sydera quot claro fulgent rutilantia cœlo.
Ergo parens, & sponsa dei, quæ sola furores
Concilias, quæ sola reples dulcedine mentem,
Ad te confugio, serui miserere precantis.
Ne miserum incaute superet'q;, premat'q; gementem
Hostis, & ultrices lacerent mea pectora diræ.
Admisi quodcunque nefas, quodcunque putaui
Pœnitet, & duris quatiens mea pectora pugnis
Exclamo miserere mei, mihi frigidus horror
Membra quatit, quoties animo peccata reuoluo.
Hanc animam, tantis quæ stat subiecta procellis
Erige, & obscuro pia uirgo e' carcere solue.
Liuor & ira male fugiant de pectore curæ.
Ad me oculos conuerte graues miserata labores
Vsque hominum, miseri'que preces neu despice serui
Parce animum uersare dolos, me pelle tremendis
Pestibus, ardentes odiorum extingue fauillas.
Iam'que animam commendo tibi cum corpore uirgo
Intemerata meam diuinæ lucis egentem.

Finis.

PRECATIO MATVTINA AD OMNI POTENTEM DEVM.

O Mnipotens, quem mente colo pater unice rerum
Ignorate malis, & nulli ignote piorum
Principio, extremo'q; carens antiquior æuo
Quod fuit, aut ueniet, cuius formam'que, modum'que
Nec mens complecti poterit, nec lingua profari
Cernere, quem solus, coram'que audire iubentem

Fas habet,& patriam propter considere dextram
Non genito genitore deus,qui fraude superbi
Offensus populi gentes in regna uocauit
Stirpis adoptiuæ meliore propage colendus,
Cernere quem licuit proauis quo numine uiso,
Et patrem uidisse datum,contagia nostra
Qui tulit,& diri passus ludibria leti
Esse iter æternæ docuit remeabile uitæ.
Nec solã remeare animam,sed corpore toto
Cœlestes intrare plagas,& inane sepulchri.
Arcanum uacuis adopertum linquere terris.
Nate,patris summi,nostro'que salutifer æuo
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes
Nil ex inuidia retinens,plenus'que datorum
Pande uiam precibus,patrias'que hæc perfer ad aures.
Da pater inuictam contra omnia crimina mentem,
Vipereum'que nefas nocituri auerte ueneni.
Sic satis antiquam serpens quod prodidit Aeuam,
Deceptum'que adiunxit Adam.nos sera nepotum
Semina ueridicis ætas prædicta prophetis
Vitemus laqueos,quos letifer implicat anguis.
Pande uiam,qua me post uincula corporis ægri
In sublime feram puri qua lactea cœli
Semita uentosæ superat uaga nubila lunæ.
Qua proceres abiere pii,qua'que integer olim
Raptus quadriiugo penetrat super æthera curru
Helias. solido cum corpore præuius Enoch.
Da pater æterni speratam luminis auram
Si lapides non iuro deos,unum'que uerendi
Suspiciens altare sacræ libamina uitæ
Intemerata fero.Si te,domini'que,Dei'que
Vnigene cognosco patrem,mistum'que duobus,
Qui super æquoreas uolitabat spiritus undas.
Da genitor ueniam,cruciata'que pectore purga
Si te non pecudum fibris,non sanguine fuso
Quæro nec carnis numen coniecto sub extis,
Si scelere abstineo errori obnoxius,& si

Opto magis q̃ fido bonus, purus'que probari
Confessam dignare animam, si membra caduca
Execror, & tacitum si pœnitet, alta'que sensus
Formido excruciat, tormenta'que sera gehennæ
Anticipat, patitur'que suos mens saucia manes.
Da pater huic nostro fieri rata uota precatu
Nil metuam, capiam'que nihil, satis hoc rear esse
Quod satis est. nil turpe uelim, nec causa pudoris
Sim mihi, nec faciam cuiquam quæ tempore eodem
Nolim facta mihi, nec uero crimine lædar.
Nec maculer dubio. Paulum distare uidetur
Suspectus, uere'que reus male posse facultas
Nulla sit, & bene posse adsit tranquilla potestas.
Sim tenui uictu atque habitu, sim carus amicis,
Et semper genitor sine uulnere nominis huius
Non animo doleam, non corpore cuncta quietis
Fungantur membra officiis, nec saucius ullis
Partibus amissum quicquam desideret usus
Pace fruar. securus agam. miracula terræ
Nulla putem, suprema mihi cum uenerit hora,
Nec timeat mortem bene conscia uita nec optet.
Purus ab occultis cum te indulgente uidebor.
Omnia despiciam, furit cum sola uoluptas
Iudicium sperare tuum, quod dum sua differt
Tempora, cunctantur'que dies procul exige sæuo
Insidiatorem blandis erroribus anguem
Hæc pia, sed mœsto trepidantia uota reatu
Christe apud æternum placabilis assere patrem
Saluator deus, ac dominum mens gloria uerbum
Filius ex uero uerum de lumine lumen,
Aeterno cum patre manens in sæcula regnans
Consona quem celebrat modulato carmine plebes
Et responsuris ferit aera uocibus, Amen.

FINIS.

Sancti Damasi episcopi de laudibus Pauli apostoli.

I am dudum Saulus procerum præcepta secutus,
Cum domino patrias uellet præponere leges,
Abnueret sanctos Christum laudasse prophetas,
Cædibus assiduis cuperet discerpere plebem,
Cum lacerat sanctæ matris pia fœdera cæcus,
Post tenebras uerum meruit cognoscere lumen.
Tentatus sensit possit quid gloria Christi.
Auribus ut dominum, uocem, lucem'que recepit,
Composuit mores, Christi præcepta secutus.
Mutatus postquam placuit de nomine Paulus,
Mira fides rerum subito trans æthera uectus,
Noscere promeruit possint quid præmia uitæ.
Conscendit ratus martyr penetralia Christi.
Tertia lux cœli tenuit paradisus euntem.
Colloquiis domini fruitur. secreta reseruat
Gentibus & populis, iussus prædicere uera.
Profundum penetrare maris, noctem'que, diem'que
Visere, cui magnum satis est uixisse, latentem.
Verbera. uincla. famem. lapides, rabiem'que ferarum.
Carceris elluuiem. uirgas. tormenta. cathenas.
Naufragium. lacrymas. serpentis dira uenena,
Stigmata non timuit portare in corpore Christi.
Credentes docuit, possent quo'uincere mortem.
Dignus amore dei uiuit per secla magister.
Versibus his breuiter fateor beatissime doctor
Paule, tuos Damasus uolui monstrare triumphos.
Finis.

Elegia in Hierusalem.

Lusimus in teneris Venerem lasciuius'annis,
Lusimus unguentum. pocula. serta. iocos.
C rinis inest cano capiti, uer fluxit & æstas,
Præstat in autumno carpere poma senem.

Præstat & excussis caput hoc fœdare corollis,
Cum deus humana cæditur ipse manu.
F igitur & crucibus, madet heu caluaria tellus
Sanguine. Tu nati funera mater agis.
I mpia Hierusalem non ne hic deus ille, superbas
Perdidit in pelago, qui Pharaonis opes?
Non deus ille tuus, toties qui cladibus hostes
Affecit, quo tu libera semper eras?
I mpia Hierusalem, nō ne hic Olophernis ademit
Ceruices? non ne hic te dabat esse deam?
Adde quod iste tuis etiam præsepibus infans
Vagit, & hunc dominum bos & asellus amant.
I mpia Hierusalem, non sidere cernis eoo
Aduentare magos, qui tria dona ferunt?
Quo furis Herodes, strictū quid cōprimis ensem?
Debetur gladiis non cruor iste tuis.
I mpia Hierusalē scelus hoc parat. æra profano
Dantur discipulo proditionis opus.
I llicet erumpunt portis. orabat in horto
Christus. agunt strepitum, coniiciunt'que manus.
T unc'que deus trahitur, donec fora celsa Pilati
Ingreditur. sedit hic prætor, & ora mouet.
I te citi comites hominem prius urite loris,
Inde coronatus sub cruce damna luat.
S entit idem Caiphas. tuque o sæuissime dirum
Anna probas facinus, Hierusalem'que probas.
Mox pia membra dei multo tortore cruescunt.
Pro dolor, hæc audis uulnera uirgo parens.
Sistra canūt, prodeūt equites, tollunt'que maniplos,
Spectatum'que nefas confluit unda nurum.
P rocedit tandem Christus cruce pressus acerba.
Procedit, uexant terga benigna canes.
Mater in hunc oculos dea coniicit, ille parētem
Agnoscit, uultu plangit uterque solum.
Calcibus illi instant, lacrymans uix surgit Iesus,
Attollit'que crucem, caluarium'que tenet.
F igitur hic breuibus clauis, caput angit acanthus.

Impia diuino sanguine terra mades.
Hostibus erigitur de uictis grande trophæum.
Saxa crepant, uultus atrat apollo suos.
I mpia Hierusalem, pro te deus ecce precatur,
Vt pater ignoscat crimina tanta suus.
Ille comam quatiens, fulmen quatit ille trisulco,
Qui petat infandum nec mora longa caput.
F lauia signa micāt. Romanus in agmina Mauors
Instruitur. properant in tua damna duces.
I mpia Hierusalem simul obsidione teneris,
Dira fames natos te facit esse tuos.
Vi Titus irrumpit portas. ruit hostis in arcem.
Capta gemis. muro corpora cæsa cadunt.
I mpia Hierusalem natorum sanguine fauces
Pasce tuas, fauces sanguine pasce tuas.
Hoc cecinere pii Vates, cecinere Sibyllæ,
Hoc cecinit quem tu figis iniqua cruci.
I mpia Hierusalem dic nunc ubi mœnia. turres.
Et domus, & latis festa theatra uiis?
Dic ubi sunt cari pueri, dulces'qꝫ puellæ,
Vir nurus, & docti curia densa patres?
Puluis & umbra iacent. late captiua per orbem
Duceris, ut pateat crimen ubique tuum.
Impia Hierusalem longas das impia pœnas
Impia ter'qꝫ quater'qꝫ impia Hierusalem.
Nunc age Hierusalem satis o satis impia cœlo
Errasti, ad dominum uertere Hierusalem.
Non fugiet, fixos pro te non conspicis artus?
En uocat. ad dominum uertere Hierusalem.
Vertere Hierusalem, Lentatur ad oscula ceruix,
A dominum mecum uertere Hierusalem.

Finis

In Natali die Saluatoris.

Virginis partus deus ortus infans
Pauper in fœno cubat, hunc asellus,
Bos'que cognoscit dominum. resultant
Astra triumphis.

Ecce pastores, ouibus relictis,
Conuolant Bethlem, uideát ut ortum
Principem mundi, properant & acti
Sidere reges.
Quos & Herodes rogat, ut reuersi
Nuntient, qua sub regione natum
Viderint, Christum ut ueniens & ipse
Pronus adoret.
At magi tandem, puero reperto,
Procidunt proni, positis tiaris
Dona deponunt, teneris ferentes
Oscula plantis.
Suscipit lætus puer, & parentes
Gaudio pleni lacrymantur aurum
Atque thus myrrham tria dona iustus
Seruat Ioseph.
Ast iter docti melius sub alta
Nocte felices redeunt tyranni
Ad lares castos, recinunt'que laudes
Dulcis Iesu.
Lusus Herodes, pueros trucidat.
Christus Aegyptũ fugit in ꝓpinquã
Matre cũ sancta. madet innocentum
Sanguine tellus.
Gloriam patri chorus angelorum
Concinunt, nato, pariter'que sancto
Spiritu, qui sunt deus optimus'q; , et
Trinus, & unus.

R. Z.

O diem festum populis, diem'que
Candidum, qui nos rediens beatos
Reddis, hunc signa niueo quotannis
Musa Lapillo.
Quo deus pando residens asello,
Vt pii quondam cecinere uates,

Venit in sanctam uenerandus urbem
Hierusalem Rex.
Obuiam Christo properatur. Omnes
Stant uiæ palmis, oleæ renident.
Filio Dauid pueri, puellæ, Os-
anna canentes.
S ancta sanctorum redolent sabbæo
Thure. mactantur uituli per aras.
Mons Sion felix agitat cacumen
Hospite tanto.
Tu'que Zachæi domus o superbis
Sole, quo totus radiatur orbis,
Esse sub mensis utinam liceret
More catelli.
P ascerer micis domini, dei'que,
Et pedes multa, lacryma rigarem,
Plantus hic forsan penetraret aures
Dulcis Iesu,
Quæ patent semper miseris querelis,
Testis est Marthæ soror & Maria,
Testis et Petrus. Latro. publicanus.
Samaritana.
E t quis orauit ueniam, quis unquam,
Cui pater, cui tu dederis repulsam?
Solus infelix patiar Tuorum
Mancipiorum?
F ilio cædis uitulum recepto.
Perditam pastor pecudem requiris.
Respues, quem tu toties uocasti
Fontis adundas?
E cce cum ramis oleæ uirentis
Obuius curro, chlamydem'que pessum,
Me'que substerno pedibus, pater mi
Tolle iacentem.
Amen. Finis.

Carmen .R.Z.P.L. in Passione
domini nostri Iesu Christi.

Lugeant cœli dominum, deum'que.
Lugeat tellus, maris & profundum.
Lugeat quicquid iacet, aut suopte
Iure mouetur.
Vos'que mortales lacerate crudis
Vnguibus pectus. faciem. capillum.
Altus ut uestris reboans dehiscat
Plantibus æther.
Ecce naturæ deus instar agni
Ad crucem duro trahitur rudente
Squallidus mœrens. humilis. cruentus.
Crimine nostro.
Proh dolor matrem triuio moratam,
Hic uidens nutu misero salutat.
Et cadit, circum comites Mariam
Exanimantur.
Ille uix tandem tremulo resurgens
Pergit incessu. tenet & cacumen
Golgothæ montis, trepidante turba
Iudaicorum.
Hic rapit Christum, tunica'que nudum
Exuit, grandes parat ille clauos.
Hic crucem sternit, furibundus alter
Gestit in auras.
Ah nimis quisquis fuit ille durus,
Qui deum trusit faciem supinum
Durior calcans genibus sacratos
Qui forat artus.
Audiens ictus miserum Maria
In manus mœstas recidit sororum
Interim mundi domiti trophæum
Erigitur crux.
O homo si fas speculare uultus
Sanguinis plenos lacryma, saliuo

Et manus ambas speculare totum
Denique corpus.
Si tuum noris dominum, deum'que
Proruas passis manibus, crucem'que
Comprimes, felix morere, hæc erit mors
Vita perennis.

Finis.

Carmen Saphicum Raphelis Zouenzonii poetæ.

Christe terrarum dominator orbis,
Cuius ad nutum cadit omne fatum,
Qui regis cœlos, regis & profundi,
Carceris umbras.
Perde turcarum rabiem cruentam,
Perde ceruices nimium superbas.
Perde uesanum genus, impium'que
Maumeticorum.
Qui tuas fœde populantur urbes.
Vinciunt. uexant. feriunt. trucidant.
Virginum stupris ueneranda passim
Templa prophanant.
Proh dolor, sanctos cineres tuorum
Martyrum spargi rapidis procellis.
Et crucem. clauos. chlamydẽ. coronam
Vrier igni.
Surge tu Cæsar Federice, diuum
Sanguis, & dextra gladium coruscans
I prior. grandes aquilas sequemur
Auspice Christo.

Finis.

Ad beatissimam Virginem. R. Z.

Sit benedicta dies, qua te regina polorum
Anna parit nobis, Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua tu uirgũcula Christũ
Concipis e' cœlo, Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, uteri qua numen adorat
Helisabeth uates, Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies hominẽ, qua uirgo, deũq;
Ad præsepe paris, Sit benedicta dies.
S it bñdicta dies, qua tres, duce sidere reges
Dona ferunt domino, Sit benedicta dies.
S it benedicta dies, stygio qua xp̃s ab antro
Surrexit uictor, Sit benedicta dies,
S it benedicta dies, tuus in qua filius arces
Scandit in æthereas, Sit benedicta dies.
S it benedicta dies, quo te quoq; regia cœli
Accepit, semper sit benedicta dies.

Finis.

a b c d e f g h i k aa bb cc dd
ee ff gg hh Omnes sũt quaterni, exce
pto d duerno, & hh terno.

Venetiis apud Aldum. MDI. mense
Ianuario.

EPISTOLA SEVERI SVLPICII AD DESIDERIVM DE LIBELLO VITAE SANCTI MARTINI.

Seuerus Desiderio fratri carissimo salutem. Ego quidem frater unanimis libellum, quem de uita sancti Martini scripseram, sceda sua comprimere, & intra domesticos parietes cohibere decreueram, quia ut sum natura infirmus, iudicia humana uitabam, ne quod fore arbitror, sermo incultior legentibus displiceret, omniumq; reprehensione dignissimus iudicarer, qui materiam disertis merito scriptoribus reseruandam impudens occupassem. Sed petenti tibi sæpius negare non potui. Quid enim esset, quod nõ amori tuo, uel cum detrimẽto mei pudoris impenderem? Ea tibi fiducia libellum edidi, qua nulli à te prodendum reor, quia id spopondisti. Sed uereor, ne tu ei ianua sis futurus, & emissus semel non queat reuocari, Quod si acciderit, & ab aliquibus eum legi uideris, bona uenia id à lectorib⁹ postulabis, ut res potius q̃ uerba perpendant, & æquo animo ferant, si aures eorum uitiosus forsitã sermo perculerit, quia regnum dei non in eloquentia, sed in fide cõstat. Meminerit etiam salutem sæculo nõ ab oratorib⁹, sed à piscatoribus prædicatam, cum utiq;, si utile fuisset, id quoq; dominus præstare potuisset. Ego enim cum primum animum ad scribendum appuli, quia nefas putarem tanti uiri latere uirtutes, apud me ipse didici, ut soloecismos nõ erubescerem, quia nec magnam istarum unquã rerum scientiam attigissem, & si quid ex his studiis olim fortasse libassem, totum id dissuetudine tanti temporis perdidissem. Sed tamen ne nos maneat tam molesta defensio, suppresso (si tibi uidet) nomine libellus edatur. Quod ut fieri ualeat, titulum frontis erade, ut muta sit pagina, &, quod sufficit, loquatur materiã, non loquatur auctorem.

PROLOGVS EIVSDEM SEVERI SVLPITII IN VITAM BEATI MARTINI,

Capitulum primum.

p Lerique mortalium ſtudio, & gloriæ ſæculari inaniter dediti exinde perennem (ut putabant) memoriam nominis ſui quæſierũt, ſi uitas clarorum uirorum ſtilo illuſtraſſent. Quæ res utique non perennem quidem, ſed aliquantulum tamen conceptæ ſpei fructum afferebat, quia & ſui memoriam licet incaſſum propagabant, & propoſitis magnorum uirorum exemplis, non parua emulatio legentibus excitabatur. Sed tamẽ nihil ad beatam illam æternam'que uitam hæc eorum cura pertinuit. Quid enim aut ipſis occaſura cum ſæculo ſcriptorum ſuorum gloria profuit? aut quid poſteritas emolumenti tulit, legẽdo Hectorem pugnantem, aut Socratem philoſophantem? cum eos non ſolum imitari ſtultitia ſit, ſed non acerrime etiam impugnare dementia, quippe qui humanam uitam præſentibus tantũ actibus extimantes, ſpes ſuas fabulis, animas ſepulchris dederint. Siquidẽ ad ſolam hominum memoriam ſe perpetuandos credĩderunt, cum hominis officium ſit, perennem potius uĩtam, q̃ perennem memoriam quærere, non ſcribendo, aut pugnãdo, uel philoſophãdo, ſed pie, ſancte, religioſe'que uiuendo. Qui quidem error humanus litteris traditus in tantum conualuit, ut multos tamen emulos, uel inanis philoſophiæ, uel ſtultæ illius uirtutis inuenerit. Vnde facturus mihi operæpretium uideor, ſi uitam ſanctiſſimi uiri exemplo aliis mox futuram perſcripſero, quo utique ad ueram ſapientiam, & cœleſtẽ militiam, diuinam'que uirtutem legẽtes incitabũtur. In quo ita noſtri quoque ratione commodi ducimus, ut non inanem ab hominibus memoriã, ſed æternum à deo præmium expectemus. Quia & ſi ipſi non ita ui-

ximus, ut exemplo aliis esse possimus, dedimus tamen operam, ne is lateret, qui esset imitandus. Igitur sancti Martini uitã scribere exordiar, quæ uel ante episcopatum, uel in episcopatu gesserit, q̃uis nequaq̃ ad omnia illius potuerim peruenire, adeo ea in quibus ipse tantũ sibi conscius fuit, nesciũtur, quia laudem ab hominib⁹ non quærens, quantum in ipso fuit, omnes uirtutes suas latere uoluisset. Quanq̃ etiam ex iis, quæ comperta nobis erant, plura omisimus, quia sufficere credidim⁹, si tantum excellentia notarentur. Simul & legentibus consulendũ fuit, ne quod iis pareret copia congesta fastidium. Obsecro autem eos, qui lecturi sunt, ut fidem dictis adhibeant, neque me quicquam nisi compertũ & probatum scripsisse arbitrentur. Alioqui tacere, q̃ falsa dicere maluissem.

INCIPIT VITA SANCTI MARTINI EPISCOPI TVRONENSIS.

Capitulum secundum.

i Gitur Martinus Sabbariæ P̃anoniorum oppido oriũdus fuit, sed intra Italiã Ticini alitus est, parentibus secundũ sæculi dignitatẽ non infimis, gentilibus tamen. Pater eius miles primũ, post tribunus militum fuit. Ipse armatã militiã in adolescẽtia secutus, inter scalares alas sub rege Constantio, deinde sub Iuliano Cæsare militauit, non tamen sponte, quia à primis ferè annis diuinam potius seruitutem sacra illustris pueri inspirauit infantia. Nam cum esset annorum decem, inuitis parentibus ad ecclesiam confugit, sè que cathecuminum fieri postulauit. Mox mirum in modũ totus in Dei opere conuersus: cum esset annorũ duodecim eremum cõcupiuit, fecisset' que uotis satis, si ætatis infirmitas non obstitisset. Aio tamen aut circa monasteria, aut circa ecclesias semper intẽtus meditabatur in ætate puerili,

quod postea deuotus impleuit. Sed cum edictum esset a' regibus, ut ueteranorum filii ad militiam scriberent, prodente patre, qui felicibus eius actibus inuidebat, cũ esset annorũ.xv. raptus & catenat⁹ sacramẽtis militarib⁹ implicatus est, uno tamen seruo comite contentus, cui tamẽ uersa uice, dominus seruiebat, adeo ut pleruncp ei & calciamenta ipse detraheret, & ipse detergeret, cibum una' caperent, hic sæpius ministraret. Triennium ferè ante baptisma in armis fuit, integer tamen ab iis uitiis, quibus illud hominũ genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira charitas, patiẽtia uero, atque humilitas ultra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudare non est necesse, qua ita usus est, ut iam illo tempore non miles, sed monachus putaretur. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos deuinxerat, ut eum miro affectu uenerarentur. Necdum tamen regeneratus in Christo agebat quendam bonis operibus baptismatis candidatum, assistere.s. laborantibus, opem ferre miseris, alere egẽtes, uestire nudos. Nihil sibi ex militiæ stipendiis, præter quotidianum uictum reseruabat, iam tum euãgelii nõ surdus auditor de crastino nõ cogitabat. Cap. iii.

Quodam itaque tempore, cum iam nihil, præter arma, & simplicem militiæ uestẽ haberet, media hyeme, quæ solito asperior inhorruerat, adeo, ut plerosque uis algoris extingueret, obuium habet in porta Ambianensium ciuitatis pauperem nudũ, Qui cum prætereũtes, ut sui misererentur, oraret, omnes'que miserum prætereirent ĩtellexit uir Deo plenus, sibi illum, aliis misericordiam non præstantibus, reseruari. Quid tamẽ ageret? Nihil, præter chlamydem, quam ĩdutus erat, habebat, ita enim reliqua in opus simile cõsumpserat. Arrepto itaque ferro, quo erat accinctus, mediam diuidit, partem'que eius pauperi tribuit, reliqua rursus ĩduitur. Interea de circũstantibus ridere nonnulli, quia deformis esse, & truncatus habitu uideretur. Multi quidem, qui bus erat mens sanior, altius gemere, ꝙ nihil simile fecis

sent, cum utiq; plus habẽtes uestire pauperẽ sine sua nuditate potuissent. Nocte igitur insecuta, cum se sopori dedisset, uidit Christum chlamydis suæ, qua pauperem texerat, parte uestitum. Intueri diligentissime dominũ, uestem'q;, quã dederat, iubetur agnoscere. Mox ad angelorum circunstãtium multitudinem audiuit Iesum clara uoce dicentem, Martinus adhuc cathecuminus hac me ueste contexit. Vere memor dominus dictorũ suorum, quæ ante prædixerat, q̃diu fecistis hæc uni ex minimis istis, mihi fecistis, se in paupe professus est fuisse uestitum, & ad confirmandũ tã boni operis testimonium, i eodem se habitu, quem pauper acceperat, est dignatus ostendere. Cap. iiii.

Quo uiso uir beatissimus non in gloriam est elatus humanam, sed bonitatem dei in suo opere cognoscens, cum esset annorũ duo de uiginti, ad baptisma conuolauit. Nec statim militiæ renunciauit, tribuni sui precibus euictus, cui cõtuberniũ familiare p̃stabat. Etenim transacto tribunatus sui tẽpore renunciaturũ se sæculo pollicebat̃, Qua Martinus expectatione suspensus, p biennium fere posteaq̃ est baptisma cõsecut⁹, solo scilicet nomine militauit. Interea irruentibus intra Gallias barbaris, Iulianus Cæsar coacto in unum exercitu apud Vagionum ciuitatem donatiuum cœpit erogare militibus, & ut est consuetudinis, singuli citabantur, donec ad Martinum uẽtũ ẽ. Tũ uero oportunũ tẽpus existimãs, quo peteret remissionẽ, neq; enim ĩtegrũ sibi fore arbitrabat̃, si donatiuũ nõ militaturus accipet. Hactenus, inqt ad Cæsarẽ, militaui tibi, nũc patere, ut militẽ deo, donatiuũ tuũ pugnaturus accipiat. Christi ego miles sum, pugnar̃ mihi nõ licet. Tũ uero aduersus hãc uocẽ tyrãnus ĩfremuit, dicẽs eũ metu pugnæ, q̃ postero die erat futura, nõ religionis gr̃a detrectare militiã. At Martinus intrepidus, imo illato sibi terrore cõstãtior, si hoc inqt, ingnauiæ ascribit̃, nõ fidei, crastina die ante aciẽ iermis astabo, & in noĩe dñi Iesu signo crucis, nõ clypeo ꝓtect⁹, aut galea, hostiũ cũeos penetrabo secur⁹.

Retrudi ergo in custodiã iubetur, facturus fidẽ dictis, ut inermis barbaris obiiceret̃. Postero die hostes legatos de pace miserunt, sua omnia, se'q; dedentes. Vnde quis dubitet, hanc uere beati uiri fuisse uictoriam? cui præstitum sit, ne inermis ad præliũ mitteretur. Et q̃uis pius dominus seruare militẽ suum inter hostium gladios, & tela potuisset, tamen ne uel aliorum morte sancti uiolaretur obtutus, exemit pugnæ necessitatem. Neq; eni aliã ꝓ milite suo Christus debuit p̃stare uictoriã, q̃ ut subactis sine sãguie hostib⁹, nemo moreret̃. Cap. v.

Ex inde relicta militia scũm Hilariũ Pictauæ episcopũ ciuitatis, cuius tunc in dei rebus spectata & cognita fides habebatur, expetiuit, & aliquãdiu apud eũ cõmoratus est. Tentauit autẽ idẽ Hilarius imposito diaconii officio, sibi eum arctius implicare, & ministerio uincire diuio. Sed cũ sæpissime restitisset, idignũ se eẽ uociferãs, intellexit uir dei altioris ingenii hoc eum modo posse constringi, si id ei officii imponeret, in quo qdã locus iniuriæ uideretur. Itaq; exorcistam eum esse præcepit, quam ille ordinationem, ne despexisse tanquam humiliorem uideretur, non repudiauit. Cap. vi.

Nec multo post admonitus per soporem, ut patriam, parẽtes'q;, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa sollicitudine uisitaret, ex uoluntate sancti Hilarii profectus ẽ, multis'que ab eo obstrictus precibus & lacrymis, ut rediret, mœstus (ut ferunt) peregrinationem illam aggressus est, contestatus fratres multa se aduersa passurum, quod postea probauit euentus. Ac primum inter alpes deuia secutus incidit in latrones. Cum'q; unus securim eleuatam in caput eius librasset, ictum ferientis dextera sustinuit alter. Vinctis tamen post tergum manibus uni seruãdus & custodiẽdus traditur, Qui cũ eum ad remotiora duxisset, ꝑconctari ab eo cœpit, q̃s nãeẽt. Respõdit, christianũ se esse. Quærebat etiã ab eo an timeret. Tũc uero cõstãtissime ꝯfitebat̃, nũquã se tã fuisse securũ, q̃a sciret, misericordiã dñi maxĩe ĩtẽtationib⁹ affuturã, se magis illi dolere, q̃ Christi misericordia,

ut pote latrocinia exercens, esset indignus. Ingressus'q; euangelicam disputationem uerbum dei latroni prædicabat. Quid longius morer? Latro credidit, prosecutus'que Martinũ uiæ reddidit, orans, ut pro se dominũ precaret. Idem'q; postea religiosã ducere uitã uisus ẽ, a deo, ut hæc quæ supra retulimus ab eo audita dicantur. Igitur Martinus inde progressus cum Mediolanum p̃terisset, diabolus in itinere humana specie assumpta, se ei obuium tulit, quo tenderet requirẽs. Cum'q; id a Martino responsi accepisset, se quo dñs uocaret, ait ad eum, Quocunque ieris, uel quæcunq; tentaueris, diabolus tibi aduersabitur. Tunc ei prophetica uoce respondit, Dominus mihi adiutor est, nõ timebo quid faciat mihi homo. Statim'que e conspectu eius inimicus euanuit. Itaq; ut animo ac mente conceperat, matrem gentilitatis absoluit error, patre in malis perseuerante, plures tamen suo saluauit exemplo. Cap. vii.

Deinde cum hæresis arriana per totũ orbẽ, & maxĩe intra Illyricũ pullulasset, cũ aduersus pfidiã sacerdotũ solus pene acerrime repugnaret, multis'q; suppliciis esset affectus, nam & publice uirgis cæsus ẽ, & ad extremũ de ciuitate exire cõpulsus, italiã repetiit. Cũ ĩtra Gallias quoque discessu sancti Hilarii, quẽ ad exiliũ hæreticorũ uis coegerat, turbatã ecclesiam comperisset, Mediolani sibi monasterium statuit. Cap. viii.

Ibi quoq; eũ Auxẽtius auctor & princeps arrianorũ grauissime insectatus ẽ, & multis affectũ iniuriis de ciuitate exturbauit. Cedẽdũ itaq; tẽpori arbitratus ad insulam Galinariam nomine secessit, comite quodam presbytero magnarum uirtutum uiro. Hic aliquandiu radicibus uixit herbarũ, quo tempore elleborũ uenenatũ (ut ferunt) gramen ĩ cibum sumpsit. Sed cũ uim ueneni in se crassantis uicina iam morte sensisset, ĩminens piculũ orõne repulit, statim'q; oĩs dolor fugatus ẽ. Cap. ix.

Nec multo post, cũ sancto Hilario cõperisset regis præsẽtia potestatẽ ĩdultã fuisse redeũdi, Romæ ei tẽtauit occurere, pfectus'q; ẽ ad urbẽ. Cũ aũt iã Hilarius p̃terisset

ita eũ uestigiis ꝓsecut⁹ ẽ. Cum'q; ab eo gratissime fuisset susceptus, haud lõge sibi ab oppido monasteriũ collocauit. Quo tempore quidã ei se cathecuminus iũxit, cupiens uiri sanctissimi institui disciplinis. Paucis quippe interpositis diebus langore correptus, ui febrium laborabat. At tum Martinus forte discesserat, & cũ per triduũ defuisset, regressus exanime corpus inuenit. Ita subita mors fuerat, ut absq; baptismate humanis rebus excederet. Corpus in medio positũ tristi mœrentium fratrum frequentabatur officio, cum Martinus flens & eiulans accurrit. Tũ uero tota spiritũ sanctũ mente concipiens, egredi cællulã, in qua corpus iacebat, cæteros iubet, ac foribus obseratis super exanimata defuncti fratris membra prosternitur. Et cũ aliq̃diu orationi incubuisset, sensisset'q; per spiritũ, domini adesse uirtutẽ, erectus paululũ, & in defuncti ora defixus, orationis suæ, ac misericordiæ domini intrepidus expectabat euẽtũ. Vix'q; duarum ferè horarum spaciũ intercesserat, uidit defunctum paulatim membris oĩbus cõmoueri, & laxatis in usum uidendi palpitare luminibus. Tum uero magna ad dominum uoce cõuersus, gratias agens cellulam clamore compleuerat. Quo audito, qui pro foribus astiterant, statim irruunt. Mirum spectaculum, q̃ uidebant uiuere, quẽ mortuũ reliquissent. Ita redditus uitæ, statim baptisma cõsecutus, plures postea uixit annos, primus'q; apud nos Martini uirtutũ, uel materia, uel testimoniũ fuit. Idẽ tamẽ referre solitus erat, se corpore exutum ante tribunal iudicis ductũ, deputatum'q; obscuris locis, & uulgaribus turbis tristẽ excepisse sentẽtiam. Tunc per duos angelos iudici fuisse suggestũ, hũc eẽ, pro quo Martinus oraret. Ita per eosdem angelos se iussum reduci, & Martino redditũ, uitæ'q; pristinæ restitutũ. Ab hoc primo tempore beati uiri nomẽ enituit, ut qui sanctus iam ab hominibus habebatur, potẽs etiã & uere apostolicus haberetur. Cap. x.

Nec multo post, dũ agrũ Lupicini cuiusdã honorati secũdũ sæculũ uiri ꝑteriret, clamore, & luctu turbæ plã-

gẽtis excipit. Ad quã cũ sollicit⁹ astitisset, & qs esset hic flet⁹ inqreret, indicatur unũ ẽ familia seruulũ laqueo sibi uitam extorsisse. Quo cognito cellulã, in q̃ corpus iacebat, ingreditur, exclusis'q; omnibus turbis superstratus corpori aliquantisp orauit. Mox uiuiscente uultu, inardescentibus oculis ĩ ora illius defunctus erigitur, lentó q; conamine enisus assurgere, apprehẽsa beati uiri dextera in pedes cõstitit, atq; ita cũ eo usq; ad uestibulũ domus turba omni inspectante processit. Cap.xi.

Sub idẽ fere tẽpus ad episcopatũ Turonicæ petebatur ecclesiæ. Sed cum erui à monasterio suo nõ facile posset. Ruritius quidã unus ex ciuib⁹, uxoris lãgore simulato, ad genua illius ꝓuolutus, ut egrederetur, obtinuit. Ita dispositis iã in itinere ciuiũ turbis, sub quadã custodia ad ciuitatẽ usq; deducitur. Mirũ in modũ incredibilis multitudo non solum ex illo oppido, sed etiã ex uicinis urbibus ad suffragia ferẽda cõuenerãt. Vna omnium uoluntas, eadem uota, eadẽ sententia, Martinũ episcopatu esse dignissimũ, felicẽ fore tali ecclesiã sacerdote. Pauci tamen & nõnulli ex ẽpis, q ad cõstituendũ antistitẽ fuerãt euocati, impie repugnabãt, dicẽtes scilicet contẽptibilẽ esse ꝑsonã, indignum esse episcopatu, hominẽ uultu despicabilẽ, ueste sordidũ, crine deformẽ. Ita à populo sententiæ sanioris hæc illoꝝ irrisa demẽtia est, quia illustrẽ uirum, dum uituperare cupiunt, prædicabant. Nec uero aliud iis facere licuit, q̃ quod populus dño uolẽte cogebat. Inter ẽpos tñ, qui affuerãt, ꝓcipue Defensor quidã noĩe dicitur restitisse. Vñ aĩaduersum ẽ, grauiter illum lectiõe ꝓphetica tũc notatũ. Nã cũ fortuitu lector, cui legẽdi eo die officiũ erat, interclusus à populo defuisset, turbatis ministris, dũ expectat, qui nõ aderat, unus ẽ circunstantib⁹ sumpto psalterio, quẽ primum uersum inuenit, arripuit. Psalmus autem hic erat. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & defensorem. Quo lecto clamor populi tollitur, pars aduersa cõfunditur, atq; ita habitum est, diuino nutu psal

mum hunc lectũ fuisse, ut testimoniũ opis sui Defensor audiret, quia ex ore infantium atq; lactentium in Martino domini laude perfecta, & ostensus pariter, & destructus est inimicus. Cap. xii.

Iam uero sumpto episcopatu qualẽ se, quãtum'q; pstiterit, nõ est nr̃æ facultatis euoluere. Idẽ.n. cõstantissime pseuerabat, qui prius fuerat, eadẽ in corde eius humilitas, eadem in uestitu eius uilitas erat, atque ita plenus auctoritatis, & gr̃æ implebat episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi, uirtutem'que desereret. Cap. xiii.

Aliq̃diu ergo adhærenti ad ecclesiã cællula, usus est, De inde cũ inq̃etudinẽ frequẽtantiũ ferre non posset, duobus fere extra ciuitatẽ milibus monasteriũ sibi statuit. Qui locus tã secretus & remotus erat, ut eremi solitudinẽ nõ desideraret, ex uno.n. latere pcisa mõtis excelsa rupe ambiebat̃, reliquã planitiẽ Liger fluui⁹ reducto paululũ sinu clauserat, una tantũ, eãdem'q; arcta ad modum uia adiri poterat. Ipe ex lignis contextã cællulã habebat. Multi q̃dẽ e' fr̃ibus ĩ eundẽ modũ, pleri'q; saxo supiecti mõtis cauato receptacula sibi fecerãt. Discipuli uero octogĩta erãt, qui ad exẽplũ beati magistri ĩstituebant̃. Nemo ibi quicq̃ p̃prium habebat. Oĩa ĩ medium cõferebant̃. Nõ emere, aut uẽdere (ut pleris'q; mõachis moris est) cuiq̃ licebat. Ars ibi exceptis scriptorib⁹ nulla habebatur, cui tamẽ operi minor ætas deputabatur. Maiores orationi uacabant. Rar⁹ cuiquam extra cællulam suam egressus, nisi cum ad locum orationis conueniebant. Cibum una omnes post horam ieiunii accipiebant. Vinum nemo nouerat, nisi quem infirmitas coegisset. Pleri'q; camelorum setis uestiebãtur. Mollior ibi habitus pro crimine erat. Quod eo magis sit mirũ, necesse est, q; multi inter eos nobiles habebantur, qui longe aliter educati, ad hanc se humilitatem & patiẽtiam coegerãt, plures'q; ex iis postea episcopos uidimus. Quæ eni esset ciuitas aut ecclesia, quæ non sibi de Martini monasterio cuperet sacerdotem? Cap. xiiii.

Sed ut reliquas uirtutes eius, quas in episcopatu egit, aggrediar, erat haud lõge ab oppido proximus monasterii locus, quem falsa hominum opinio uelut consepultis ibi martyribus consecrauerat. Nam & altare ibi a superioribus episcopis constitutum habebatur. Sed Martinus nõ temere adhibens in certis fidem, ab iis, qui maiores natu erant, presbyteris uel clericis flagitabat, nomen sibi martyris & tempora passionis ostẽdi. Grandi se scrupulo permoueri, ꝙ nihil certi constans sibi maiorum memoria tradidisset. Cum aliq̃diu ergo a loco illo se abstinuisset, nec derogans religioni, quia incertus erat, nec auctoritatem suam uulgo accõmodans, ne superstitio conualesceret, quodam die paucis secum adhibitis fratribus ad locum pergit. Deinde sup sepulchrũ ipsum astans, orauit ad dominum, ut quis esset, uel cuiꝰ meriti sepultus ostenderet. Tum conuersus ad leuam, uidet prope assistere umbram sordidam, trucem, imperat, nomen, meritum'que ut loqueretur. Nomẽ edicit, confitetur de crimine, latronem se fuisse ob scelera percussum, uulgi errore celebratum, sibi nihil cum martyribus esse commune, cum illos gloria, se pœna retineret. Mirum in modum uocem loquentis, qui aderant, audiebant, personam tamen non uidebant. Tum Martinus, quid uidisset, exposuit, iussit'que ex eo loco altare, qđ ibi fuerat, summoueri, atq; ita populũ superstitionis illius absoluit errore. Cap. xv.

Accidit autem in sequenti tempore, dum iter ageret, ut gentilis cuiusdam corpus, quod ad sepulchrum cum superstitioso funere deferebatur, obuium haberet, cõspicatus'q; eminus uenientẽ turbã, quid nã id esset ignarꝰ, paululũ stetit. Nã cũ fere quingentorum passuum iter uallũ esset, ut difficile fuerit dignoscere, quid uideret, tamen quia manum cerneret, & agente uento linteamina corpori superiecta uolitarent, profanos sacrificiorum ritus agi credidit, quia esset hæc Gallorum rusticis consuetudo, simulacra dæmonũ candido tecta uelamine, misera ꝑ agros suos circũferre dementia.

Eleuato ergo in aduersum signo crucis, ĩpat turbæ, nõ moueri loco, onus'que deponere. Hic uero mirum in modum uideres miseros primum uelut saxa riguisse, deinde cum primo mouere se summo conamine niterentur, ultra accedere non ualentes ridiculam in uertiginem rotabantur, donec uicti corporis onus deponũt attoniti, & semet inuicem aspectantes, quid nã sibi accidisset, taciti cogitabant. Sed cum beatus uir comperisset, exequiarum illam esse frequentiam, non sacrorum, eleuata rursum manu, dat eis abeundi, & tollendi corporis potestatem. Ita eos & cum uoluit, stare compulit, & cum libuit, abire permisit. Cap. xvi.

Item dum in uico quodam tẽplum antiquissimum diruisset, & arborẽ pinum, quæ Fano erat proxima, esset aggressus excidere, tũ uero antistes loci illius, cætera'q; gentilium turba cœpit obsistere. Et cum iidem illi dum templum euertitur, imperãte domino quieuissent, succidi arborem non patiebantur. Ille quidem eos sedulo commonebat, nihil esse religionis in stipite. Deum potius, cui seruiret ipse, sequerentur. Arborem illã excidi oportere, quia esset dæmoni dedicata. Tũ unus ex iis, q erat audacior cæteris, si habes, ĩquit, aliquã de deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmetipsi succidimus hãc arborẽ, tu ruẽtẽ excipe, & si tecũ ẽ tuus (ut dicis) dominus, euades. Tum ille intrepide cõfisus in dño, facturũ se pollicet. Hic uero ad istiusmodi cõditionẽ oĩs illa gẽtiliũ turba cõsẽtit, facileq; arboris suæ habuere iacturã, si inimicũ sacrorũ suorũ casu illius obruissent. Itaque cum in unam partem pinus illa esset accliuis, ut nõ esset dubium, quam in partem succisa corrueret, eo loco uinctus statuit pro arbitrio rusticorũ, quo arborẽ esse casuram nemo dubitabat. Succidere igit ipsi suam pinum cũ ingenti gaudio, lætitia'q; cœperũt. Aderat eminus turba mirantium, iam'q; paulatim nutare pinus cœpit, & ruinam suam casura minitari. Pallebant eminus monachi, & periculo iam propiore conterriti spem omnẽ, fidem'q; perdiderant, solam Martini mortem expectã

tes. At ille confisus in domino, intrepidus opperiens, cum iam fragorem sui pinus concidens edidisset, iam cadenti, iam super se ruenti, eleuata obuiã manu signũ salutis opponit. Tum uero turbinis modo retro actam putares, diuersam in partẽ ruit, adeo ut rusticos, qui tuto in loco steterant, penè prostrauerit. Tum uero in cœlum clamore sublato gentiles stupere miraculo, monachi flere præ gaudio, Christi nomen in cõmune ab oĩbus prædicari, satis'q; constitit, eo die salutẽ illi uenisse regioni. Nam nemo ferè ex immani illa multitudine gentilium fuit, qui non impositione manus desiderata, dominũ Iesum relicto impietatis errore, crediderit. Et uere ante Martinũ pauci admodũ, imo penè nulli in iis regionibus Christi nomen receperant. Quod adeo uirtutibus illius, exẽplo'q; conualuit, ut iã ibi nullus locus sit, qui nõ aut ecclesiis frequẽtissimus, aut monasteriis sit repletus. Nam ubi fana destruxerat, statim ibi aut ecclesias, aut mõasteria cõstruebat. Cap. xvii.

Nec minorem sub idem ferè tempus eodem ĩ opere uirtutem edidit. Nam cum in uico quodam fano antiquissimo & celeberrimo ignem immisisset, in proximam imo adhærentem domum agente uento flammarum globi ferebantur. Quod ubi Martinus aduertit, rapido cursu tectum domus scandit, obuium se aduenientibus flammis inferens. Tum uero mirum in modum cerneres contra uim uenti ignem retorqueri, ut cõpugnantium inter se elementorum quidam conflictus uideretur. Cap. xviii.

Ita uirtute Martini ibi tantũ ignis est operatus, ubi iussus ẽ. In uico aũt, cui Leprosum nomen est, cum idem templum opulentissimum superstitione religionis uoluisset euertere, restitit ei multitudo gentilium, adeo, ut non absq; iniuria sit repulsus. Itaq; secessit ad proxima loca, ibiq; p triduũ cilicio tect⁹ & cinere, ieiunans semp atq; orans precabatur dominũ, ut quia templum illud euertere humana manu nõ potuisset, uirtus illud diuina dirueret. Tũ subito ei duo angeli hastati, scutati'q;

instar militiæ cœlestis se obtulerunt, dicẽtes missos se a dño, ut rusticam multitudinẽ fugarent, præsidium'q; Martino ferrent, ne quis, dum templũ dirueretur, obsisteret. Rediret ergo, & opus cœptum deuotus impleret. Ita reuersus ad uicum, spectantibus gentilium turbis, & quiescentibus, dum profanam ædem usq; ad fundamẽta dirueret, aras oẽs, atq; simulacra redegit in puluerem. Quo uiso rustici, cum se intelligerent diuino nutu obstupefactos, atq; perterritos, ne episcopo repugnarent, omnes fere in Iesum Christum dominum crediderunt, clamãtes palam, & confitentes deum Martini esse colendum, idola negligenda, quæ sibi adesse non possent. Cap. xix.

Quid etiam in pago Eduorum gessit, referam, ubi dum templum itidem euerteret, furens gentilium rusticorũ in eum irruit multitudo. Cum'q; unus audacior cæteris stricto eum gladio peteret, reiecto pallio nudam ceruicem percussuro præbuit. Nec cũctatus ferire gẽtilis. Sed cum dexteram altius extulisset, resupinus ruit, consternatus'q; diuino metu ueniam ꝑcabat. Cap. xx.

Nec dissimile huic fuit illud, cum eũ idola destruentem, cultro quidam ferire uoluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum non comparuit. Plerunque autem contradicentibus sibi rusticis, ne eorum fana destrueret, ita prædicatione sancta gentilium animos mitigabat, ut luce eis ueritatis ostensa, ipsi sua templa subuerterent. Cap. xxi.

Curationum uero tam potens ĩ eo gratia erat, ut nullus fere ad eum ægrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatẽ. Quod uel ex cõsequẽti liquebit exemplo. Treueris puella quædam dira paralisis ægritudine tenebatur, ita ut iam per multum tempus nullo ad humanos usus corporis officio fungeret, omni ex parte præmortua, uix tenui spiritu palpitabat. Tristes ad solã funeris expectationem assistebant propinqui, cum subito nunciatur, ad ciuitatẽ illam uenisse Martinũ, Quod ubi puellæ pater comperit, cucurrit exanimis pro filia

rogaturus. Et forte Martinus iam ecclesiam fuerat ingressus. Ibi inspectante populo, multis'que aliis episcopis præsentibus, eiulans senex genua eius amplectitur, dicens. Filia mea moritur misero genere langoris, & quod ipsa est morte crudelius, solo spiritu uiuit, iã carne præmortua. Rogo, ut eam adeas, atq; benedicas, cõfido enĩ q̃ p̃ te reddẽda sit sanitati. Qua ille uoce confusus obstupuit, & refugit dicens, hoc suæ non esse uirtutis, senem errare iudicio, nõ esse se dignum, p̃ quẽ dominus signum uirtutis ostẽderet. Perstare cœpit uehementius flens pater, & orare, ut exanimem uisitaret. Postremo a' circunstantibus episcopis ire compulsus, descendit ad domum puellæ. Ingens turba pro foribus expectabat, quidnam Dei seruus esset facturus. Ac primum, quæ erant illius familiaria in istiusmodi rebus arma, solo ꝓstratus orauit, deinde ægram intuens dari sibi oleũ postulat. Quod cum benedixisset, in os puellæ uim sancti liquoris infudit, statim'que uox reddita est. Tum paulatim singula cõtactu eius cœperunt membra uiuiscere, donec firmatis gressibus populo teste surrexit. Cap. xxii.

Eodem'q; tempore Tetradii cuiusdam proconsularis uiri seruus dæmonio correptus dolẽdo exitu cruciabat̃. Rogatus ergo Martinus, ut ei manum imponeret, deduci eum ad se iubet. Sed nequã spiritus nullo proferri modo ex cella, in qua erat, potuit, ita in aduenientes rabidis dentibus sæuiebat. Tũ Tetradius ad genua beati uiri aduoluitur, orans, ut ad domum, in qua dæmoniacus habebat̃, ipse descenderet. Tum uero Martinus negat se profani, & gentilis hominis domum adire non posse, nam Tetradius eodem tempore adhuc gẽtilitatis errore implicitus tenebat̃. Spondet ergo se, si de puero dæmon fuisset exactus, christianum fore. Ita Martinus ĩposita manu puero, immundũ ab eo spiritũ eiecit. Quo uiso Tetradius dominum nostrũ Iesum Christũ credidit, statĩ'q; cathecuminus fact⁹, nec multo post baptizatus ẽ, semper'q; Martinũ salutis suæ auctorẽ miro

coluit affectu. Cap. xxiii.

Per idem tempus in eodem oppido ingressus patris familias cuiusdam domũ, in limine ipso restitit, dicens horribile in atrio domus dæmonium se uidere, Cui cum ut discederet, imperaret, quendam è familia, qui in interiore parte ædium morabatur, arripuit. Sæuire dentibus miser cœpit, & obuios quoscunque laniare. Commota domus, familia turbata, populus in fugam uersus. Martinus se furenti obiecit, ac primum stare ei imperat. Sed cũ dentibus fremeret, hianti'q; ore morsum minaret, digitos ei Martinus in os intulit. Si habes, inquit, aliquid potestatis, hos deuora. Tũ uero ac si candens ferrum faucibus accepisset, lõge reductis dentibus digitos beati uiri uitabat attĩgere. Et cum fugere de obsesso corpore pœnis & cruciatibus cogeret, nec tamen exire ei per os liceret, fœda relinquens uestigia, fluxu uentris egestus est. Cap. xxiiii.

Interea cum de metu atq; impetu barbarorum subita ciuitatem fama turbasset, dæmoniacum ad se exhiberi iubet, imperat, an uerus esset hic nuncius, fateretur. Tunc cõfessus est sexdecim dæmones fuisse, qui rumorẽ hũc per populum disseminassent, ut hoc saltẽ metu ex illo Martinus oppido fugaretur, barbaros nihil minus q̃ irruptionem cogitare. Ita cum hæc immundus spiritus media in ecclesia fateretur, metu & turbatiõe præsenti ciuitas liberata est. Cap. xxv.

Apud Parisiũ uero, dũ portam illius ciuitatis magnis secum turbis euntibus introiret, leprosum miserabili facie, horrentibus cunctis osculatus est, atq; benedixit, statim'q; omni malo emundatus, postero die ad ecclesiam ueniens nitenti cute, gratias pro sanitate, quã receperat, agebat. Cap. xxvi.

Sed nec hoc prætereundum est, q; fimbriæ uestimentis eius, cilicio'que detractæ crebras super infirmantibus egère uirtutes. Nam cum aut digitis illigatæ, aut collo inditæ sunt, persæpe ab ægrotantibus morbos effugauerunt.

Arborius

Cap. xxvii.

Arborius autem uir præfectorius, ſancti admodum, & fidelis ingenii, cum filia eius grauiſſimis quartanæ fe bribus ureretur, epiſtolam Martini, quæ caſu ad eum delata fuerat, pectori puellæ in ipſo acceſſu ardoris inſeruit, ſtatim'q; fugata febris eſt. Quæ res apud Arborium tàntum ualuit, ut ſtatim puellam deo uoueret, & perpetuæ uirginitati dicaret, profectus'que ad Martinum puellam ei præſens ob uirtutum eius teſtimoniũ quæ per abſentem licet curata eſſet, obtulit, neque ab alio eam, q̃ a'Martino habitu uirginitatis ĩpoſito paſſus eſt conſecrari. Cap. xxviii.

Paulinus uero uir magni poſtmodum futurus exempli, cum oculum grauiter dolere cœpiſſet, & iam pupillam eius craſſior nubes ſuperducta texiſſet, oculum ei Martinus penniculo contigit, priſtinam'que ei ſanitatem ſublato omni dolore reſtituit. Cap. xxix.

Ipſe autem cũ caſu quodam eſſet de cœnaculo deuolutus, & per confragoſos ſcalæ gradus decidens, multis uulneribus eſſet affectus, cum exanimis iaceret ĩ cællula, & in modicis doloribus cruciaretur, nocte ei angelus uiſus eſt eluere uulnera, & ſalubri unguento contuſi corporis membra contingere, atque ita poſtero die reſtitutus eſt ſanitati, ut nihil unquam pertuliſſe incõmodi putaretur. Sed quia longum eſt ire per ſingula, ſufficiant hæc, uel pauca de plurimis, ſatis'q; ſit nos, & in excellentibus non ſubtrahere ueritatem, & in multis uitare faſtidium. Cap xxx.

Atq; ut minora tantis inſeram, quãuis, ut eſt noſtroꝝ ætas temporum, quibus iam deprauata omnia, atq; corrupta ſunt, pene'præcipuum ſit adulationi regiæ ſacerdotalem non ceſſiſſe conſtantiam. cum ad imperatorem Maximum ferocis ingenii uirum, & bellorum ciuilium uictoria elatũ, plures ex diuerſis partibus epiſcopi cõueniſſent, & fœda circa principem omnium adulatio notaretur, ſe'que degeneri inconſtantia regiæ

cliētelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet, in ſolo Martino apoſtolica auctoritas permanebat. Nam & ſi pro aliquibus ſupplicandum regi fuit, imperauit, potius q̃ rogauit. Et a' conuiuio eius frequenter rogatus abſtinuit, dicens, ſe mēſæ eius participem eſſe non poſſe, q imperatores, unum regno, alterum uita expuliſſet. Poſtremo cum Maximus ſe non ſponte ſumpſiſſe imperium affirmaret, ſed impoſitam ſibi a' militibus diuino nutu regni neceſſitatem armis defendiſſe, & non alienam ab eo dei uoluntatem uideri, penes quem tam incredibili euentu uictoria fuiſſet, nullum'q; ex aduerſariis niſi in acie occubuiſſe. tandem uictus uel ratione uel precibus ad conuiuium uenit, mirum in modū gaudente rege, q id impetraſſet. Conuiuæ autem aderāt, ueluti ad diem feſtum euocati, ſummi, atque illuſtres uiri, præfectus idem' que conſul Euodius uir, quo nihil unquam illo iuſtius fuit, comites duo, ſumma præditi poteſtate, frater regis & patru⁹. Medius inter hos Martini preſbyter accubuerat. Ipſe autem ſellula iuxta regē poſita conſederat. Ad medium fere' conuiuium (ut moris eſt) pateram regi miniſter obtulit. Ille ſancto admodum epiſcopo dari potius iubet, expectans, atque ambiens, ut ab illius dextera poculum ſumeret. Sed Martinus ubi ebibit, pateram preſbytero ſuo tradidit, nullum ſcilicet exiſtimans digniorem, qui poſt ſe prior biberet, nec integrum ſibi fore, ſi aut regem ipſum, aut eos, qui a' rege erant proximi, preſbytero prætuliſſet. Quod factum imperator, omnes' que, qui tunc aderant, ita mirati ſunt, ut hoc ipſum eis, in quo contempti fuerant, placeret, celeberrimum' que per totum palatium fuit, feciſſe Martinum in regis prandio, quod in infimorum iudicum conuiuiis epiſcoporum nemo feciſſet. Eidem quoque Maximo longe ante prædixit futurum, ut ſi ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano imperatori inferens, ſciret ſe primo quidem impetu futurum eſſe uictorem, ſed paruo poſt tempore eſſe periturum, Quod quidem ita uidimus. Nā primo

aduentu eius Valentinianus in fugam uersus est. Dein depost annum fere' resumptis uiribus captũ ĩtra Aquileiæ muros Maximum interfecit.

Capitulum xxxi.

Constat autem ètiam angelos ab eo plerũque uisos, ita ut conserto inuicem apud eum sermone loquerentur. Diabolum uero tam conspicabilem, & subiectum oculis habebat, ut siue se in propria substantia contineret, siue in diuersas figuras, speciales'que nequitias transtulisset, qualibet ab eo sub imagine uideretur. Quod cum Diabolus sciret se effugere non posse, conuitiis eum frequenter urgebat, quia fallere non posset insidiis.

Capitulum. xxxii.

Quodam autem tempore cornu bouis cruẽtum in manu tenens, cum ingenti fremitu cællulam eius irrupit, cruentam'que ostentans dexteram, & admisso recenti scelere congaudens, ubi est, inquit, Martine uirtus tua? Vnum de tuis modo interfeci. Tunc ille conuocatis fratribus refert, quid Diabolus indicasset. Sollicitos esse præcepit pet cællulas singulorum, quis nam hoc casu fuisset affectus. Neminem quidem deesse de monachis, sed unum rusticum mercede conductum, ut uehiculo ligna deferret, isse ad siluam nunciant. Iubet igitur aliquos ire ei obuiam. Ita haud longe a' monasterio iam pene' exanimis inuenitur. Extremum tamen spiritum trahens indicat fratribus casum mortis, & uulneris, iunctis scilicet bubus, dum dissoluta arctius lora constringit, bouem sibi excusso capite inter inguina cornu iniecisse. Nec multo post uitam finiuit. Videris, quo iudicio domini, diabolo data fuerit hæc potestas. Verum in Martino illud mirabile erat, ꝙ non solũ hoc, quod supra retulimus, sed multa istiusmodi, si quoties accidissent, longe ante præuidebat, & sibi nunciata fratribus indicabat.

Cap. xxxiii.

Frequenter autem diabolus dum mille nocendi artibus ſcũm uirũ conaret̃ illudere, uiſibilẽ ſe ei formis diuerſiſſimis ingerebat. Nã interdũ in Iouis perſonã, plærunq; Mercurii, perſæpe etiam ſe Veneris ac Mineruæ transfiguratũ uultibus offerebat. Aduerſus quẽ ſemper interritus ſigno ſe crucis, & orationis auxilio protegebat. Audiebãtur plærũque conuitia, quibus illum turba dæmonum proteruis uocibus increpabat. Sed omnia falſa & uana cognoſcens, non mouebat̃ obiectis. Teſtabantur etiam aliqui ex fratribus, audiſſe ſe dæmonem proteruis Martinum uocibus increpantẽ, cur intra monaſterium aliquos ex fratribus, qui olim baptiſmum diuerſis erroribus perdidiſſent, conuerſos poſtea recepiſſet, exponentem ſingulorum crimina, Martinũ diabolo repugnantẽ reſpõdiſſe conſtanter, antiqua delicta melioris uitæ conuerſione purgari, & per miſericordiã domini abſoluendos eſſe peccatis, qui peccare deſinerent. Contradicente diabolo non pertinere ad ueniam criminoſos, & ſemel lapſis nullam á domino præſtari poſſe clementiam, tunc in hanc uocem fertur exclamaſſe Martinus. Si tu ipſe o miſerabilis ab hominum infeſtatione deſiſteres, & te factorum tuorum uel hoc tempore cum dies iudicii in proximo eſt pœniteret, ego tibi uere confiſus in domino, Chriſti miſericordiam pollicerer. O q̃ ſancta de domini pietate præſumptio, in qua & ſi auctoritatem præſtare non potuit, oſtẽdit affectum. Et quia de diabolo eius que artibus ſermo exortus eſt, non ab re uidetur, licet extrinſecus, referre, quod geſtum eſt, quia & quædam in eo Martini uirtutum portio eſt, & res digna miraculo recte memoriæ mandabitur in exemplum cauendi, ſi quid deinceps uſpiam tale contigerit. Cap. xxxiiii.

Clarus quidam nomine, adoleſcens nobiliſſimus, mox preſbyter nunc felici beatus exceſſit, cum relictis omnibus ſe ad Martinum contuliſſet, breui tempore ad ſum

mum fidei, uirtutum'que omniũ culmen enituit. Itaq; cum haud longe sibi ab episcopi monasterio taberna-culum constituisset, multi'que fratres commorarentur apud eum, iuuenis quidam ad eum Anatolius nomine sub professione monachi omnem humilitatem, atq; inocentiam mentitus accessit, habitauit'que aliquam/diu in commune cum cæteris. Deinde procedente tempore angelos apud se loqui solere dicebat. Cum fidem nullus adhiberet, signis quibusdam pleros'que ad credendum cohortabatur. Postremo eousque processit, ut inter se, ac deum angelos discurrere ꝑdicaret, iam'que se unum ex prophetis haberi uolebat. Clarus tamẽ nequaquam ad credendum cogi poterat. Ille autem ei iram domini, & præsentes plagas, cur sancto non crederet, cõminatus, postremo in hanc uocem fertur erupisse. Ecce hac nocte uestem mihi candidam dominus de cœlo dabit, qua indutus in medio uestrum diuersabor, id'que uobis signum erit me in dei esse uirtute, q̃ dei ueste donatus sim. Tunc uero grandis omnium ad hanc professionem expectatio fuit. Itaque ad mediam ferè noctem fremitu insultantium commoueri omne monasterium loco uisum est. Cællulam autem, qua idem adolescens continebatur, crebris cerneres micare luminibus, fremitus'que in ea discurrentium, & murmur quoddam multarum uocum audiebatur. Deinde facto silentio, egressus unum de fratribus Sabatium nomine ad se uocat, tunicam'que ei, qua erat indutus, ostẽdit. Obstupefactus ille cõuocat cæteros. Ipse etiam Clarus accurrit, adhibito'que lumine uestem omnes diligenter inspiciunt. Erat autem summa mollicie, candore eximio, micanti purpura, nec tamen cuius esset generis, aut uelleris poterat agnosci. Curiosius tñ oculis, aut digitis attrectata, non aliud, q̃ uestis uidebatur. Interea Clarus fratres admonet orationi insistere, ut manifestius eis dominus, quid nam esset, ostẽderet. Itaque reliquum noctis hymnis, psalmis'que consumitur. At ubi illuxit dies, apprehensum dextera traheť ad Martinũ

uolebant, bene conſcii, illudi illum diaboli arte nō poſſe. Tunc uero reniti, ac reclamare miſer cœpit, interdictum'que ſibi eſſe dicebat, ne ſe Martino oſtēderet. Cum'q; inuitum eum ire cōpellerent, inter trahētium manus ueſtis euanuit. Vnde qs dubitet, hāc etiā Martini fuiſſe uirtutem, ut phātaſiam ſuam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda, diſſimulare diutius aut tegere non poſſe. Cap. xxxv.

Animaduerſum eſt tamen eodē fere' tempore fuiſſe in hiſpaniis iuuenem, qui cū ſibi multis ſignis auctoritatē parauiſſet, eouſque elatus eſt, ut ſe Heliam profiteretur. Quod cum plerique temere credidiſſent, addidit, ut ſe Chriſtum eſſe diceret. In quo etiam adeo illuſit, ut eū quidam epiſcopus Ruffus nomine, ut dominum adoraret, propter qđ eū poſtea ab epiſcopatu deiectū uidimus. Plerique etiam nobis e' fratribus retulerunt, eodē tempore in oriente quendam extitiſſe, qui ſe Ioānem eſſe iactitaret. Ex quo coniicere poſſumus, iſtiuſmodi pſeudoprophetis exiſtentibus Antichriſti aduentum imminere, qui iam in iſtis myſterium iniquitatis operatur. Cap. xxxvi.

Nec enim prætereūdum uidetur quanta Martinum ſub iiſdem diebus diabolus arte tentauerit. Quadam enim die præmiſſa precè, & circumiectus ipſa luce purpurea, quo facilius claritate aſſumpti fulgoris illuderet, ueſte etiam regia īdutus, diademate ex gemmis auro'que redimitus, calceis auro illitis, ſereno ore, læta facie, ut nihil minus q̄ diabolus putaretur, oranti in cællula aſtitit. Cum'q; Martinus primo aſpectu eius fuiſſet hebetatus, diu multum'que ambo ſilentium tenuerūt. Tū prior diabolus. Agnoſce, inquit, Martine, quem cernis Chriſtus ego ſum. Deſcenſurus ad terras prius me manifeſtare tibi uolui. Ad hæc cū Martinus taceret, nec quicquam reſponſi referret, iterare auſus eſt diabolus profeſſionis audaciam. Martine quid dubitas credere, cum uideas? Chriſtus ego ſum. Tum ille reuelante ſibi ſpiritu, ut intelligeret diabolum eſſe, non

deum,nõ se inquit, dominus Iesus purpuratum,& dia
demate renitentem uenturum esse prædixit. Ego Chri
stum,nisi in eo habitu & forma,qua passus est,nisi Cru
cis stigmata proferentem, uenisse non credam. Ad
hanc ille uocem statim ut fumus euanuit, & cællulam
tanto fetore compleuit, ut indubia indicia relinqueret
diabolum se fuisse. Hoc ita gestum, ut supra retulimus,
ex ipsius Martini ore cognoui, ne quis forte existimet
fabulosum. Cap. xxxvii.

Nam cum olim audita fide eius uita, atque uirtutibus
desiderio illius æstuaremus, gratam nobis ad uiden-
dum eum peregrinationem suscepimus. Simul, quia
iam ardebat animus illius scribere uitam, partim ab ip
so, inquantum ille interrogari potuit, sciscitati sumus,
partim ab iis, qui ĩterfuerãt, uel sciebãt, cognouimus.
Quo quidem tempore credi non potest, qua me hu-
militate, qua benignitate susceperit, congratulatus plu
rimum & gauisus in domino, ꝙ tanti esset habitus a'
nobis, quem peregrinatione suscepta expetissemus.
Miserum me, pene' non audeo confiteri, cũ me sancto
cõuiuio suo dignatus est adhibere. A quã manib⁹ nr̃is
ipse obtulit, ad uesperum autẽ ipse nobis pedes abluit.
Nec reniti aut cõtraire cõstãtia fuit, Ita illius auctorita
te oppressus sum, ut nefas putarẽ si non acquieuissem.
Sermo autem illius non alius apud nos fuit, q̃ mundi
huius illecebras, & sæculi onera relinquenda, ut domi
num Iesum liberi, expediti' ꝗ sequeremur. Præstantissi
mum'q; nobis præsentium tẽporũ illustris uiri Pauli-
ni, cuius supra mentionem fecimus exemplum ingere
bat, qui summis opibus abiectis Christum secutus, so
lus pene' his temporibus euãgelica præcepta comples-
set. Illum nobis sequendum, illum clamabat imitan
dum, beatum'ꝗ esse præsens sæculũ tantæ fidei, uirtu-
tis'que documento, cum secundum sententiã domini
diues & possidens multa, uendẽdo omnia, & dãdo pau
peribus, quod erat factu impossibile, possibile fecisset
exẽplo. Iam uero in uerbis & cõfabulatione eius, quã-

ta grauitas, quãta dignitas erat? Quã alacer, q̃ efficax, q̃ in exsoluendis scripturarum quæstionibus promptus, & facilis? Et quia multos ad hãc partẽ incredulos scio, quippe quos uiderim, me ipso etiam referente, non credere, Iesum testor, spem'q; cõmunẽ, me ex nullius unq̃ ore tantum scientiæ, tantũ ingenii, tã boni, & tã puri sermonis audisse. Quãq̃ in Martini uirtutibus quantula est ista laudatio? Nisi ꝙ mirũ ẽ, homini illiterato ne hanc quidem gratiam defuisse. Sed iam finem liber postulat, sermo claudendus est. Nõ ꝙ omnia, q̃ de Martino fuerant dicẽda, defecerint, sed quia nos ut inertes poetæ, extremo in opere negligẽtes, uicti materiæ mole succumbimus. Nam & si facta illius explicari uerbis utcunque potuerũt, interiorem uitam illius, & quotidianam conuersationem, & animum cœlo semper intentum. Nulla unquam (uere profiteor) nulla explicat oratio, illam scilicet perseuerãtiam, & temperamentum in abstinentia, & ieiuniis, potentiã in uigiliis, & orationibus, noctes'q; ab eo perinde ac dies actas, nullum'q; uacuũ ab opere dei tempus, quo uel ocio indulserit, uel negocio, sed ne cibo, aut somno quidẽ: nisi inquantũ naturæ cogebat necessitas. Vere fatebor non si ipse (ut aiunt) ab inferis Homerus emergeret, posset exponere, adeo omnia maiora in Martino sunt, q̃ ut uerbis concipi queant. Nunquam hora ulla, momentum'q; præteriit, ꝙ non aut orationi incumberet, aut insisteret lectioni, q̃q̃ etiã inter legẽdũ, aut si q̃d aliud forte agebat, nunquã animum ab oratione laxabat. Nimirum ut fabris ferrariis moris est, qui inter operandum pro quodam laboris leuamine incudem suam feriunt, ita Martinus etiam dum aliud agere uideretur semper orabat. O uere beatus, in quo dolus nõ fuit, neminem iudicans, neminem damnans, nulli malum pro malo reddens. Tantam quippe aduersum omnes iniurias patientiam assumpserat, ut cum esset summus sacerdos, impune etiam ab ĩfimis clericis læderetur, nec propter id eos aut loco unquam amouerit, aut a' sua, quantũ in

ipso fuit charitate, repulerit. Nemo unquam illum ui dit iratum, nemo mœrentem, nemo ridentem. Vnus idem'que semper cœlestem quodammodo lætitiam uul tu præferens extra naturam hominis uidebatur. Nunquam in illius ore nisi Christus, nũquam in illius corde nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. Plerunque etiam pro eorum, qui obtrectatores illius uidebãtur, solebat flere peccatis, qui remotum, & quietũ uenenatis linguis, & uipereo ore carpebant. Et uere nõnullos experti sumus liuidos uirtutibus, uitæque eius, qui in illo oderant, quod in se non uidebant, & quod imitari non ualebant. Atque o nefas dolendum, & ingemiscendum, non alii fuere insectatores eius, licet pauci admodum, non alii tamen, quàm episcopi ferebantur. Nec uero quenquam nominare necesse est, licet nosmetipsos plerique circũlatrent. Sufficit, ut si quis ex iis hæc legerit, & agnouerit, erubescat. Nam si irascitur, de se ipso dictum fatebitur, cum fortasse nos de aliis senserimus. Non refugimus autem, ut si qui eiusmodi sunt, nos quoque cum tali uiro oderint. Illud facile cõfido, omnibus sanctis opusculum istud gratum fore. De cætero si quis hæc infideliter legerit, ipse peccabit. Ego mihi conscius sum, me rerum fide, & amore Christi impulsum, ut scriberem, manifesta exposuisse, & uera dixisse. Paratum'que (ut spero) habebit a' Deo præmium, nõ quicunque legerit, sed quicunque crediderit.

Finis Libelli uitæ Sancti Martini, a' Seuero Sulpitio editi.

SEVERVS SVLPITIVS EVSEBIO PRESBYTERO POSTEA EPI SCOPO SALVTEM.

Hesterna die cũ ad me plerique monachi uenissent, inter fabulas iuges, longum'q; sermonem, mentio incidit libelli mei, quem de uita beati Martini edidi, studiose'q; eum a' multis legi libentissime audiebam. Interea indicatur mihi, dixisse quendam malo spiritu suscitatũ, cur Martinus, qui mortuos suscitasset, flãmas domib9 depulisset, ipse nuper adustus incendio, periculosæ fuisset obnoxius passioni. O istum quisquis est, miserum. iudæorum in uerbis eius perfidiã, & dicta cognoscim9, qui in cruce positum dominum his uerbis increpabãt. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Vere plane iste, quicunque est, si illis temporibus nat9 esset, & in dominum hac uoce dicere potuisset, qui simili sãctum domini blasphemat exemplo. Quid ergo? quisquis es, Martinus ideo non potens, ideo non sanctus, quia est periclitatus incendio? O beatum, & per omnia similem apostolis, etiam in his conuitiis uirum. Nempe hoc, & de Paulo gentiles, cum eum uipera mordisset, sensisse referuntur. Hic homo debet homicida esse, quem saluum factum de mari fata uiuere non siuerunt. At ille excussa uipera in ignem nihil mali patiebatur. Illi autem subito casurum, & repente moriturũ eum putabant. Sed cum uiderent nihil mali contingere ei conuertentes se dicebant, eum deum esse. Alioq uel horum exemplo, omnium mortalium ĩfelicissime perfidiam tuam coarguere ipse debueras, ut si tibi scandalum mouerat, q Martinus flamma ignis uidebatur attractus, hunc rursus attractum ad merita illius, & uirtutem referres, q circumseptus ignibus non perisset. Agnosce enim miser, agnosce, quod nescis, omnes fere' sanctos magis insignes periculorum suorum fulsisse uirtutibus. Video quidem Petrum fide potentem, rerũ obstante natura, mare pedibus supergressum, & instabi

les aquas corporeo pressisse uestigio. Sed non ideo minor mihi uidetur gẽtium prædicator, quem fluctus ob sorbuit, & post triduum, totidem' que noctes emergẽtem e' profũdo unda restituit. Atq; haud scio, an pene' plus fuerit uixisse in profundo, an supra maris profunda transisse. Sed hæc ut (ut arbitror) stulte non legeras, aut lecta non audieras. Neque enim absque diuino consilio istiusmodi exemplum beatus euangelista sacris litteris ꝓtulisset, nisi tu ex his humana mens erudiretur naufragiorum, atque serpentium casus. Et sicut apostolus refert, qui nuditate, fame, latronum' que periculis gloriatur, omnia hæc sanctis hominibus, atq; omnibus ad perpetiendum quidem esse communia, sed his tolerãdis, atque uincendis præcipuam semper iustorum fuisse uirtutem, dum per omnia tentamẽta patiẽtes, & semper inuicti, tãto fortius uincerent, quanto grauius pertulissent. Vnde hoc, quod ad Martini infirmitatem uocatur, plenum est dignitatis, & gloriæ, si quidem periculosissimo casu tentatus euicerit. Cæterum ommissum hoc a' me libello illo, quem de uita ipsius scripsimus, nemo miretur, cum ibidem sim professus, me non omnia illius facta complexum, quia si persequi uniuersa uoluissem, immensum uolumen legentibus edidissem. Neq; sunt tam parua, quæ gessit, ut omnia potuerint comprehẽdi. Sed tamen hoc, de quo quæstio incidit, latère nõ patiar, & rem omnem, ut gesta est, referam, ne forte inconsultum hoc, quod ad uituperationem beati uiri poterat opponi, prætermisisse uideamur.

Miraculum.

Cum ad diocesim quandam pro solenni consuetudine, (sicut episcopis uisitare ecclesias suas moris ẽ) media fere' Martin⁹ hyeme uenisset, mãsionem ei in secretario ecclesiæ clerici parauerũt, multum' q; ignẽ scabro, & ꝑ tenui iã pauimẽto subdiderunt, lectum ei plurimo stramine extruxerũt. Deide cũ se Martin⁹ cubitũ collocasset, ĩsuetã mollitiẽ strati male blandiẽtis horrescit, qppe, qui nuda humo, uno tantum cilitio superiecto accu

bare consueuerat. Itaque quasi accepta permotus iniuria stramentum omne in pauimentum proiecit. casu super fornaculam partem paleæ illius, quam remoue rat, abiecit. Ipse, ut erat moris, nuda humo lassitudīe itineris urgente requieuit. Ad mediam fere noctem per interruptum (ut supra diximus) pauimētum ignis æstuans arescentes paleas apprehendit. Martinus somno excitatus, re inopinata, ancipiti periculo, & maxime (ut referebat) diabolo insidiante, atque urgente præuētus, tardius q̄ debuit ad orationis confugit auxilium. Nam erumpere foras cupiens, cum pessulo, quem hostio obdiderat, diu, multum'que luctatus, grauissimum circa se sensit incendium, adeo ut uestem, qua indutus erat, ignis absumpserit. Tandem in se reuersus non in fuga, sed in domino sciēs esse præsidium, scutum fidei, & orationis arripiens, mediis flāmis totus ad dominū conuersus incubuit. Tū uero diuinitus igne summoto, innoxio sibi orbe flāmarum orabat. Monachi autē, qui pro foribus erant, crepitāte, & colluctante incendii sono, obseratas effringunt fores, demoto'q; igne, mediis flāmis Martinum auferunt, cum iam penitus esse consumptus tam diuturno incendio putaretur. Cæterum uti uerbis meis dominus est testis, mihi ipse referebat, & non sine gemitu fatebatur, in hoc se diaboli arte deceptum, ut excussus e' somno consilium nō haberet, quo per fidem, & orationem periculo repugnaret. Denique tam diu circa se sæuisse ignem, quādiu erumpere hostium turbatus mente tentauerit. Vbi uero auxilium Crucis, & orationis arma repetisset, medias cessisse flāmas, se'que tum sensisse rorantes, quas male esset expertus urentes. Vnde intelligat, quisquis hæc legerit, nō solum tentatum quidē illo Martinum periculo, sed & probatum.

FINIS

SEVERVS SVLPITIVS AVRE
LIO DIACONO SA-
LVTEM.

Postquam a' me mane digressus es, eram residens solus in cællula, subierat'que me illa, quæ sæpius occupat, cogitatio, spes futurorum, præsentium'que fastidium, iudicii met⁹, formido pœnarũ, & quod cõsequẽs erat, atque unde cogitatio tota descenderat, peccatorũ meorum recordatio tristem me, confectum'que reddiderat. Deinde cum fatigata angore animi in lectulo membra posuissem, ut plærunque ex mœstitudine solet, somn⁹ obrepsit, Qui ut semper matutinis horis leuior incertus'que, ita suspensus ac dubius per membra diffunditur, ut quod in alio sopore non euenit, pene' uigilãs dormire te sentias, Cum repente sanctum Martinum episcopum uidere mihi uideor prætextatum stola candida, uultu igneo, stillãtibus oculis, crine purpureo, atque ita mihi in ea habitudine corporis, forma, qua eũ noueram, uidebat', ut, quod eloqui nobis pene` difficile est, nõ posset aspici, cum posset agnosci. Arridens'q; mihi paululum libellum, quem de uita illius scripseram, dextera præferebat. Ego sancta genua eius complexus benedictionem pro consuetudine flagitabam, superpositam'que capiti meo manum tactu blandissimo sentiebam, cum inter benedictionis uerba solẽnia familiare illud ori suo, crucis nomen iteraret. Mox in eum luminibus intentis, cum ex satiari uultu illius, conspectu'que nõ possem, subito mihi in sublime sublatus eripitur, donec immẽsa aeris istius uastitate, cum tamẽ rapida nube subuectum acie sequerer oculorum, patenti cœlo receptus uideri ultra non potuit. Nec multo post sanctum presbyterum Clarũ, discipulũ illius, qui nuper excesserat, uideo eandem, quam magistrum uiã scandere. Ego impudens sequi cupiens, dum altos gressus molior, & connitor, euigilo, somno'que excitus cõgratulari cœperam uisioni, cum ad me puer familia-

ris ingreditur solito tristior uultu loquentis pariter & dolentis. Quid tu, inquam, tã tristis loqui gestis? Duo inquit, monachi a' Turonis affuerunt, dominum Martinum obiisse nunciantes. Concidi, fateor, obortis' que lacrymis fleui uberrime. Quin etiam dum hæc ad te frater scribimus, fluunt lacrymæ, nec ullum impatientissimi doloris admitto solatium. Te uero ubi hoc mihi nunciatum est, participem esse uolui luctus mei, qui eras socius amoris. Veni ergo ad me statim, ut pariter lugeamus, quem pariter amam⁹. Quanq̃ sciam uirum illum non esse lugendum, cui post euictum, triumphatum' que sæculum nunc demum reddita est corona iustitiæ. Sed tamen ego nõ possum mihi imperare, quin doleam. Præmisi quidem patronum, sed solatium uitæ præsẽtis amisi. Et si rationem ullam dolor admitteret, gaudere deberem. Est enim ille consertus apostolis, ac ꝓphetis, & (quod pace sanctorum omnium dixerim) in illo iustorum grege nulli secundus, ut spero, credo, & confido, illis potissimum, qui stolas suas in sanguĩe lauerũt, aggregatus, agnum ducem ab omni integer labe comitatur. Nam licet ei ratio temporis nõ potuerit præstare martyrium, gloria tamẽ martyris nõ carebit, quia uoto atque uirtute, & potuit esse martyr, & uoluit. Quod si ei Neronianis, Decianis' que temporibus in illa, quæ tunc extitit, dimicare congressione licuisset, testor deum cœli, terræ' que sponte eculeum ascendisset, ac ultro se ignibus intulisset, hæbreis' que pueris æquãdus iter flãmarum globos, media licet hymnũ domini in fornace cantasset. Quod si Esaianum illud supplicium persecutori forte placuisset, nunquã profecto impar profanis serris & laminis dissecari membra timuisset. At si præcisis rupibus, abruptis' que montibus agere felicem furor impius maluisset, perhibeo cõfisus testimonium ueritati, sponte, cecidisset. Si uero gentium doctoris exemplo, gladio deputatus, inter alias, ut sæpe prouenit uictimas duceretur, primus omnium carnifice compulso, palmã sanguinis occupasset. Iam ue

ro aduersus omnes pœnas atque supplicia, quibus plerumque humana cessit infirmitas, ita a' cõfessione domini non recedens, immobilis obstitisset, ut lætus uulneribus, congaudens'que cruciatibus, quælibet iter tormenta risisset. Sed q̃q̃ ista non tulerit, impleuit tamẽ sine cruore martyrium. Nam quas ille pro spe æternitatis, humanorum dolorum non pertulit passiones? fame, uigiliis, nuditate, ieiuniis, opprobriis inuidorum, insectationibus improborum, cura pro infirmantibus, sollicitudine pro periclitantibus? Quo enim ille dolẽte non doluit? Quo scandalizante non ustus est? Quo pereunte non gemuit? Præter illa quotidiana illius aduersum humanæ, spiritualis'que nequitiæ diuersa certamina, dum in eo uariis tentationibus appetito semper exuperat fortitudo uincendi, patientia expectãdi, æquanimitas sustinendi. O uere ineffabilem uirum, pietate, misericordia, charitate, quæ cum quotidie etiam ĩ sanctis uiris sæculo frigescente frigescat, in illo tamen usq; ad finem aucta indies perseuerauit. Quo ego illius bono uel specialiter fruitus sum, cum me indignũ & non mœrẽtem unice diligebat. En rursus lacrymæ fluunt, imo'que de pectore gemitus erumpunt. In quo mihi post hæc homine similis requies? In cui⁹ erit charitate solatium? Me miserum, me infelicem. Potero ne unq̃, si diutius uixero, non dolere, ꝙ Martino supstes sum? Erit post hæc uita iucũda? Erit dies aut hora sine lacrymis? Aut tecum frater dilectissime potero illius mẽtionem habere sine fletu? Aut unquã loquens apud te, aliud, q̃ de illo loqui potero? Sed quid te in lacrymas, fletus'que commoueo? Ecce nunc consolatum esse te cupio, qui me consolari ipse non possum. Non deerit nobis ille (mihi crede) nõ deerit. Intererit de se sermocinantibus, astabit orantibus, quod'que iam hodie præstare dignatus est, uidendum se in gloria sua sæpe præbebit, & assidua, sicut ante paululum fecit, benedictione nos proteget. Inde secũdum ordinem uisionis, qua cœlum sequentibus se patere monstrauit, quo sequen-

dus esset. edocuit, quo spes nostra tendenda, quo anim⁹ dirigendus, instruxit. Quid tamẽ fiet frater, qđ mihi ipse sum conscius? Conscendere arduum illud iter, ac penetrare non potero, ita sarcina molesta me prægrauat, & peccati mole depressum, negato in astra cõscensu, sæua miserabilem ducit ĩ tartara. Spes tamen supest illa sola, illa postrema, ut quod per nos obtinere nõ possumus, saltem pro nobis orante Martino mereamur. Sed quid te frater diuti⁹ occupo epistola tam loquaci, demororq́ꝫ uenturum? Simul iam pagina impleta non recipit. Mihi tamen hæc fuit ratio sermonem istum longius proferendi, ut quia doloris nuncium epistola deferebat, eadẽ tibi ex quadã nr̃i cõfabulatione p̃staret charta solatium.

FINIS

EIVSDEM SEVERI SVLPITII EPISTOLA AD BASSVLAM DE LIBELLO OBITVS SANCTI MARTINI.

Seuerus Sulpitius Bassulæ parenti uenerabili salutem. Si parentes uocare in ius liceret, te plane expilationis, furti'que ream ad Prætoris tribunal iusto dolore traheremus. Quid enim non conquerar, quam a te patior iniuriam? Nullam mihi chartulam domi, nullum libellum, nullam epistolam reliquisti, ita furaris omnia, ita uniuersa diuulgas. Si quid ad amicum familiariter scripsi, si quid forte, dū ludimus, quod uelim tamen occultū esse, dictaui, omnia ad te prius pene'q̄ fuerint scripta, aut dictata perueniunt. Nimirum obæratos habes notarios meos, per quos tibi nostræ ineptiæ publicantur. Nec tñ aduersum eos possum moueri, si tibi parent, q in ius nostrū ex tua potissimū liberalitate uenerūt, se'q; adhuc tuos q̄ meos esse meminerunt. Tu sola es rea, tu sola culpabilis, quæ & mihi insidiaris, & illos fraude circumuenis, ut sine ullo delicto familiariter scripta, aut negligenter emissa illucubrata tibi penitus, atque impolita tradantur. Nam (ut de reliquis taceam) rogo, quēadmodū tam cito ad te epistola illa potuit peruenire, quā nuper ad Aureliū diaconē scripseramus? Ego enī Tholosæ positus, tu Treueris cōstituta, & tā longe a patria filio inqetante diuulsa, qua tandē familiarē illā epistolā occasione furata es? Nanq; accepi litteras tuas, quibus scribis in eadē epistola, qua de obitu dñi Martini fecerim mētionē, ipsū beati uiri transitū exponere debuissem. Quasi uero ego illā epistolā aut legēdā alii p̄terq̄ ipsi, ad quē missa uidet̄, ediderī, aut ego tāto sim opi destinat⁹, ut oīa, q̄ de Martino cognosci oportet, me potissimū scribēte notescāt. Itaque si q̄ de obitu scī episcopi audire desideras, ab illis potius, qui interfuere, cognosce. Ego tibi statui nihil scribere, ne ubiq; me publices. Tamē si das fidē, nulli te eē lecturā, paucis tuæ satisfaciā uolūtati. Itaq; p̄stabo, te iis, q̄ mihi sunt cōperta, participem.

Martinus igitur obitum suum longe ante præsciuit, di xit'q; fratribus dissolutioné sui corporis imminere. In terea causa extitit, q̃ cōdatésem diocesim uisitaret. Nã clericis ecclesiæ illius inter se discordantib⁹ pacé cupiés reformare, licet finé dierũ suorũ non ignoraret, profici sci tñ ob istiusmodi causam nõ recusauit, bonã hãc uir tutũ suarũ consumationé existimás, si pacé ecclesiæ red ditã reliqsset. Ita ꝓfectus cũ suo illo (ut semp) frequẽtis simo discipuloꝝ, sanctissimo'q; comitatu mergos ĩ flu mine cõspicat᷑ pisciũ prædã seq, & rapacé ĩgluuié assidu is urgere capturis. Forma, inqt, hæc dæmonũ ẽ. Insidi- ant᷑ incautis, capiũt nesciétes, captos deuorãt, exsatura ri'q; nõ queunt deuorátes. Impat deinde potéti uirtu- te uerboꝝ, ut eum, cui innatabãt, gurgité relinquẽtes aridas peterẽt, desertas'q; regiones, eo nimirum circa aues illas usus impio, quo dæmones fugare cõsueuerat. Ita grege facto omnes ĩ unũ illæ uolucres cõgregatæ, relicto flumine, montes, siluas'q; petierũt, nõ sine admi ratione multorum, qui tantam in Martino uirtutem uiderunt, ut etiam auibus imperaret. Aliquandiu ergo in uico illo, uel in ecclesia, ad quã ierat, commoratus, pace inter clericos restituta, cũ iam regredi ad monaste riũ cogitaret, uiribus corporis cœpit repente destitui, cõuocatis'q; discipulis ĩdicat se iã resolui. Tũ uero mœ ror & luct⁹ omniũ, uox una plangentiũ. Cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinquis? Inuadẽt enim gregẽ tuũ lupi rapaces. Et qs eos à morsib⁹ ꝑcusso pasto re ꝓhibebit? Scim⁹ quidẽ desiderare te Christum. Sed salua sunt tibi tua præmia, nec dilata minuẽtur. Nostri potius miserere, quos deseris. Tum ille motus his fleti- bus, ut totus semper in domino misericordiæ uiscerib⁹ affluebat, lacrymasse perhibetur, cõuersus'q; ad domi- num hac tantum flentibus uoce respondit. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborẽ, fiat uoluntas tua. Nimirum inter spem, amorem'q; posi tus dubitauit pene', quid mallet, quia nec hos deserere, nec a' Christo uolebat diutius separari. Nihil tamen in

uoto suo ponens, aut uolũtati relinquens, totũ se domini arbitrio, potestati'q; committens, non ne tibi his paucissimis uerbis dicere uidetur? Grauis quidẽ est domine corporeæ pugna militiæ, & iã satis ẽ, q̃ hucusq; certaui. Sed si adhuc in eodẽ labore pro castris tuorũ stare me præcipis, nõ recuso, nec fatiscẽtẽ causabor ætatem, munia tua deuotus implebo, sub signis tuis, quoadusq; tu iusseris, militabo. Et q̃uis optata sit seni missio post laborem, est tamẽ animus uictor annorũ, & cedere nescius senectuti. At si iã parcis ætati, bonũ mihi ẽ domine uoluntas tua. Hos uero, quib' timeo, ipse custodies. O uirũ ineffabilẽ, nec labore uictũ, nec morte uincendũ, qui in nullã se partẽ pnior inclinauerit, nec mori timuit, nec uiuere recusauit. Itaq; cũ iam per aliquot dies ui febriũ teneret, nõ tñ a' dei ope cessabat. Pernox i orõnib' & uigiliis, fatiscẽtes art' spũi seruire cogebat, nobili illo suo stratu i cinere & cilicio recubans. Et cũ a' discipulis rogaretur, ut saltem uilia sibi sineret stramẽta supponi, nõ decet, inquit, filii christianum nisi i cinere mori. Ego si aliud uobis exemplum reliquo, ipse peccaui. Oculis ac manibus in cœlum semper intentus, inuictũ ab oratione spiritum non relaxabat. Et cum a' presbyteris, qui tunc ad eum confluxerant, rogaretur, ut corpusculum lateris mutatione releuaret, sinite, inquit, sinite me fratres cœlum potius respicere q̃ terram, & suo iam itinere iturus ad dominum spiritus dirigatur. Hæc locutus diabolum uidet prope se assistere. Quid hic inquit, adstas cruẽta bestia? Nihil in me funeste reperies. Abrahæ me sinus recipiet. Cũ hac ergo uoce fatigatũ diuinis operibus spiritum cœlo reddidit. Et testati nobis sunt, qui affuerant, iam exanimo corpore glorificati hominis gloriam se uidisse. Vultus luce clarior renitebat, cum membra cætera ne tenuis quidem macula fuscaret. In aliis etiam, & in illo tantum artubus non pudendis septennis quodammodo pueri gratia uidebatur. Quis istũ unquã cilicio tectũ, quis cinerib' crederet inuolutũ? Ita uitro purior, lacte cãdidior, iã in quadã su-

turæ resurrectiouis gloria & natura demutatæ carnis ostẽsus ẽ. Iã uero ĩ obsequiũ funeris credi nõ potest, q̃n ta hominũ multitudo conuenerit. Tota obuiã corpori ciuitas ruit. Cũcti ex agris atq; uicis, multi'q; ex uicinis etiam urbibus affuerunt. O quantus luctus omnium, quanta præcipue mœrentium lamenta monachorum, qui eo die fere ad duo milia conuenisse dicuntur? Specialis Martini gloria, eius exẽplo in domini seruitute stirps tanta fructificauerat. Agebat nimirum ante se pastor extinctus greges suos, sanctæ illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, & aut emeritos senes, aut iuratos Christi in sacramenta tyrones, Tum uirginum chorus fletu abstinens præ pudore, cum lætandũ illi potius esse sentiret, quem iam suo dominus gremio cõfoueret, q̃ scõ dissimulabat gaudio, q̃d dolebat? si quidem fides flere prohiberet, gemitum extorqueret affectus. Et enim tam erat sancta de illius gloria exultatio, q̃ pia de morte confusio. Ignosce flentibus, gratulare gaudentibus, quia & pium est gaudere Martino, & pium est flere Martinum, dum unusquisque & sibi præstat, ut doleat, & illi debet, ut gaudeat. Hæc igitur beati uiri corpus usque ad locum sepulchri hymnis canora cœlestibus turba prosequitur. Cõparetur, si placet, sæcularis illa pompa, non dicam funeris sed triumphi. Quid simile Martini exequiis conferetur? Ducant illi præ curribus suis uinctos post terga captiuos, Martini corpus hi, qui mundum ductu illius uicerant, prosequuntur. Illos confusis plausibus populorum honoret insania, Martino diuinis plauditur psalmis, Martinus hymnis cœlestibus honoratur. Illi post triũphos suos in tartara sæua truduntur, Martinus Abraæ sinu lætus excipitur, Martinus hic pauper & modicus cœlum diues ingreditur. Illinc nos (ut spero) custodiens, me hæc scribentem respicit, te legentem.

FINIS.

SEVERI SVLPITII DIALOGVS DE MIRACVLIS SANCTI MARTINI EPISCOPI.

Interlocutores. Se. Sulpitius. Postumianus. Gallus.

Cap. i.

C Vm in unum locum ego & Gallus noster cõuenissemus, uir mihi & propter Martini memoriam (ex illius enim discipulis erat) & propter sua merita carissimus, interuenit nobis Postumianus meus nostri causa ab Oriẽte, quo se ante triẽnium patriam relinquens contulerat, regressus. Cõplexi hominem amantissimum, exosculati'q; genua, & pedes eius, cum uno atque altero spacio obstupefacti inuicem flentes præ gaudio deambulassemus, iactis in terram ciliciis consedimus. Tum prior Postumianus me intuens, cũ essem, inquit, ĩ remotis Aegypti partibus, libuit, ut ad mare usque procederem. Nauem illic onerariam offendi, quæ cum mercibus Narbonam petens, soluere parabat. Eadem nocte in somnis mihi astare uisus es, & iniecta manu me trahere, ut nauem illam conscenderem. Mox tenebras rumpente diluculo, cum de eo loco, in quo quieueram surrexissem, somnium meũ ipse mecum reputans, tanto tui desiderio subito correptus sum, ut nihil cõctatus nauem conscenderem, tricesimo die Marsiliam appulsus, inde huc decimo peruenerim, adeo prospera nauigatio piæ adfuit uoluntati. Tu modo propter quem tot maria transnauigauimus, tantum terræ transcurrimus, complectendum, perfruẽdum'q; te remotis oĩbus trade. Sul. Ego uero inquã, etiam cum tu in ægypto morareris, tot⁹ tecum semper animo, & cogitatione uersabar, me'que de te die, ac nocte cogitantem totum tua charitas possidebat, nedum modo me tibi extimes puncto temporis defuturũ, quo minus amore tuo pendens, te intuear, te audiam, tecum loquar, nullo penitus ĩsecretum nostrum, quod nobis hæc remotior cællula præstat, admisso. Nã hui⁹ nostri (ut arbitror) Galli præsentiã nõ moleste feres, quia hic

aduentu tuo (ut uides) pinde atq; ego, triũphat gaudio. Recte plane ĩquit Postumian⁹ in societate nr̃a Gallus iste retinebit', q̃a & si parũ mihi cognit⁹ est, pro eo tñ q̃ tibi ē carissim⁹, nõ potest mihi esse nõ car⁹, maxie cũ ex Martini sit disciplina. Neq; grauabor q̃libet cõserte uobiscũ (ut poscitis) cõfabulari, quippe cũ ꝑpter hoc uenerim, ut me huius Sulpitii mei (me autẽ utraq; manu cõplectebat') desiderio etiã uerbosus ĩpenderẽ. Sul. Eniuero inq̃, satis ꝓbasti, q̃ntũ pius amor possit, q nr̃i causa tot maria, tantũ'q; terrarũ emẽsus, a' sũmo (ut ita dicã) Solis egressu usq; ĩ eius occidua uenisti. Age ergo q̃a & secreti iter nos, nec occupati sumus, & sermoni tuo uacare debem⁹, edisseras nobis uelim, oẽm tuæ pegrinationis historiã, qualiter ĩ Oriẽte fides Christi floreat, quæ sit ibi scõrũ qes, quæ ĩstituta monachorũ, q̃tis' q; signis, ac uirtutib⁹ in seruis suis Christus opet'. Nã certe quia ĩ his regionib⁹, inter ista quæ uiuimus, ipsa nobis uita fastidio est, libenter ex te audiemus, si uel in eremo uiuere Christianis licet. Ad hæc Postumian⁹, Faciã, inquit, ut desiderare te uideo. Sed quæso prius ex te audiam, an isti omnes, quos hic reliquerã, sacerdotes tales sint, q̃les eos, anteq̃ ꝓficiscerer, noueram⁹. Tũ ego, absit a' te, inquã, ista quærere, q̃ aut una' mecũ (ut puto) nosti, aut si ignoras, nõ audire sit melius. Illud reticere nõ possũ, nõ solum illos, de quibus interrogas, nihil meliores, q̃ noueras, factos, sed unum illũ nostri quondã amãtem, in quo respirare ab istorum ĩsectationibus solebamus, asperiorem nobis fuisse, q̃ debuit. Nec uero quicquam in illũ inclementius dicã, quia & amicũ colui, & tunc etiã amaui, cũ putabat' inimicus. Me autem hæc tacitis cogitationib⁹ reuoluentẽ ad modũ dolor iste cõpungit, pene' nos sapientis & religiosi uiri amicitia destitutos, illũ quõdã tã amicũ nobis, tã amarũ in nos esse potuisse. Verũ hæc, quæ mœroris plena sũt, reliquamus, te potius, ut dudũ spopõderas audiam⁹. Ita, inqt, fiat, Postumian⁹. Quod cũ dixisset, paululũ oẽs cõticuim⁹. Deinde cilicium, cui ĩsederat, ad me propius admouit,

atq; ita exorsus est. Capitulum. ii.

Ante hoc trienniũ, quo tẽpore tibi Sulpiti hinc abiens, Vale dixi, ubi Narbonæ nauem soluimus, quinto die portũ Affricæ intrauimus, adeo ꝓspera dei nutu nauigatio fuit. Libuit aĩo adire Chartaginem, loca uisitare sanctorũ, & præcipue ad sepulchrũ Cypriani martyris adorare. Quĩtodecimo die ad portũ regressi, ꝓuecti'q; in altum, Alexandriam petentes reluctante austro pene' in syrtes illati sumus. Quod prouidi nautæ cauentes iactis nauem anchoris sistunt. Sub oculis autẽ terra cõtinens erat, in qua' scaphis egressi cũ uacua ab hũano cultu omnia cerneremus, ego studiosus explorandorũ locorũ gratia lõgius processi. Tribus fere' a' litore milibus paruũ tuguriũ inter arenas cõspicio, cuius tectum (sicut Salustius ait) quasi carina nauis erat, cõtiguũ terræ, satis firmis tabulatis cõstratũ. Nõ q; ibi uis imbriũ ulla timeat, fuisse aũt illic pluuiã nec aliqñ qdẽ auditũ ẽ, sed q; uentoꝝ ea uis ẽ, ut si qñ uel clementior e' cœlo aliquantulũ spirare flatus cœperit, maius in illis terris, q̃ in nullo mari naufragium fit. Nulla ibi germina, sata nulla ꝓueniũt, quippe instabili loco arẽtibus arenis ad oẽm motũ uentoꝝ cedentib⁹. Veꝝ ubi auersa quædã a' mari ꝓmontoria uentis resistũt, terra aliquãtulũ solidior herbã rarã atq; hispidã gignit, ea ouibus pabulum est satis utile. Incolæ lacte uiuunt. Qui solertiores sunt uel (ut ita dixerim) ditiores, ordeaceo pane utuntur. Ea ibi sola messis est, quæ celeritate prouentus per naturam soli, siue aeris uentorum casus euadere solet. Fertur quippe a' die iacti seminis, trigesimo die maturescere. Cõsistere autẽ ibi hoĩes nõ alia rõ facit, q̃ q; omẽs tributo liberi sũt. Extrema siqdem Cyrenorũ ora ẽ deserto illi contigua, qđ inter Aegyptũ & Affricã iteria cet, ꝑ quod olim Cato Cæsarẽ fugiens duxit exercitũ. Ergo ubi ad tuguriũ illud, quod eminus cõspexerã, ꝑtẽdi, inuenio senẽ ĩ ueste pellicea molã manu uertentẽ. Cõsalutat⁹ accepit nos benigne. Eiectos nos ĩ illud lit⁹ exponimus, & ne statim repetere cursum possemus ma

ris mollicia detineri, egressos ĩ terram (ut mos ẽ humani ingenii) naturã locorũ, cultum'q; habitãtiũ uoluisse cognoscere, christianos nos eẽ, id præcipue quærere, an eẽnt aliq inter illas solitudines xpiani. Tũ ille flẽs gaudio ad genua nr̃a ꝓuoluit, iteꝝ nos ac sæpius exosculatus inuitat ad orationẽ, deinde positis in terram uerue cũ pellibus facit nos discumbere. Apponit prandiũ sane locupletissimũ, dimidiũ panẽ ordeaceum. Eramus autẽ nos quatuor, ipse erat quintus. Fasciculum etiam herbæ ĩtulit, cuius nomẽ excidit, quæ mẽtæ similis exuberãs foliis, saporẽ mellis ꝓstabat. Huius ꝓdulci admodũ suauitate delectati, atq; exsatiati sumus. Ad hæc subridẽs ego ad Gallũ meũ. Quid inquam, Galle? Placetne tibi prãdiũ fasciculus herbaꝝ, & panis dimidi⁹ uiris quiq;? Tũ ille, sicut ẽ uerecũdissimus, aliquãtulũ erubescẽs, dũ fatigationẽ meã accepit, facis, inqt, Sulpiti more tuo, q̃ nullã occasionẽ (si q̃ tibi porrecta fuerit) omittis, quin nos edacitatis fatiges. Sed facis inhumane, qui nos Gallos hoĩes cogis exẽplo ãgeloꝝ uiuere, q̃q̃ ego studio mãducandi etiã angelos mãducare credã. Nam istũ dimidiũ ordeaceũ timeo uel solus attigere. Sed cõtẽtus sit hoc Cyrenẽsis ille, cui uel necessitas, uel natura est esurire, uel postremo isti, quib⁹ credo marina iactatio inediam cibi fecerat. Nos ꝓcul à mari absumus, & (quod tibi sæpe testatus sum) Galli sumus. Sed pergat hic potius explicare sui Cyrenẽsis historiã. Enimuero inquit Postumianus, cauebo post hæc cuiusq̃ abstinentiã ꝓdicare, ne Gallum nostrũ arduũ penitus offendat exẽplũ. Statuerã aũt & cœnã Cyrenẽsis illi⁹, uel cõseq̃ntia (septẽ enim dieb⁹ apud ip̃m fuim⁹) referre conuiuia. sed supsedẽdũ est, ne Gallus se extimet fatigari. Cæterũ postero die cũ aliqui ex incolis ad nos uisendos confluere cœpissent, cognouim⁹ illũ hospitẽ nr̃m esse presbyterũ, qđ sũma nos dissimulatiõe cœlauerat. Deinde cũ ip̃o ad ecclesiã ꝓcessimus, quæ fere duob⁹ milib⁹ aberat, à cõspectu nr̃o interiectu montis exclusa. Erat autẽ uilib⁹ texta uirgultis, nõ multo ambitior, q̃ nr̃i hospitis

tabernaculũ, in quo nisi incuruus qs nõ poterat cõsiste re. Cũ hominũ mores quærerem⁹, illud præclarũ aĩad/ uertim⁹, nihil eos neq; emere, neq; uẽdere. Quid sit fra/ us atq; furtũ, nesciunt. Aurũ atq; argentum, quæ prima mortales putãt, neq; habent, neq; habere cupiũt. Nam cũ ego pſbytero illi decẽ nũmos aureos obtulissem, re fugit altiore cõsilio, ꝓtestatus ecclesiã auro nõ strui, sed potius destrui. Aliquantulũ ei uestimẽtorũ indulsim⁹, qđ cum ille benigne accepisset, reuocantibus nos ad mare nautis discessimus. Capitulum. iii.

Prospero itaq; cursu septimo die Alexandriã ꝑuenim⁹, ubi fœda inter ẽpos, atq; monachos certamia gerebãt, ex ea occasione uel causa, quia cõgregati in unũ sæpius sacerdotes frequẽtibus decreuisse synodis uidebant, ne qs Origenis libros legeret, aut haberet, q tractator scri/ pturarũ scãrũ peritissimus habebat. Sed ẽpi quædã in li bris ipsius insanius scripta memorabãt, quæ assertores eius defendere nõ ausi ab hereticis poti⁹ fraudulẽter in/ serta dicebãt, & ideo nõ ꝓpter illa, quæ ĩ reprehensionẽ merito uocarent, etiã reliqua esse damnãda, cũ legẽtiũ fides facile posset hẽre discrimen, ne falsata sequerẽt, & tamẽ catholice disputata retinerent. Non esse autẽ mi/ rũ, si in libris neotericis, & recenter scriptis fraus hereti/ ca fuisset oꝑata, quæ in quibusdã locis nõ timuisset inci dere euãgelicã ueritatẽ. Aduersum hæc ẽpi obstinati⁹ renitentes pro potestate cogebãt, recta etiam uniuersa cum prauis, et cum ipso auctore damnare, quia satis su perq; sufficerẽt libri, quos ecclesia recepisset. Respuẽdã esse penitus lectionem, quæ plus esset nocitura insipien tibus, q̃ profutura sapientibus. Mihi autẽ ex illis libris quædã curiosius indaganti admodũ multa placuerũt. Sed nõnulla deprehendi, in quib⁹ illũ praua sensisse nõ dubiũ ẽ, quæ defensores ei⁹ falsata cõtendunt. Ego mi ror unũ eundem'q; hoiem tã diuersũ a' se esse potuisse, ut in ea parte, qua ꝓbat neminẽ post apostolos habeat æqualem, in ea uero, qua iure reprehẽdit, nemo defor mi⁹ doceat errasse. Nã cũ ab ẽpis excerpta ĩ libris illius

multa legerent, quæ cõtra catholicã fidẽ scripta consta rent, locus ille uel maximã parabat inuidiã, in quo edi tum legebat, ꝙ domin⁹ Iesus sicut pro redẽptione hominis in carne uenisset, & crucẽ pro hominis salute per pessus, mortẽ pro hominis æternitate gustasset, ita eẽt eodẽ ordine passionis etiã diabolũ redempturus, quia hoc bonitati illius, pietati'q; congrueret, ut qui perditũ hominem reformasset, prolapsum quoq; angelũ liberaret. Cũ hæc atq; alia istiusmodi ab episcopis ꝓderent, ex studiis partiũ orta seditio ẽ. Quæ cũ reprimi sacerdo tum auctoritae non posset, sæuo exemplo ad regendã ecclesiasticam disciplinam præfectus assumitur, cuius terrore dispersi fratres, ac ꝑ diuersas oras monachi sunt fugati, ita ut propositis edictis in nulla cõsistere sede sinerent. Illud me admodũ permouebat, ꝙ Hieronym⁹ uir maxime catholicus, & sacræ legis peritissimus, Ori genẽ secutus primo tẽpore putabat, quẽ nunc idẽ præcipue uel oĩa eius scripta dãnaret. Nec uero ausus sum de quoq̃ temere iudicare. Præstantissimi tamen uiri, & doctissimi ferebant in hoc certamine dissidere. Sed tamẽ siue illud error est (ut ego sentio) siue heresis (ut putatur) non solũ reprimi nõ potuit multis animaduersionib⁹ sacerdotũ, sed nequaq̃ tã late se potuisset effundere, nisi cõtẽtione creuisset. Istiusmodi ergo turbatione, cũ ueni, Alexandria fluctuabat. Me qdẽ ep̃s illius ciuitatis benigne admodũ, & melius, q̃ opinabar: excepit, & secũ tenere tẽtabat. Sed nõ fuit aĩus ibi cõsistere, ubi recens fraternæ cladis feruebat inuidia. Nã & si uideant fortasse fr̃es parẽre ep̃is debuisse, nõ ob hãc tamẽ causã, multitudinẽ tãtã sub Christi cõfessione uiuentẽ ꝑsertim ab episcopis oportuisset affligi. Cap. iiii.

Igitur inde digressus Bethleem, oppidũ petii, quod ab Hierosolymis sex milibus separatur, ab Alexãdria aũt sexdecim mansionibus abest. Ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter regit, nam parochia ẽ episcopi, qui Hierosolymam tenet. Mihi iãpridem Hieronymus superiore illa mea pegrinatiõe, cõpertus facile obtinuerat,

ut nullũ, mihi expetendũ rectius arbitrarer. Vir.n. præter fidei meritũ, dotem'q; uirtutũ non solũ latinis, atq; græcis, sed hæbreis etiã lr̃is ita est institutus, ut se illi in omni scientia nemo audeat cõparare. Miror aũt, si nõ & uobis per multa, quæ scripsit, opa comptus est, cũ p totũ orbẽ legant. Nobis uero, Gallus inquit nimiũ, nimium'q; compt⁹ẽ. Nã ante hoc qnquenniũ quẽdã illi⁹ libellũ legi, in quo tota nostrorũ natio monachorum ab eo uehementissime uexat, & corripitur. Vnde interdũ Belgicus noster ualde irasci solet, q dixerit nos usq; ad uomitũ satiari. Ego autem illi uiro ignosco, atq; ita sentio, de orientalibus illum potius monachis, q̃ de occidentalibus disputasse. Nam edacitas in græcis gula est, in gallis natura. Po. Tum ego, scholastice, inquam, defẽdis Galle gentẽ tuã. Sed quæso te, liber iste nunqd hoc solũ uitium damnat in monachis? Gal. Imo uero, inquit, nihil penit⁹ omisit, quod nõ carperet, laceraret, exponeret. Præcipue auaritiam, nec minus uanitatẽ insectatus est. Multa de superbia, nõ pauca de superstitione disseruit. Vere fatebor, pinxisse mihi uidetur uitia multorum. Cæterum de familiaribus uirginum, & monachorum, atque etiam clericorum, q̃ uera, q̃ fortia dis putauit? Vnde a' quibusdam, quos nominare nolo, dicitur non amari. Nam sicut Belgicus noster irascit, edacitatis nimiæ nos notatos, ita illi fremere dicuntur, cũ in illo opusculo scriptum legunt, Cœlibem spernit uirgo germanũ, fratrẽ quærit extraneũ. Sul. Ad hæc ego, nimiũ inquã, Galle progrederis. Caue ne & te aliquis, qui hæc agnoscit, exaudiat, te'q; unà cũ Hieronymo incipiat nõ amare. Nã quia scholastic⁹ es, non ĩmerito te uersu comici illius admonebo. Obsequiũ amicos, ueritas odiũ parit. Tua nobis potius (ut cœpas) Postumiane orientalis repetat oro. Po. Ego inqt, ut dicere ĩstituterã, apud Hieronymũ sex mẽsib⁹ fui, cui iugis aduersum malos pugna, perpetuum'que certamen consciuit odia pditorũ. Oderũt eũ heretici, quia eos ĩpugnar nõ desinit, Oderunt eum clerici, quia uitã eorũ insectat, &

crimina. Sed plane eum boni omnes & admirantur, & diligunt. Nam qui eum hereticum esse arbitrantur, insaniũt. Vere dixerim, catholica hominis sciẽtia, sana'qꝫ doctrina est. Totus semp in lectione, tot⁹ in libris est, non die, non nocte requiescit, aut legit aliquid semper, aut scribit. Quod nisi mihi fuisset fixum animo, & promissum deo teste propositum, eremum adiř, uel exigui temporis puncto a' tanto uiro discedere noluissem. Huic ergo traditis, & commissis oı̄bus meis, omni'qꝫ familia, quæ me contra uoluntatem animi mei secuta tenebat implicitum, exoneratus quodammodo graui fasce penitus, ac liber regressus Alexandriam, uisitatis ibi fratribus, ad superiorem inde Thebaidẽ. i. ad Aegypti extrema cõtendi. Ibi enim uastæ patentis eremi solitudines plurimum ferebantur habere monachorum. Lõgum est, si omnia cupiam referre, quæ uidi, tamen pauca perstringam e' pluribus. Cap. v.

Haud lõge ab eremo cõtigua Nilo multa sunt monasteria. Habitãt uno in loco plerũqꝫ cẽteni, qb⁹ summũ ius ẽ, sub abbatis impio uiuere, nihil arbitrio suo agere, oı̄a ad nutũ illius, potestatem'qꝫ pẽdere. Ex his, si q maiorẽ uirtutẽ mẽte cõcepint, ut acturi solitariá uitá se ad eremũ cõferãt, nõ nisi pmittẽte abbate discedũt. Hæc illorum prima uirtus ẽ, parère alieno impio. Transgressis ad eremũ, abbatis illi⁹ ordinatione panis, uel qlibet cibus ali⁹ ministrať. Casu p illos dies, quib⁹ illo' aduenerã, cuidá, q nup ad eremũ secesserat, neqꝫ ampli⁹ ab hoc monasterio q̃ sex milib⁹ tabernaculũ sibi cõstruxerat, panẽ abbas p duos pueros miserat, quoꝝ maior habebat ætatis ãnos. xv. minor uero duodénis erat. His ergo inde redeũtib⁹ aspis miræ magnitudı̄s fit obuiã, cuius occursu nihil pterriti, ubi ante pedes eoꝝ uenit, q̃si incãtata carminibus cærulea colla deposuit. Minoris aũt pueri manu apphẽsa, ac pallio inuoluta ferri cœpit. Deinde monasteriũ q̃si uictor ı̄gressus, ı̄ occursũ fratrũ, expectãtibus cunctis captiuam bestiam resoluto pallio non sine tumore iactantiæ deposuit. Sed cum infantiũ fidẽ,

atque uirtutem cæteri pærdicarent, abbas ille altiori cō silio, ne infirma ætas insolesceret, uirgis utrumq; compescuit, multum obiurgatos, cur ipsi, quod per eos dominus operatus fuerat, prodidissent, opus illud nō suæ fidei, sed diuinæ fuisse uirtutis, discerent potius deo in humilitate seruire, & non in signis, & uirtutibus gloriari, quia melior esset infirmitatis cōscientia, uirtutum uanitate. Hoc ubi ille monachus audiuit, & periclitatos infantulos serpentis occursu, & ipsos insuper multa uerbera uicto serpente meruisse, abbatem obsecrat, ne sibi post hæc panis ullus, aut cibus aliquis mitteret. Iam'q; octauus dies fuerat emēsus, quo se homo Christi intra periculum famis ipse concluserat. A rebāt mēbra ieiunio, sed deficere mens cœlo intenta non poterat. Corpus inedia fatiscebat. fides firma durabat. Cum interim admonitus abbas ille per spiritum, ut discipulum uisitaret, pia sollicitudine cognoscere cupiens, qua uitæ substantia uir fidelis aleretur, qui ministrari sibi panem ab homine noluisset, ad requirendum eū ipse proficiscitur. Ille ubi eminus senem uenire conspexit, occurrit, agit gratias, ducit ad cællulam, cum īgressi ambo pariter conspiciunt palmiceā sportam foribus affixam de poste pendere. Ac primum calidi panis odor sentit, tactu uero, ac si ante paululū focis esset erept⁹, ostendit, ægyptii tamen panis forma non cernitur. Obstupefacti ambo munus cœleste cognoscunt. Cum ille hoc abbatis aduentui præstitum fateret, abbas uero illius fidei, ac uirtuti id potius ascriberet, ita ambo cœlestem panē cum multa exultatione fregerūt. Quod cum senex ad monasterium post regressus fratribus retulisset, tantus omnium incenderat ardor animos, ut certatim ad eremum, & sacras solitudines ire properarent, miseros se fatentes, qui diutius in congregatione multorum, ubi humana esset patiēda conuersatio, resedissēt. Cap. vi.

In hoc monasterio duos ego senes uidi, qui iam per .xl. annos ibi degere, ita ut nunquam inde discesserint, ferebantur, quorum non prætereunda mihi commemo-

ratio uidetur. Si quidem id de eorum uirtutibus, & abbatis ipsius testimonio, & omniũ fratrum audierim sermone celebrari, ꝙ unũ eorũ sol nũquã uidisset epulãtẽ, alterũ nunquã uidisset iratũ. Ad hæc Gallus me intuẽs, o, si uester ille (nolo nomẽ edicere) nũc adesset, uellim admodũ istud audiret exemplũ, quẽ in multorum sæpe psonis nimiũ experti sumus uehemẽter irasci. Sed tñ quia inimicis suis, quãtum audio, nuper ignouit, si istud audiret, magis magis'ꝗ proposito cõfirmaretᷣ exẽplo, præclarã esse uirtutẽ iracundia non moueri. Nec uero inficiabor, iustas illi causas iratũ fuisse. Sed ubi durior pugna, ibi gloriosior est corona. Vnde quendã (si agnoscis) censeo iure laudãdum, ꝙ cũ eũ libertus deseruerit ingratus, miseratus est potius q̃ insectatus abeũtem. Sed neꝗ illi irascitᷣ, a' quo uidetᷣ abduct⁹. Ego aũt, nisi istud uincendæ iracundiæ Postumianus prodidisset exemplũ, grauiter irascerer discessione fugitiui. Sed quia irasci non licet, tota istorũ cõmemoratio, quæ nos cõpungit, abolenda ẽ. Te, inquã, Postumiane, te poti⁹ audiamus. Po. Faciã, inquit Galle, quod præcipis, quatenus tam studiosos audiendi uos uideo. Sed mementote, quia non sine fœnore istum apud uos depono sermonem. Libens præsto, quod poscitis, dummodo paulopost, qđ poposcero, non negetis. Gal. Nos uero, inquam, nihil habemus, in quo tibi mutuũ, uel sine fœnore restituere possimus. Sed tamen quicquid putaueris, imperato, dũmodo, ut cœperas, desideriis nostris satisfacias. Valde enim nos tua delectat oratio. Nihil (inquit Postumianus) uestra studia fraudabo. Et quia eremitæ unius incipientis agnouistis uirtutem, referã adhuc uobis pauca de pluribus. Cap. vii.

Ergo ubi prima eremi ingressus sum, duodecim ferè a' Nilo milibus (habebam autem unum ex fratribus ducem locorum peritum) peruenimus ad quendam senẽ monachum, sub radice montis habitantem. Ibi (quod in illis locis rarissimum est) puteus erat. Bouem unũ habebat, cuius hic erat totus labor, impulsa rotali machi-

na aquã producere. Nã fere mille, aut amplius pedum profundũ putei ferebatᷣ. Hortus illic erat, multis oleribus copiosus, id quidẽ cõtra naturã eremi, ubi oĩa arentia, exusta solis ardoribus nullius unquam seminis uel exiguam radicẽ ferunt. Verũ hoc sancto illi labor cum pecore communis, & propria præstabat industria. frequens enim irrigatio aquarum tãtam pinguedinẽ arenis dabat, ut mirum in modum uiuere, atque fructificare horti illius olera uideremus. Ex his igitur unà cũ domino bos ille uiuebat. Nobis quoq; ex ea copia cœnã sanctus dedit. Ibi uidi (quod uos Galli forte non creditis) ollam cum olleribus, quæ nobis in cœnã præparabantur, sine igne feruere, tãta uis solis est, ut q bussi bet coquis, etiam ad Gallorum pulmẽta sufficiat. Post cœnam autem iã inclinãte uespera inuitat nos ad arborem palmã, cuius interdũ pomis uti solebat, quæ fere duobus milibus aberat. Nã hæ tãtũ in eremo arbores, licet raro, habentur tamẽ. Quod utrũ solers antiquitas ꝓcurauerit, an solis natura gignat, ignoro, nisi deꝰ præscius habitandã quãdoq; à sanctis eremum, hæc seruis suis parauerit. Ex maiori enim parte, qui intra illa secreta consistunt, cum alia ibi germina nulla succedant, istarum arborum pomis aluntur. Ergo ubi ad illam, ad quam nos humanitas nostri hospitis ducebat, arborem peruenimus, leonem ibi offendimus. Quo uiso, ego & dux ille meus intremuimus. Sanctus uero ille incunctãter accessit. Nos licet trepidi, secuti sumus. Fera paulu-lum, ut cerneres imperatam, adeo modesta secessit, & cõstitit, dum ille attigua ramis humilioribus poma decerperet. Cum'que plenam palmulis manum obtulisset, occurrit bestia, accipit'que tam libere, q̃ nullum animal domesticum, & cum comedisset, abscessit. Nos hæc intuentes, & adhuc trementes, facile potuimus perpendere, quãta in illo fidei uirtus, & quanta in nobis esset infirmitas.

Cap. viii.

Alium æque singularem uirum uidimus paruo tugurio, in quo nõ nisi unum recipi posse habitantẽ. De hoc

illud ferebatur, ꝙ ei lupa solita erat astare cœnanti, nec facile unquam bestia falleretur, quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret: & tam diu pro foribus expectaret, donec ille panem, qui cœnulæ superfuisset, offerret. Illa manum eius lambere solita, atque ita quasi ĩpleto officio, & præstita consolatiõe discedere. Sed forte accidit, ut sanctus ille, dum fratrem, qui ad eum uenerat, deducit abeuntem, diutius abesset, & nõ nisi sub nocte remearet. Interim bestia ad cõsuetudinarium illud cœnæ tempus occurrit, uacuam cællulam, cum familiarem patronum abesse sentiret, ingressa, curiosius explorans, ubi nam esset habitator. Casu contigua cum panibus quinque palmicea sportella pendebat, ex his unum præsumit, & deuorat, deide perpetrato scelere discessit. Regressus eremita uidet sportellã dissolutam, nõ cõstãte panũ numero. Dãnũ rei familiaris ĩtelligit, ac prope limẽ panis absumpti fragmẽta cognoscit. Sed nõ erat ĩcerta suspitio, quæ furtũ ꝑsona fecisset. Ergo cũ sequẽtibus diebus secũdũ cõsuetudinẽ bestia non uenisset, nimirum audacis facti cõscia ad eum uenire dissimulãs, cui fecisset iniuriã, ægre patiebatur eremita, se alumnæ solatio destitutum. Postremo illius oratione reuocata, septimum post diem adfuit (ut solebat ante) cœnanti. Sed ut facile cerneres uerecundiam pœnitentis, non ausa propius accedere, deiectis in terram profundo pudore luminibus, quod palam licebat intelligi, quandam ueniam precabatur, Quam illius confusionem eremita miseratus, iubet eam propius accedere, ac manu blãda caput triste permulcet, deinde pane duplicato ream suam reficit. Ita indulgentiam consecuta, officii consuetudinẽ deposito mœrore reparauit. Intuemini queso Christi etiam in hac parte, uirtutem, cui sapit omne, quod brutum est, cui mite est omne, quod sæuit. Lupa præstat officium. lupa furti crimen agnoscit. lupa conscio pudore confunditur. uocata adest. caput præbet, & habet sensum indultæ sibi ueniæ, sicut pudorem gessit errati. Tua hæc uirtus Christe, tua sunt hæc Christe mi-
racula

cula. Etenim, quæ in tuo nomine operantur serui tui, tua sunt. Et in hoc ingemiscimus, ꝙ maiestatem tuam feræ sentiunt, homines non uerentur. Cap. ix.

Ne cui autem hoc incredibile forte uideatur, maiora me morabo. Fides Christi adest, me nihil fingere, neque icertis auctoribus uulgata narrare. Sed quæ mihi per fideles uiros comperta sunt, explicabo. Habitant pleriq; in eremo sine ullis tabernaculis, quos anachoritas uocant. Viuunt herbarum radicibus, nullo unquam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequententur. Quas nox coegerit, sedes habent. Ad quendam igitur hoc ritu atque hac lege uiuentem, duo ex Nitria monachi, licet longa & diuersa regione, tamen quia olim ipsis in monasterii conuersatione carus, & familiaris fuisset, auditis eius uirtutibus, tetenderunt. Quem diu, multum'que quæsitum tandem mense septimo repererunt in extremo illo deserto, quod est Memphis contiguum, demorantem, quas ille solitudines iam per annos duodecim dicebatur habitare. Qui licet omniũ hominum uitaret occursus, tamen agnitos non refugit, se'que carissimis per triduum non negauit. Quarto die aliquantulum progressus cum prosequeretur abeuntes, leenam miræ magnitudinis ad se uenire conspiciunt. Bestia licet tribus repertis, non incerta quem peteret, anachoritæ pedibus aduoluitur, & cum fletu quodam, ac lamentatione procumbens indicabat gementis pariter, & rogantis affectum. Mouit omnes, & præcipue illum, qui se intellexerat expetitum. Præcedentem sequuntur, nam præiens & subinde restans, subinde'que respectans facile poterat intelligi, id eam uelle, ut quo ipsa ducebat, anachorita sequeretur. Quid multis moror? Ad speluncam bestiæ peruenitur, ubi illa adultos iam quinque catulos male fœta nutriebat. Qui ut clausis luminibus ex aluo matris exierant, cæcitate perpetua tenebantur. Quos singulos de rupe prolatos ante anachoritæ pedes mater exposuit. Tum demum Sanctus animaduertit, quid bestia postularet,

inuocato'que dei nomine contrectauit manu lumina clausa catulorum, ac statim cæcitate depulsa, apertis oculis bestiarum diu negata lux patuit. Ita fratres illi, anachorita, quem desiderauerant, uisitato, cum admodum fructuosa laboris sui mercede redierunt, qui in testimonium tãtæ uirtutis admissi fidem sancti, & gloriam Christi, quæ per ipsos esset testificanda, uidissent. Mira dicturus sum, leenam post dies quinq; ad auctorem tanti beneficii reuertisse, eidem que inusitatæ feræ pellem pro munere detulisse. Qua plerunque sanctus ille, quasi amictulo circũtectus, non dedignatus est munus per bestiam sumere, cuius alium potius interpretabatur auctorem. Capitulum. x.

Erat etiam alterius anachoritæ in illis regionibus nomen illustre, qui in ea parte deserti, quæ Syenis iungitur, habitabat. Hic cum primum se ad eremum contulisset, herbis, herbarum'que radicibus, quas prædulces interdum, & saporis eximii fert arena, uicturus, ignarus germinis eligendi, noxia plerumque carpebat. Nec erat facile uim radicum sapore discernere, quia omnia æque dulcia, sed pleraque occultiore natura uirus letale cohibebant. Cum ergo edentem uis interna torqueret, & immensis doloribus uitalia uniuersa quaterentur, ac frequens uomitus cruciatib⁹ non ferendis ipsam animæ sedem, stomacho iam fatiscente, dissolueret, omnia penitus, quæ essent edenda, formidans, septimũ in ieiuniis diem, spiritu deficiẽte, ducebat. Tum ad eũ fera, cui hibicis nomen est, accessit. Huic propius adstãti fasciculum herbarum, quem collectum pridie attingere non audebat, obiecit. Sed fera, quæ uirulẽta erãt, ore discutiens, quæ innoxia nouerat, eligebat. Ita uir sanctus eius exemplo, quid edere, quid respuere deberet, edoctus, & periculum famis euasit, & herbarum uenena uitauit. Sed longum est de omnibus, qui eremũ incolunt, comperta nobis, uel audita memorare. Annum integrum, & septem fere' menses intra solitudines constitutus exegi, magis uirtutis admirator alienæ, q̃

ꝙ ipse tam arduum, atque difficile potuerim tentare ꝓ positum. Sæpius tamen cum sene illo, qui puteum, & bouem habebat, habitaui. Cap. xi.

Duo beati Antonii monasteria adii, quæ hodie ab eius discipulis incoluntur. Ad eum etiam locum, in quo beatus Paulus primus eremita est diuersatus, accessi. Rubrum Mare uidi, iugum Synai montis ascendi, cuius summum cacumen cœlo pené cõtiguum nequaquam adiri potest. Inter huius recessus anachorita esse aliquis ferebatur, quem diu, multum'que quæsitum uidere non potui. Qui feré ante quinquaginta annos a' conuersatione humana remotus nullo uestis usu, sed setis corporis sui tectus, nuditatem suam diuino munere uestiebat. Hic quoties eum religiosi uiri adire uoluerunt, cursu auia petens, congressus uitabat humanos. Vni tantummodo ferebatur se ante quinquennium præbuisse, qui (ut credo) potenti fide id obtinere promeruit. Cui inter multa colloquia percunctanti, cur homines tãtopere uitaret, respondisse perhibetur, eũ, qui ab hominibus frequentaret', non posse ab angelis frequentari. Vnde non immerito recepta opinione multorum fama uulgauerat, sanctum illum ab angelis uisitari. Capitulum. xii.

Ego autem a' Syna monte digressus, ad Nilum flumen regressus, cuius ripas frequentibus monasteriis consitas utraque ex parte lustraui, plerũque uidi (ut dudum dixeram) uno in loco habitare centenos, uel millenos. Sed & bina, & terna milia in iisdem uiculis degere constabat. Nec sane ibi minorem putetis diuersantium in multitudine monachorum esse uirtutem, q̃ eoꝝ esse cognoscitis, qui se ab hũanis cœtibus remouerũt. Præcipua (ut iam dixeram) ibi uirtus, & prima ẽ obediẽtia, neque aliter adueniens ad monasterium ab Abbate suscipitur, q̃ qui tentatus prius fuerit, & probatus, nullũ unquam recusaturus q̃libet arduum, ac difficile, indignum'que toleratu abbatis imperium. Cap. xiii.

Duo uobis referam incredibilis obedientiæ admodum

magna miracula, licet suppetant plura recolenti. Sed ad excitandam uirtutum emulationem, cui pauca non sufficiunt, multa non proderunt. Ergo cum quidam sæculi actibus abdicatis monasterium magnæ dispositi onis ingressus cœpisset rogare, abbas cœpit ei multa ꝓ ponere, graues esset istius disciplinæ labores, sua uero dura imperia, quæ nullius facile ualere implere patientia, aliud potius monasterium ubi facilioribus legibus uiuereur, expeteret, non tẽtaret aggredi, quod implere nõ posset. Ille uero nihil his terroribus permoueri cœpit, sed magis ita omnem obedientiam polliceri, ut si eum abbas in ignem ire præciperet, non recusaret intrare. Quam illius professionem ubi magister accepit, nõ cunctatur probare profitentem. Casu clybanus prope ardebat, qui multo igne succensus coquendis panibus parabatur. Exundabat abruptis flamma fornacibus, & intra camini illius concaua totis habenis regnabat incendium. Hoc igitur aduenam illum iubet magister intrare. nec distulit parere præcepto. Medias flammas nihil cunctatus ingreditur, quæ mox tã audaci fide uictæ, uelut illis quõdam hebræis pueris, cessere ueniẽti. Superata natura est. fugit incendium, & qui putabatur arsurus, uelut frigido rore persusus, se ipse miratus est. Sed quid mirum, si tuum Christe tyronem ignis ille non attigit, ut nec abbatem pigeret dura mandasse, nec discipulum pœniteret imperio paruisse? qui eo, quo ad uenerat, die dũ tentaretur infirmus, perfectus inuentus est. Merito felix, merito gloriosus, probatus obedientia, glorificatus passione. Cap. xiiii.

In eodẽ aũt monasterio factũ id, qđ dicturus sum, recenti memoria ferebaẗ. Quidã itidẽ ad eundẽ abbatem recipiendus aduenerat. Cũ prima ei lex obediẽtiæ poneretur, ac perpetẽ polliceret̃ ad oĩa uel extrema patiẽtiã, casu abbas storacinã uirgã iampridẽ aridam manu gerebat. Hanc solo fixit, atq; illi aduenæ id operis imponit, ut tãdiu uirgulæ aquã irriguam ministraret, donec (qđ contra omnem naturam erat) lignum aridũ in so-

lo arente uiuifceret. Subiectus aduena duræ legis impe rio aquá propriis humeris quotidie conuehebat, quæ a' Nilo flumine p duo fere' milia petebat. Iam'q; emẽ so anni spacio labor non cessabat operantis, & de fructu opis spes esse nõ poterat, tñ obedientiæ uirtus in labore durabat. Sequens quoq; annus uanũ laborẽ iá affecti fratris eludit. Tertio demũ succedentiũ tẽporum labente curriculo, cũ neq; nocte, neq; interdiu aquarius ille cessaret opator, uirga floruit. Ego ipsam ex illa uirgula arbusculá, quæ hodie quoq; intra atriũ monasterii est, ramis uirẽtibus uidi, quæ quasi in testimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantũ possit fides, ostendit. Sed me dies ante deficiet, q̃ diuersa miracula, quæ mihi de sanctorum uirtutibus sunt comperta, consumem. Cap. XV.

Duo uobis adhuc præclara memorabo, quorũ unũ egregiũ erit aduersus inflationẽ miseræ uanitatis exemplũ, alterũ aduersus falsam iustitiá non mediocre documentũ. Quidá ergo sanctus fugandorum de corporibus obsessis dæmonũ, incredibili præditus potestate, inaudita per singulos dies signa faciebat. Non solũ enim præsens, neq; uerbo tantum, sed absens quoque interdum cilicii sui fimbriis, aut epistolis missis, corpora obsessa curabat. Hic ergo mirum in modum frequentabatur a' populis, ex toto ad eum orbe uenientibus. Taceo de minoribus, præfecti, comites'que, ac diuersarum iudices potestatum pro foribus illius sæpe iacuerunt. Episcopi quoq; sanctissimi sacerdotali auctoritate deposita contingi se ab eo, atque benedici humiliter postulátes, sanctificatos se, ac diuino munere illustratos, quoties manum illius, uestem'q; contigerát, non immerito crediderunt. Hic ferebatur omni potu in perpetuum penitus abstinere, ac pro cibo (tibi Sulpiti in aurem loquar, ne Gallus hoc audiat) septem tantum caricis sustẽtari. Interea sancto uiro, ut ex uirtute honor, ita ex honore, uanitas cœpit obrepere. Quod malum ille, ubi pri-

mũ potuit in se sentire crassari, diu multum'qꝫ discute re conatus ẽ. Sed repelli penitus, nel tacita cõscientia ua nitas, ꝑseuerãte uirtute, non potuit. Vbiqꝫ nomen eius dæmones fatebant̃, excludere a' se cõfluentiũ populos non ualebat. Virus interim latens serpebat in pectore, & cuius nutu ex aliorum corporibus dæmones fugabã tur, seipsum occultis cogitationibus uanitatis purgare non poterat. Totis igitur precibus conuersus ad deum fertur orasse, ut permissa in se mensibus quinque diabo li potestate, similis iis fieret, quos ipse curauerat. Quid multis morer? ille præpotens, ille qui signis, atqꝫ uirtu tibus toto oriẽte erat uulgatus, ille ad cuius limina po puli ante confluxerant, ad cuius fores summæ istius sæ culi se prostrauerãt potestates, correptus a' dæmone ẽ. Tentus in uinculis, omnia illa, quæ energumeni solent ferre, perpessus est. Quinto demum mense purgatus ẽ. non tantum dæmone, sed, quod illi erat utilius, atque optatius, uanitate. Sed mihi ista replicanti nostra infe licitas, nostra occurrit infirmitas. Quis enim nostrum est, quem si unus homunculus humilis salutauerit, aut fatuis, atqꝫ adulantibus uerbis fœmina una laudauerit, non continuo sit elatus superbia, non statim inflatus sit uanitate? ut etiam si non habeat conscientiam sanctita tis, tamẽ quia uel stultorum adulatione, aut fortassis er rore sanctus esse dicatur, sanctissimum se putabit. Iã ue ro si ei munera crebra mittãtur, dei se magnificentia as serit honorari, cui dormienti, atque resoluto necessaria conferantur. Quod si uel de modico ei aliqua uirtutis si gna succederent, angelum se putaret. Cæterum cũ ne que opere, neque uirtute conspicuus sit, si quis clericus fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias suas', gaudet salutationibus, inflatur occursionibus, ipse etiam ubiqꝫ discurrit. Et qui ante, pedibus, aut asello ire consueue rat, spumeo equo superbus inuehitur. Parua prius, ac ui li cællula contentus habitare, erigit celsa laquearia, cõ struit conclauia multa, sculpit hostia, pingit armaria,

Vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat, atque hæc caris uiduis, ac familiaribus mandat tributa uirginibus, illa, ut byrrum rigentem, hæc ut fluentem texat lacernam. Verum hæc describenda mordacius beato uiro Hieronymo reliquamus, ad propositum redeamus. Tu uero, iquit Gallus meus, nescio qd Hieronymo reliqueris disputãdum, ita breuiter uniuersa nostrorum instituta complexus es, ut pauca hæc tua uerba si æquanimiter acceperint, & patienter expenderint, multum eis arbitrer profutura, ut non indigeant libris post hæc Hieronymi coherceri. Sed tu illa potius euolue, quæ cœperas, & illud, quod aduersus falsam iustitiam dicturum, te esse promiseras, prode documentum. Nam (ut uere tibi fatear) nullo pernitiosius malo intra Gallias laboramus. Ita faciam, Postumianus inquit, nec te diutius tenebo suspẽsum. Cap. xvi.

Adolescens quidam ex Asia prædiues opibus, genere clarus, habens uxorem & filium paruuulum, cum in Aegypto tribunus esset, & frequentibus aduersum Erẽbos expeditionibus usus quædam eremi contigisset, sanctorum etiam tabernacula complura uidisset, a' beato uiro Ioanne uerbum salutis accpit. Nec morat⁹ inutilem militiam cum illo uano honore contemnere, eremum constanter ingressus, breui tempore in omni genere uirtutum perfectus emicuit, potens ieiuniis, humilitate conspicuus, fide firmus, facile se antiquis monachis studio uirtutis æquauerat. Cum interim subiit eum cogitatio iniecta per diabolum, ꝙ rectius esset, ut rediret ad patriam, filium'que unicum, ac domum totam cũ uxore saluaret, quod utique esset acceptius deo, q̃ si solum se sæculo eripere contentus, salutem suorum non sine impietate negligeret. Istiusmodi ergo falsæ iustitiæ colore superatus, post quadrienium ferè cællulã suam, atq; propositum eremita deseruit. Sed ubi ad ꝓximũ monasteriũ, qd a' multis fratribus habitabat' accessit, cãm discessionis, atq; cõsiliũ quærẽtibus cõfitet'.

Renitẽtibus cunctis, & præcipue loci illius abbate ma le animo fixa sentẽtia nõ potuit auelli. Igitur infelici se obstinatione ꝓripiens, cũ dolore omniũ digressus a' fratribus uix e' cõspectu abscesserat, impletus a' dæmone, cruentas'que spumas ore ꝓuoluens suis dentibus se ipse lacerabat. Deinde ad idem monasterium fratrum humeris reportatus, cum coerceri in eo immundus spiritus nõ ualeret, necessitate cogẽte ferreis nexibus alligatur, pedes cum manibus uinciuntur, non immerita pœna fugitiui, ut quem non cohibuerat fides, catenæ cohiberent. Post biennium demum oratione sanctorum ab immundo spiritu liberatus ad eremum unde discesserat mox regressus, & ipse correctus, & aliis post futurus exemplo, ne quem aut falsæ iustitiæ umbra decipiat, aut incerta mobilitas inutili leuitate compellat, semel cœpta deserere. Capitulum. xvii.

Hæc uobis de uirtutibus domini, quas in seruis suis uel imitanda operatus est, uel timenda, scire sufficiat. Sed quia satisfeci auribus uestris, imo etiam uerbosior fui fortasse, q̃ debui, tu modo (ad me autem loquebatur) debitum fœnus exsolue, ut te de Martino tuo, ut es solitus, plura referẽtem, iampridẽ in hoc desideriis æstuãtibus, audiamus. Quid iquam, tibi de Martino meo liber ille non sufficit, quem ipse tu nosti, me de illius uita atq; uirtutibus edidisse? Agnosco quidẽ Postumianus inquit, neq; unquã a' dextera mea liber ille discedit. Nã si agnoscis (aperit librum, qui sub ueste latebat) en ipsum. Hic mihi, inquit, terra ac mari comes, hic in peregrinatione tota socius, & cõsolator fuit. Sed referam tibi plane, quo liber iste penetrauit, & ꝙ nullus fere' in orbe terrarum locus sit, ubi non materia tam felicis historiæ peruulgata teneatur. Primus eũ Romanæ urbi uir studiosissimus tui Paulinus inuexit. Deinde cum tota certatim urbe raperetur, exultantes librarios uidi, ꝙ nihil ab iis quæstuosius haberetur, siquidem nihil illo prõptius, nihil carius uenderet̃. Hic nauigationis meæ cur

sum lõge ante progressus, cum ad Affricam uenissem, iam per totam Chartaginem legebatur. Solus eũ Cyrenensis ille presbyter non habebat, sed me largiẽte descripsit. Nam quid ego de Alexandria loquar? ubi pene' omnibus magis, q̃ tibi notus est. Hic Aegyptũ, Nitriam, Thebaidam, ac tota Memphitica regna trãsiuit, Hunc ego in eremo a' quodam sene legi uidi, cui cum me familiarem tuum esse dixissem, & ab illo, & a' multis fratribus hæc mihi iniuncta legatio est, ut si unquam terras istas te incolumi contigissem, ea te supplere compellerem, quæ in illo tuo libro de uirtutibus beati uiri professus es præterisse. Age ergo, quia non illa a' te scire desidero, quæ scripta sufficiunt, illa, quæ tum uel propter legentium (ut credo) fastidium præteristi, multis id una' mecum a' te poscentibus explicentur.

Capitulum .xviii.

Equidem Postumianè inquã, cum te iã dudũ de sanctorum uirtutibus loquẽtem intentus audirem, tacitis ad Martinum meum cogitationibus recurrebam, merito perspiciens omnia illa, quæ singuli diuersa fecissent, p unum istum facile completa. Nam cũ excelsa retuleris (quod mihi dixisse liceat pace sanctorum) nihil a' te penitus audiui, in quo Martinus esset inferior. Sed sicut nullius unquam cum illius uiri meritis profiteor conferendam esse uirtutem, ita & illud animaduerti decet, in qua illum cum eremitis, uel etiam anachoritis conditione conferri. Illi enim ab omni impedimẽto liberi cœlo tantum, atque angelis testibus plane admirabilia docentur operari. Iste in medio cœtu, & conuersatione populorum, inter clericos diffidentes, inter episcopos sæuientes, cum fere' quotidianis scandalis hinc atque inde premeretur, inexpugnabili tamen aduersus omnia uirtute fundatus stetit, & tanta operatus est, quanta ne illi quidem, quos a' te audiuimus esse in eremo, uel fuisse, fecerunt. At si illi paria fecissent, quis iudex tam esset iniustus, ut non istum esse potiorẽ merito iudicaret? Puta enim istum fuisse militem, qui pu-

gnauerit in iniquo loco, & tamen uictor euaserit. Illos autem æque compara militibus, qui ex æquo loco aut etiam de superiore certauerint. Quid ergo? & si omnium una uictoria est, non potest esse par gloria. Tamen cum præclara retuleris, a' nemine retulisti mortuum suscitatum, quo uno utique te necesse est cõfiteri Martino neminem conferendum. Nam si admirandum est, ꝙ illum Aegyptium flamma non attigit, hic quoque sæpius imperauit incendiis. Si reuoluas ꝙ anachoritis feritas bestiarum uicta succubuit, hic familiariter, & rabiem bestiarum, & serpentium uenena compescuit. Quod si illum cõferas, qui immundis spiritibus obsessos uerbi imperio & etiam fimbriarum uirtute curabat, nec in hac quidem parte inferiorem fuisse Martinum, multa documenta sunt. Si etiam ad illum recurras, qui setis suis pro ueste contectus, putabatur ab angelis uisitari, cum isto angeli quotidie loquebantur. Iam uero aduersus uanitatem, atque iactantiam ita inuictum spiritum gessis, ut illa uitia fortius nemo cõtempserit, cum quidem immũdis spiritibus afflatos absens plerunque curauerit, nec solum comitibus, aut præfectis, sed ipsis etiam regibus imperarit. Minimum id quidem in illius uirtutibus, sed credas uere non solũ uanitati, sed causis etiam atque occasionibus uanitatis neminem fortius repugnasse. Parua quidem, sed non prætereunda dicturus sum, quia & ille laudandus est, qui summa præditus potestate tam religiosam ad reuerentiá beati uiri ostenderit uoluntatem. Memini Vincentium præfectum uirum egregium, & quo nullus sit intra gallias omni uirtutum genere præstantior, dum Turonis præteriret, a' Martino sæpius poposcisse, ut ei conuiuium in suo monasterio daret. In quo quidem exemplum beati Ambrosii episcopi præferebat, qui eo tempore consules & præfectos subinde pascere ferebatur, sed uirum altioris ĩgenii, ne qua ex hoc uanitas, atque inflatio obreperet, noluisse. Ergo fatearis necesse est, in Martino omnium illorũ, quos enumerasti, fuis-

ſe uirtutes, Martini autem in illis omnibus non fuiſſe.

Capitulum .xix.

Quid tu inquit Poſtumianus, ita mecum, quaſi nõ eadẽ tecum ſentiam, ſemper'que ſenſerim, agis? Ego uero quoad uiuam ſemper & ſapiam Aegypti monachos prædicabo, laudabo anachoritas, mirabor eremitas, Martinum ſemper excipiam. Non illi quenquam audebo monachorum, certe non epiſcoporum, quempiam comparare. Hoc Aegyptus fatetur, hoc Syria, hoc Aethiops cõperit, hoc Indus audiuit, hoc Parthus, & Perſa nouerũt, nec ignorat Armenia, hoc Boſphorus excluſa cognouit, & poſtremo ſi quis aut fortunatas inſulas, aut glacialem frequẽtat oceanum. Quo miſerior eſt regio iſta noſtrorum, quæ tantum uirum cum in ꝓximo habuerit noſſe non meruit. Nec tamen huic crimini miſcebo populares, ſoli illum clerici, ſoli neſciunt ſacerdotes. Nec immerito noſſe illum iuidi noluerũt, quia ſi uirtutes illius noſſent, ſua uitia cognouiſſent. Horreo dicere, quod nuper audiui, infelicem dixiſſe neſcio quem, te in illo libro tuo plura mentitum. Nõ eſt hominis uox iſta, ſed diaboli. Nec Martino in hac parte detrahitur, ſed fidei euangelii derogatur. Nam cum dominus ipſe teſtatus ſit, iſtiuſmodi opera, quæ Martinus impleuit, ab omnibus fidelibus eſſe faciẽda, qui Martinum non credit iſta feciſſe, non credit Chriſtum iſta dixiſſe. Sed infelices, degeneres, ſomnolenti, quæ ipſi facere non poſſunt, facta ab illo erubeſcunt, & malunt illius negare uirtutes, q̃ ſuam inertiam confiteri. Verum nobis ad alia properantibus omnis iſtorum memoria relinquatur. Tu potiùs (ut iamdudum deſidero) reſidua Martini opera contexe. At ego inq̃ arbitror rectius iſtud a' Gallo eſſe poſcẽdũ, quippe qui plura nouerit, neq; enim ignorare potuit magiſtri facta diſcipulꝰ, & q nõ immerito iſtã uicẽ nõ ſolũ Martino, ſed etiam nobis debeat, ut quia ego iam librum edidi, & tu hactenus orientalium geſta memoraſti, iſtam demũ neceſſarii ſermonis hiſtoriã Gallus euoluat. Quia

(ut dixi) & nobis debet loquendi uicẽ, & Martino suo, credo, præstabit, ut non grauate illius facta commemoret. Cap. xx.

Ego plane', inquit Gallus, licet impar sim tanto oneri, tamen relatis superius a' Postumiano obedientiæ cogor exemplis, ut mun⁹ istud, quod imponitis, nõ recusem. Sed dum cogito me hominem gallũ inter Aquitanos uerba facturũ, uereor ne offendat ũras nimiũ urbanas aures sermo rusticior. Audietis me tñ, ut Gurdonicum hominem, nihil cum fuco, aut cothurno loquentẽ. Nã si mihi tribuitis Martini me esse discipulum, illud etiã concedite, ut mihi liceat exemplo illius inanes sermonum phaleras, & uerborum ornamenta contemnere. Tu uero, inquit Postumianus, uel celtice, aut si mauis Gallice loquere, dũmodo iam Martinũ loquaris. Ego autem profiteor, quia etiam si mutus esses, nõ defutura tibi uerba, quibus Martinum facundo ore loquereris, sicut Zachariæ in Ioannis nomine lingua resoluta est. Cæterum cum sis scholasticus, hoc ipsum quasi scholasticus artificiose facis, ut excuses imperitiã, qui exuberas eloquentia. Sed neque monachum tam astutũ, neq; Gallum decet esse tã callidum. Verum aggredere potius, &, quod te manet, explica. Nimium enim dudum alias res agentes consumimus tempus, & iam solis occidui umbra prolixior monet, non multum diei uicina nocte superesse. Deinde cum paululum omnes conticuissemus, Gallus ita cœpit. Cauendum mihi in primis esse arbitror, ne ea de Martini uirtutibus repetam, quæ in libro suo Sulpitius iste memorauit. Vnde prima illi⁹ interim mutilando prætereo gesta, neque ea attigam, quæ laicus gessit, ac monachus. Nec uero audita ab aliis potius, q̃ quæ uidi ipse, dicturus sum.

Finis Libri primi Dialogorum.

DIAL. EIVSDEM SEVERI SVL PITII LIBER SECVN- DVS INCIPIT.

Capitulum primum.

q Vo primum igitur tempore, relictis, scholis beato uiro me iunxi, paucos post dies euntē ad ecclesiam sequebamur. Interim ei seminudus hybernis mensibus pauper occurrit, orans sibi uestimentum dari. Tunc ille accersito archidiacono, iussit algentem sine dilatione uestiri. Deinde secretarium ingressus, cum solus, ut erat ei consuetudo, resideret (hanc enim sibi etiam in ecclesia solitudinem, permissa clericis libertate, præstabat) cum quidē in alio secretario presbyteri residerent uel salutationibus uacātes, uel audiēdis negociis occupati, Martinū uero usq; in eam horam, qua solennia populo agi cōsuetudo deposceret, sua solitudo cohibebat. Illud non prætereibo, q̄ in secretario sedens nunquā cathedra usus est. Nam ī ecclesia nemo illum unquā sedere cōspexit. Sicut quēdam nuper (testor deum) nō sine meo pudore uidi sublimi solio, quasi regio tribunali celsa sede residentem. Sedebat autē Martinus in sellula rusticana, ut ē in usib⁹ seruulorum, quas nos rustici Galli tripedias, uos scholastici, ut certe tu qui de græcia uenis, tripodas nuncupatis. Ergo hoc secretum beati uiri pauper ille captat⁹, cum ei archidiacon⁹ dare tunicā distulisset, irrupit, dissimulatum se a' clerico querens, ac algere deplorans. Nec mora, sanctus paupere non uidente, intra amphibalum sibi tunicam latēter eduxit, pauperem'q; contectum discedere iubet. Deinde paulopost archidiacon⁹ ingressus admonet pro consuetudine, populum in ecclesia expectare, illum ad agenda missarū solennia debere procedere. Cui ille respondens ait, pauperem pri⁹ (de se autem dicebat) oportere uestiri. Se ad ecclesiam non posse procedere, nisi uestem pauper acciperet. Dia

conus uero nihil intelligens, quia extrinsecus indutũ amphibalo, ueste nudum interius non uidebat, postremo pauperem non comparere causatur. Mihi, inquit, uestis, quæ parata est, deferatur, pauper non deerit uesti endus. Arctatus demum clericus, ac necessitate cõpulsus, iam'q; felle commotus, e' proximis tabernis nigerrimam uestem breuem, atq; hispidam, quinq; comparatam argenteis rapit, atq; ante Martini pedes iratus exponit. En, inquit, uestem. Sed pauper hic non est. Ille nihil motus, iubet eum paululum stare pro foribus, secretum utiq; procurans, dum sibi uestẽ nudus imponeret, totis uiribus elaborans, ut posset occultum esse, qđ fecerat. Sed quando in sanctis uiris latent ista quærentibus? Velint, nolint, cuncta produnt. Cap. ii.

Cum hac igitur oblaturus sacrificiũ deo ueste procedit. Quo quidem die (mira dicturus sum) cum iam altare, sicut est solenne, benediceret, globum ignis de capite illius uidimus emicare, ita ut in sublime contendens lõgius collum, crinem'q; flãma produceret. Hoc licet celeberrimo factum die in magna populi multitudine uiderimus, tamen una tantum de uirginibus, & unus de presbyteris, tres tantũ uidere de monachis. Cæteri cur nõ uiderint, nõ põt nostri esse iudicii. Cap. iii.

Peridem fere' tempus, cum Euantius auunculus meus, uir licet sæculi negociis occupatus, tamen admodum christianus, grauissima ægritudine, extremo mortis periculo cœpisset urgeri, Martinum euocauit. Nec cunctatus ille properauit. Prius tamen, q̃ medium uiæ spacium uir beat⁹ euolueret, uirtutem aduenietis sensit ægrotus, recepta'que continuo sanitate, uenientibus nobis obuiam ipse processit. Altera die redire cupientẽ magna prece detinuit, cum interim unum e' familia puerũ letali ictu serpens percul it, Quem iam exanimem ui ueneni ipse Euantius suis humeris illatum, ante pedes sancti uiri, nihil illi impossibile confisus, exposuit. Iam'que se malum serpentis per omnia membra ita diffuderat, ut cerneres omnibus uenenis inflatam cutem, & utris

inſtar tenſa uitalia. Martinus porrecta manu, uniuerſa pueri membra pertractans, digitum prope ipſum uulnuſculum, quo beſtia uirus infuderat, fixit. Tum uero (mira dicturus ſum) uidimus uenenum ex omni parte reuocatũ ad Martini digitum cucurriſſe, deinde per illud ulceris foramen exiguum ita uirus ſtipaſſe cum ſanguine, ut ſolet ex uberibus caprarum, aut ouium paſtorum manu preſſis, longa linea copioſi lactis effluere. Puer ſurrexit incolumis. Nos obſtupefacti tãtæ rei miraculo id, quod ipſa cogebat ueritas, fatebamur, non eſſe ſub cœlo, qui Martinũ poſſet imitari. Cap. iiii.

Conſequenti itidem tempore, iter cum eodem (dum dioceſes uiſitat, agebamus. Nobis neſcio qua neceſſitate remorantibus, aliquantulum ille proceſſerat. Interim per aggerem publicum plena militantibus uiris fiſcalis reda ueniebat. Sed ubi Martinum in ueſte hiſpida, nigro & pendulo pallio circumtectum cõtigua de latere iumenta uiderunt, paululum in partem alteram pauefacta ceſſerunt. Deinde funibus implicatis, protenſos illos, quibus, ut ſæpe uidiſtis, miſera illa animalia conglobantur, ordines miſcuerunt, dum'que ægre expediuntur, moram fecere properantibus. Qua permoti iniuria militantes, præcipitatis in terram ſaltib⁹ ſe dederũt, deinde Martinum flagris, ac fuſtibus urgere cœperũt, Cum quidem ille mutus, & incredibili patientia præbens terga cædentibus, maiorem inſaniam infelicibus commoueret, magis ex hoc furentes, ꝙ ille quaſi non ſentiens uerbera illata contemneret. Nos ilico conſecuti fœde cruentum, atque uniuerſa corporis parte laniatum, cum exanimis in terram procubuiſſet, inuenimus, ſtatim'ꝗ eum aſello ſuo impoſuimus, ac locum cædis eius execrantes, raptim abire properauim⁹. Interea illi regreſſi ad redam ſuam, furore ſatiato, agi, quo' ire cœperant, iumenta præcipiunt. Quæ cum oĩa ſolo fixa, ac ſi ænea, riguiſſent, tollentibus altius uocem magiſtris, flagris hinc atꝗ inde reſonantibus, nihil penitus mouebantur. Conſurgunt deinde omnes pariter

in uerbera, consumit gallicas mularum pœna mastigi as, tota rapitur silua de proximo, trabibus iumenta tun duntur, sed nihil penitus sæuæ manus agebāt. Vno atq; eodem loco stabant fixa simulacra. Quid agerēt, infeli ces homines nesciebant, nec iam ultra dissimulare po terant, quin quâlibet brutis pectoribus agnoscerēt di uino numine se teneri. Tandem ergo in se reuersi cœpe runt quærere, quis ille esset, quem in eodem loco pau lulum ante cæcidissent, cum percunctantes agnoscunt ex obuiantibus, Martinum a' se tam crudeliter uerbera tum. Tum uero apparere omnibus causa manifesta, nec ignorare iam poterant, quin ob illius uiri iniuriam te nerentur. Igitur omnes rapidis nos passibus consequū tur, conscii audacis facti, ac merito pudore confusi, flen tes, & puluere, quo se ipsi fœdauerant, capita atq; ora cō spersi, ante Martini se genua prouoluunt, ueniam pre cantes, & ut eos abire sineret, postulantes. Satis se uel so la conscientia dedisse pœnarum, satis'q; intellexisse, q̄ eosdem ipsos uiuos absorbere terra potuisset, uel ipsi po tius amissis sensibus in immobilem saxorum naturam rigescere debuissent, sicut affixa locis, quibus steterāt, iu menta uidissent. Orare se, atque obsecrare, ut indulge ret sceleri, ueniam, & copiam præstaret abeundi. Sense rat etiam, priusq̄ accurrerent, uir beatus illos teneri, no bis'q; id ante iam dixerat. Veniam tamen clementer indulsit, eosdem'que abire permisit, animalibus resti tutis.

Cap. V.

Illud autē animaduerti sæpe Sulpiti Martinum tibi di cere solitum, nequaquam sibi in episcopatu eam uirtu tum gratiam suppetisse, quam prius se habuisse memi nisset. Quod si uerum est, imo quia uerum est, coniicere possumus quanta fuerunt illa, quæ monachus opera tus est, & quæ teste nullo solus exercuit, cum tāta illum in episcopatu signa fecisse sub oculis omniū uiderim⁹. Multa quidem illius prius gesta innotuere mundo, ne que potuere celari. Sed innumerabilia esse dicuntur, quæ dum iactantiam uitat, occultauit, neque in homi num

num notitiam passus est peruenire. Quippe qui humanam substantiam supergressus, uirtutis suæ consciétia mundi gloriam calcans, cœlo teste frueretur. Quod uerum esse uel ex iis, quæ comperta nobis sunt, nec latere potuerunt, possumus extimare. Si quidem ante episcopatũ duos mortuos uitæ restituerit, quod liber tuus plenius est locutus, in episcopatu uero (quod prætermisisse te miror) unum tantummodo suscitauerit. Cuius rei ego testis sum, si tamen nihil de minus idoneo teste dubitatis. Idipsum autem uobis, qualiter gestum sit, explicabo. Cap. vi.

Fuerat causa, nescio, quæ, qua Carnotum oppidum petebamus. Interea dum uicum quendam habitantiũ multitudine frequentissimum præteriremus, obuiam nobis immanis turba processit, quæ erat tota gentilium. Nam nemo in illo uico nouerat Christianum. Verũ ad famam tanti uiri campos omnes late patentes confluentium multitudo contexerat. Sensit hic Martinus opandũ, & annũciante sibi spiritu tot⁹ infremuit, nec mortale sonans uerbũ dei gentibus p̄dicabat, sæpius ingemiscẽs, cur tãta dominũ Saluatorẽ turba nesciret. Interea, sicut nos incredibilis circundederat multitudo, mulier quædã, cuius filius paulo ante defecerat, corpus exanime beato uiro protẽsis manibus cœpit offerre, dicẽs. Scimus, quia amicus dei es, restitue mihi filiũ meũ, quia unicus mihi ẽ. Iunxit se cætera multitudo, & matris p̄cibus acclamabat. Tum Martinus uidẽs, ꝑ expectantiũ salute (ut nobis postea ipse dicebat) cõsequi se posse uirtutẽ, defuncti corpus ꝓpriis manib⁹ accepit, & cũ expectantibus cunctis genua flexisset, ubi cõsumata oratiõe surrexit, uiuificatum paruulũ matri restituit. Tũ uero omnis multitudo in cœlũ clamore sublato, Christũ deũ fateri, postremo cũcti cateruatĩ ad genua beati uiri ruere cœperunt, fideliter postulãtes ut eos faceret christianos. Nec cunctatus in medio (ut erat) cãpo cũctos ĩposita uniuersis manu, cathecuminos fecit, cũ qdẽ ad nos cõuersus diceret, nõ irrõnabiliter in cãpo cathe

cuminos fieri, ubi solét martyres cõsecrari. Cap.vii.
Vicisti inquit Postumianus, Galle uicisti, nõ utique me qui Martini sum potius assertor, & q hæc omnia de illo uiro & sciui semper & credidi, sed eremitas omnes, anachoritas'q; uicisti. Nemo enim illorum, sicut Martin⁹ hic uester, imo noster, mortibus imperauit. Merito'q; hunc iste Sulpitius apostolis cõparat & prophetis, quẽ per omnia illis esse cõsimilem fidei uirtus, ac uirtutum opera testantur. Sed perge quæso (q̃q̃ nihil magnificẽtius audire possimus) perge tamen Galle, quod etiam nunc de Martino superest sermonis euoluere. Nam etiam minima illius, & quotidiana animus festinat agnoscere, qa minima illius aliorum maximis maiora esse nulli dubium est. Ita faciam, Gallus inquit. Verum id, qđ dicturus sum, ipse non uidi. Prius enim gesta res est, q̃ me illi uiro iungerem. Sed factum celebre est fidelium fratrũ, qui interfuerant, sermone uulgatũ. Cap. viii.
Eodem fere' tempore, quo primũ episcopus datus est, fuit ei necesse adire comitatum. Valentinianus tum maior rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognouisset, quæ præstare nolebat, iussit eum palatii foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem, atque superbum uxor accesserat arriana, quæ totum illum a' sancto uiro, ne ei debitam reuerẽtiam præstaret auerterat. Itaque Martinus ubi semel, atque iterum superbum principem adire tentauit, recurrit ad nota præsidia, cilicio obuoluitur, cinere conspergitur, cibo, potu'que abstinet, orationẽ diebus, noctibus'q; ppetuat. Septimo uero die astitit ei angelus, ac iubet eum ad palatium ire securum. Regias fores quãtumlibet clausas sponte reserandas, imperatoris spiritum superbũ molliendum. Igitur istiusmodi præsentis angeli confirmatus alloquio, & fretus auxilio palatium petit, patent limina, nullus obsistit, postremo usque ad regem nemine prohibente peruenit. Qui cum uenientem eminus uideret, infrendens cur fuisset admissus, nequaquam assurgere est dignatus astanti, donec regiam sellam

ignis operiret, ipsum'que regem ea corporis parte, qua sedebat, afflaret incẽdium. Ita solio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit, multum'q; cõplexus, quem spernere ante decreuerat, uirtuté sensisse diuinã emendatior fatebatur, nec expectatis Martini precibus prius omnia præstitit q̃ rogaretur, colloquio illum atq; conuiuio asciuit, postremo abeunti multa munera obtulit, quæ uir beatus, ut semper pauptatis custos cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, licet diuersis in palatio temporibus gesta connectam. Nequaquam enim prætermittendum uidetur circa Martini admirationem reginæ fidelis exemplum. Cap. .ix.

Maximus imperator rẽpublicam gubernabat, uir omni uitæ merito ꝓdicandus, si ei uel diadema non legitime tumultuante milite impositũ repudiare, uel armis ciuilibus abstinere licuisset. Sed magnũ imperium nec sine periculo renui, nec sine armis potuit obtineri. Hic Martinum sæpius euocatum, receptum'que intra palatium uenerabiliter honorabat. Totus illi cum eo sermo de præsentibus, de futuris, de fidelium gloria, de æternitate sanctorũ, cũ interim diebus, ac noctibus de ore Martini regina pendebat, euangelico illo non inferior exemplo, pedes sancti fletu rigabat, crine tergebat Martinus, quẽ nulla unquã fœmina cõtigisset, istius assiduitatem non poterat euadere. Non illa opes regni, non imperii dignitatem, nõ diadema, non purpurã cogitabat. Diuelli a' Martini pedibus solo strata nõ poterat. Postremo a' uiro suo poposcit, deinde Martinũ uterq; cõpellũt, ut ei remotis omnib⁹ ministris ꝓberet sola cõuiuiũ. Nec potuit uir beat⁹ obstinati⁹ reluctari. Cõponit castis reginæ manib⁹ apparat⁹, sellulã ipsa cõsternit, mẽsã admouet, aquã manib⁹ sũministrat, cibũ, quẽ ipsa coxerat apponit. Ipsa illo sedẽte emin⁹ secũdũ famulãtium disciplinã solo fixa cõsistit ĩmobilis, ꝑ oĩa ministrãtis modestiã, & humilitatẽ exhibẽs seruiẽtis. Miscuit ipsa bibituro, & ipsa porrexit. Finita cœnula fragmenta panis absumpti, micas'q; collegit, satis fideliter illas

reliquias imperialibus epulis anteponens. Beata mulier tanto pietatis affectu, illi merito comparãda, quæ uenit a' finibus terræ audire Salomonem, si quidẽ simplicẽ sequamur historiã. Sed fides reginarum est conferẽda, qđ mihi liceat, separata mysterii maiestate, dixisse. Illa expetiit audire sapientem. Ista non tantum audisse contenta, sed & meruit seruire sapienti. Ad hæc Postumianus, iãdudum inquit, Galle, audiẽs te loquẽtem, uehementer admiror reginæ fidem. Sed ubi illud est, ꝙ nulla unquam fœmina ferebat ꝓpius astitisse Martino? Ecce ista nõ solum astitit, sed etiam ministrauit. Et uereor, ne se isto aliquantulum tueantur exemplo, qui libenter fœminis inserũtur. Tum Gallus, Quid tu, inquit, non uides, quod solent docere Grammatici, locum, tempus, personam? Propone enim tibi ante oculos, captum in palatio, imperatoris precibus ambiri, reginæ fide cogi, temporis necessitate constringi, ut clausos carcere liberaret, exiliis datos restitueret. Hæc quanti putas constare episcopo debuisse, ut pro his omnibus non aliquantulum de rigore propositi relaxaret? Verumtamen, quia ocasione huius exempli male usuros esse aliquos arbitraris, illi uero felices erunt, si a' disciplina istius uiri non recedant. Videant enim, quia Martino semel tantum in uita iam septuagenario, non uidua libera, non uirgo lasciuiens, sed sub uiro uiuens, ipso uiro pariter supplicante, regina seruiuit, & ministrauit edenti, non cum epulante discubuit, nec ausa est participare cõuiuium, sed deferebat obsequium. Disce igitur disciplinam. Seruiat tibi matrona, non imperet, & ministret, non recumbat. Sicut Martha illa ministrauit Domino, nec tamen est ascita conuiuio, imo prælata ministranti, quæ uerbũ potius audiebat. Sed in Martino ista regina utrũq; cõpleuit, & ministrauit, ut Martha, & audiuit, ut Maria. Quod siquis hoc uti uoluerit exẽplo, ꝑ omnia teneat exẽplũ. Talis causa sit, talis'q; ꝑsona, tale obsequiũ, tale conuiuiũ, & in omni uita semel tãtũ. Præclare, inquit Postu-

mianus, nr̃os istos, ut Martini nõ egrediant̃ exemplũ,
tua constringit orõ. Sed profiteor tibi, quia hæc surdis
auribus audient̃. Nã si Martini sequeremur uias, nunq̃
causas de osculo dicerem⁹, & uniuersi sæuæ opinionis
opprobriis careremus. Verũ sicut tu soles dicere, cum
edacitatis argueris, Galli sumus, ita nos in hac parte nũ
quã uel Martini exemplo, uel tuis disputationib⁹ cor-
rigẽdi fatemur. Verũtñ hæc nobis iãdudũ agẽtib⁹, qd̃
tu tã obstinate Sulpiti taces? Ego inquã nõ solũmõ ta
ceo, sed olĩ de istis tacere disposui. Nã qa quãdã uiduã,
uagã, nitidulã, sumptuosam obiurgauerĩ lasciui⁹ uicti-
tãtẽ, itidem'q; uirginẽ adolescenti cuidã mihi caro in-
decentius adhærentẽ, cũ quidẽ ipsam frequẽter audis-
sem alios etiã, qui talia agerent, increpantẽ, tanta mihi
oĩum fœminaꝝ, cunctorum'q; monachoꝝ odia cõcita
uit, ut aduersũ me utræq; legiões iurata bella suscepint.
Vnde q̃so taceatis, ne etiã hoc, qd̃ uos loq̃mini, ad meã
referrat̃ inuidiã. Tota uobis istoꝝ mẽtio reliquat̃. Ad
Martinũ potius reuertamur. Tu Galle, ut aggressus es,
cœptũ op⁹ explica. Tũ ille iam qdẽ uobis, inq̃t, tãta nar
raui, ut satisfacere studiis uestris meus sermo debuerit.
Sed qa uolũtati ur̃æ nõ obsecũdare mihi nõ licet, q̃tũ
adhuc dies supest, loquar. Nã certe dũ stramẽ istud, qd̃
ĩn lectos nostros paratur, aspicio, subuenit in memoriã
etiã de stramine, in quo Martinus iacuerat, factam esse
uirtutem. res ita gesta est. Cap. .x.

Cludiomacus uicus est in confinio Bituricum, atq; Turo
norum. Ecclesia ibi est celebris religione sanctorũ, nec
minus gloriosa sacrarum uirginum multitudine. Præ-
teriens ergo Martinus in secretario ecclesiæ habuit mã
sionem. Post discessum illius cunctæ in secretarium il-
lud uirgines irruerũt, adlambunt singula loca, ubi aut
sederat uir beatus, aut steterat, stramentum etiã, in quo
quieuerat, partiuntur. Vna earum post dies paucos par
tem straminis, quam sibi pro benedictione collegerat,
energumeno, quem spiritus erroris agitabat, de ceruice
suspẽdit. Nec mora, dicto citius, eiecto dæmone, perso
na purgata est.

Capitulum .xi.

Per idem fere tẽpus Martino a Treueris reuertẽti fit obuiam uacca, quam dæmon agitabat, quæ relicto grege suo in homines ferebatur, & iam multos noxie petulãs confoderat. Verum ubi nobis cœpit esse contigua, ii, q̃ eam eminus sequebãtur, prædicere magna uoce cœperunt, ut caueremus. Sed postquã ad nos toruis furibũda luminibus propius accessit, Martinus eleuata obuiã manu pecudem consistere iubet, Quæ mox ad uerbum illius stare cœpit ĩmobilis. Cum interea uidet Martinus dæmonẽ dorso illius supersedentẽ, Quẽ increpãs, descende, inquit, funeste de pecude, & innoxiũ animal agitare desiste. Paruit nequam spiritus, & recessit. Nec defuit sensus in bucula, quin se intelligeret liberatam. Ante pedes sancti uiri, recepta quiete, prosternitur, deinde iubẽte Martino gregem suum petiit, se'q; agmini cæterarũ oue placidior ĩmiscuit. Hoc illo fuit ĩ tẽpore, quo inter medias positus flãmas nõ sensit incendium, Quod mihi nõ arbitror esse referendũ, quia hoc plenius iste Sulpitius, licet in libro suo præteritũ in epistola tamen postea, quã ad Eusebium tũc presbyterum modo episcopũ fecit, exposuit. Quã tu Postumiane aut credo legisti, aut si ĩcognita tibi est, cũ libuerit ĩ prõptu ex illo armario hẽs. Nos ab illo omissa referimus. Cap.xii.

Quodam autem tempore cum dioceses circuiret, uenãtium agmen incurrimus. Canes leporẽ sequebantur, iam'q; multo spacio uicta bestiola, cũ undiq; cãpis late patẽtibus nullum esset effugium, mortem imminentẽ iam iam'q; capienda crebris flexibus differebat, Cuius periculum beatus uir pia mente miseratus, imperat canibus, ut desisterent sequi, & sinerent abire fugientem. Qui continuo ad primum eius sermonis imperium cõstiterũt. Crederes uinctos, imo potius affixos ĩ suis hærere uestigiis. Ita lepusculus, persecutoribus alligatis, incolumis euasit. Operæpretiũ aũt est, etiã familiaria illius uerba, spiritali sale cõdita memorare. Cap.xiii.

Ouem recenter tonsam forte conspexerat. Euãgelicum,

inquit, mandatum ista compleuit, duas habuit tunicas, unam earũ largita est nõ habenti. Ita ergo & uos facere debetis. Item cum subulcum algentem, ac penè nudũ ĩ pellicea ueste uidisset, en, inquit, Adam eiectus de paradiso in ueste pellicea sues pascit. Sed nos illo uetere deposito, nouũ Adam potius induamus. Boues ex parte prata depauerãt. Porci etiã nonnulla suffoderãt. Pars cætera, quæ manebat illæsa, diuersis floribus quasi picta uernabat. Speciem, inquit, gerit pars illa coniugii, quæ pecore depasta, & si nõ penitus gratiam amisit herbarũ, nullam tamen florũ retinet dignitatem. Illa uero, quã porci pecora immunda foderunt, fornicationis imaginem fœdam prætẽdit. Cæterum illa portio, quæ nullã sensit iniuriam, gloriam uirginitatis ostendit, Herbis fœcunda luxuriat, fœni ex ea fructus exuberat, & ultra omnem speciem distincta floribus, quasi gẽmis micantibus ornata radiat. Beata species, & Deo digna. Nihil enim uirginitati est cõparandũ. Ita & illi, q cõiugia fornicationi cõparant, uehemẽter errãt. Et illi, q coniugia uirginitati æquãda extimãt, miseri penit⁹ & stulti sunt. Verũ hæc a sapiẽtib⁹ tenenda distinctio ẽ, ut cõiugiũ ꝑtineat ad ueniã, uirginitas spectet ad gloriã, fornicatio deputet̃ ad pœnã, nisi satisfactiõe purget̃. Cap. xiiii.

Miles quidã in ecclesia monachũ professus, cingulum abiecerat, cællulã sibi eminus in remoto, quasi eremita uicturus erexerat. Interea astut⁹ inimicus uariis cogitationib⁹ brutũ pect⁹ agitabat, ut coniugẽ suã, quã Martin⁹ in monasterio puellaꝝ esse ꝑcẽperat, uolũtate mutata, secũ potius uellet habitare. Adiit ergo Martinũ fortis eremita, quid haberet animi, cõfitet̃. Ille uero uehemẽter cœpit abnuere, fœminã uiro rursus iã monacho nõ marito incõgrua rõne misceri. Postremo cum miles instaret, affirmãs, nihil hoc ꝓposito eẽ nociturũ, se solo coniugis uti uelle solatio, porro, ne rursus se in sua reuoluerent nõ esse metuendũ, se esse militẽ Christi, illam quoque in eadem eiusdem militiæ sacramẽta iurasse, pateret̃ episcopus sanctus, & sexũ suũ fidei me-

rito nesciẽtes pariter militare. Tũ Martinus (uerba uo bis ipsa dicturus sum) dic mihi, inquit, si unquã in bello fuisti, si in acie constitisti? At ille respondens, frequenter, inquit, in acie steti, & bello frequenter interfui. Ad hæc Martinus, dic mihi ergo, nunquid in illa acie, quæ armata in prælio parabatur, aut iam aduersus hostilem exercitũ, collocato cominus pede, districto ense pugnabat, ullã fœminã stare, aut pugnare uidisti? Tũ demũ miles confusus erubuit, gratias agens errori suo se non fuisse permissum, nec aspera uerborum increpatione, sed uera & rationabili secũdũ ꝑsonã militis cõparatione correctũ. Martinus autẽ cõuersus ad nos, sicut eum frequẽs fratrum turba uallauerat, mulier, inquit, uirorum castra non adeat, acies militum separata consistat, procul fœmina in suo degens tabernaculo sit remota. Contemptibilem enim reddit exercitum, si uirorũ cohortibus turba fœminea misceatur. Miles ĩ acie, miles pugnet in campo. Mulier se intra murorum munimẽta contineat. Habet & illa gloriam suam, si pudicitiam uiro absente seruauerit, cuius hæc prima uirtus, & consumata uictoria est, non uideri. Cap. xv.

Illud uero Sulpiti meminisse te credo, quo affectu nobis, cũ & tu coram' adesses, illam uirginẽ prædicaret, quæ ita se penitus ab omnium uirorum oculis remouisset, ut ne ipsum quidem ad se Martinum, cum eam ille officii causa uisitare uellet, admiserit. Nam cum prope agellum illius præteriret, in quo se iam ante complures annos pudica cohibebat, audita fide illius, atq; uirtute diuertit, ut tam illustris meriti puellam religioso officio episcopus honoraret. Nos consequentes gauisuram illam uirginem putabamus, si quidem hoc in testimonium uirtutis suæ esse habituram, ad quam tanti nominis sacerdos, deposito propositi rigore, uenisset. Verum illa fortissimi uincula propositi, ne Martini quidem cõtemplatione laxauit. Ita uir beatus accepta per aliã fœminã excusatiõe laudabili, ex illius foribus, quæ uidendã se, salutãdam' q̃ nõ dederat, lætus abscef-

ſit. O uirginẽ glorioſam, quæ ne a Martino qdẽ paſſa eſt ſe uideri. O Martinũ beatũ, qui illã repulſam nõ ad contumeliam ſuã duxit, ſed magnificans illius cũ exultatione uirtutem, inuſitatũ in iis dumtaxat regionibus gaudebat exemplum. Ergo cũ haud longe ab illa uillula nos manere nox imminens coegiſſet, xenium beato uiro eadem illa uirgo tranſmiſit. Fecit que Martinus, quod ante nõ fecerat. Nullius enim ille unquã xeniũ, nullius munus accepit. Nihil ex iis, quæ uirgo uenerabilis miſerat, refutauit, dicens, benedictionẽ illius a' ſacerdote minime reſpuendam, quæ eſſet multis ſacerdotibus præferenda. Audiant quæſo uirgines hoc exemplum, & fores ſuas, ſi eas mali obſidere uoluerint, etiam bonis claudant, & ne ad ſe improbis ſit liber acceſſus, non uereantur excludere etiam ſacerdotes. Totus hoc mundus exaudiat, uideri ſe a' Martino uirgo paſſa nõ eſt. Non utique illa quemcunque repulit ſacerdotem, ſed in eius uiri conſpectum puella non uenit, quem uidere ſalus uidẽtium fuit. Quis autem hoc alius præter Martinum ſacerdos non ad ſuam iniuriam retuliſſet? Quos aduerſus ſanctam uirginem motus, quantas que iras mente concepiſſet? Hereticam iudicaſſet, & anathematizandam eſſe decreuiſſet. Quam uero illi beatæ animæ illas uirgines prætuliſſet, quæ crebris occurſibꝰ ubique ſe præbent obuiam ſacerdoti, quæ conuiuia ſũptuoſa diſponunt, quæ unà pariter accumbunt? Sed quo me ducit oratio? Paululum iſte liberior ſermo reprimẽdus eſt, ne in aliquorum forſitan incurrat offenſam. Etenim infidelibus obiurgationis uerba non proderunt, fidelibus autem ſatiſfaciet exemplum. Verum ego ita uirtutem huius uirginis prædicabo, ut tamen nihil illis, quæ ad Martinum uidendum ex lõginquis regionibus ſæpe uenerunt, arbitrer derogandum, Si q̃dem hoc beatũ uirum frequenter affectu etiam angeli frequentarunt. Cap. xvi.

Cæterũ id, quod dicturus ſum Poſtumiane, hoc te (Sulpitius me autem intuebatur) teſte perhibeo. Quodã

die ego, & iſte Sulpitius pro foribus illius excubantes, iam per aliquot horas cum ſilentio ſedebamus ingenti horrore, & tremore, ac ſi ante angeli tabernaculum mãdatas excubias duceremus, cũ quidẽ clauſo cællulæ ſuæ oſtio nos ibi eſſe neſciret. Interim colloquentiũ murmur audiuimus, & mox horrore quodam circunfundimur, ac obſtupeſcentes, nec ignorare potuimus, neſcio quid fuiſſe diuinum. Poſt duas ferè horas ad nos Martinus egreditur, ac tum eũ iſte Sulpitius (ſicut apud eũ nemo familiarius loquebatur) cœpit orare, ut perquirẽtibus indicaret, quid illud diuini fuiſſet horroris, quod fatebamur nos ambo ſenſiſſe, uel cum quibus fuiſſet in cællula collocutus. Tenuem enim nos licet, & uix intellectum ſermocinantium ſonũ pro foribus audiſſe. Tũ ille diu, multum'qꝫ cũctatus, ſed nihil erat, quod ei Sulpitius non extorqueret inuito. Incredibiliora forte dicturus ſum, ſed Chriſto teſte non mentior, niſi quiſpiã eſt tam ſacrilegus, ut Martinum extimet fuiſſe mentitum, dicam, inquit, uobis, ſed uos nulli, quæſo, dicatis. Agnes, Tecla, & Maria mecum fuerunt. Referebat aũt nobis uultũ, atqꝫ habitũ ſingularum. Nec uero illo tantum die, ſed frequenter ſe ab eis confeſſus eſt uiſitari. Petrum etiam, & Paulum apoſtolos uideri a' ſe ſæpius nõ negauit. Iam uero dæmones, prout ad eum quiſqꝫ ueniſſet, ſuis noĩbus increpabat. Mercuriũ maxime patiebatur infeſtũ. Iouẽ brutũ, atqꝫ hebetẽ eſſe dicebat. Hæc pleriſqꝫ etiam in eodẽ monaſterio conſtitutis incredibilia uidebantur, ne dum ego cõfidam, omnes, qui hæc audient, crediturosa. Nã niſi inæſtimabilem uitam, atqꝫ uirtutem Martinus egiſſet, nequaq̃ apud nos tãta gloria præditus haberet. Quãq̃ minime mirũ, ſi in operibꝰ Martini infirmitas humana dubitauerit, cum multos quoque hodie uideamus, nec euangeliis quidem crediſſe. Cap. xvii.

A Martino aũt ſæpe angelos uiſos familiariter & ſenſimꝰ, & expti ſumꝰ. Rẽ minimã dicturus ſum, ſed tñ dicã. Apud Nemauſũ epõrũ ſynodus habebať, ad quã qdẽ

ire noluerat, sed qd gestū esset, scire cupiebat. Casu cū eo iste Sulpitius nauigabat, sed procul (ut semp) à cæteris in remota nauis parte residebat. Ibi ei angelus, quid gestū esset in synodo, nunciauit. Nos postea tempus habiti concilii sollicite requirētes, satis cōpertum habuimus ipso die fuisse cōuentū, & ea ibi ab episcopis fuisse decreta, quæ Martino angelus nūciauerat. Cap. xviii.

Hæc cum maxime Gallus, nec dū explicitis, quæ statuerat referre, loqueretur, puer familiaris ingressus est, nūcians Refrigerium presbyterum stare pro foribus. Dubitare cœpimus, utrum Gallum adhuc melius esset audire, an exoptatissimo nobis uiro, qui officii causa ad nos ueniebat, occurrere. Tum Gallus, etiam si non ob aduētum sanctissimi sacerdotis relinquēda nobis hæc esset oratio, nox ipsa cogebat hucusqꝫ protractum finire sermonem. Verū quia de Martini uirtutibus nequaquam explicari uniuersa potuerunt, hæc uos hodie audisse sufficiat. Cras reliqua dicem⁹. Ita pariter accepta Galli sponsione surreximus. Finis Libri Secūdi.

EIVSDEM SEVERI SVLPITII DIALOGI LIBER TERTIVS INCIPIT.

Capitulum primum

1 Vcescit o Galle, surgendum est. Nam, ut uides, & Postumianus instat, & hic presbyter, qui hesterno auditorium amisit, expectat, ut quæ de Martino nostro in hodiernum diem explicanda distuleras, debitor sponsionis euoluas. Nō ignarus qdē iste omniū, quæcūqꝫ memorāda sunt, sed dulcis & grata cognitio ē, etiam nota relegenti. Siquidem natura ita comparatum est, ut meliore quis cōscientia se nosse congaudeat, quæ multorum testimoniis non esse incerta cognoscit. Nā & hic à prima adolescētia Martinū secut⁹, nouit qdē oīa, sed libēter cognita recognoscit. Fatebor. n. tibi Galle, Martini mihi sæpi⁹ au

ditas eẽ uirtutes, q̃ppe, qui de eo etiã literis multa mãdauerim. Sed ꝑ gestorũ admirationẽ semper mihi noua sunt, quæ de illo licet audita sæpius reuoluunt. Proinde additũ nobis Refrigerium auditorẽ eo impensius gratulamur, quo promptius Postumianus iste, qui hæc Orięti inferre festinat, quasi sub testibus consignatam abs te accepturus est ueritatem. Hæc me loquente, Gallo iam ad narrandum parato, irruit turba monachorũ, Euagrius presbyter, Aper, Sebastian⁹, Agricola, & post paululum ingreditur presbyter noster Etherius, cũ Calepodione diacono, & Amatore subdiacono. Postremo Aurelius presbyter dulcissimus meus, lõgiore uia ueniens anhelus cucurrit. Quid uos, inquam, tam subito, & tam insperate, tam ex diuersis regionibus, tam mane cõcurritis? Nos, inquiũt, hesterno die cognouimus, Gallum istum per totum diem Martini narrasse uirtutes, & reliqua in hodiernum diẽ, quia nox oppresserat, distulisse. Propterea maturauimus frequens auditoriũ facere, tantam materiam locuturo. Interea nunciatur multos sæcularium stare pro foribus, nec ingredi audentes, sed ut admitterentur orantes. Tum Aper, nequaquam istos, ĩquit, nobis admisceri cõuenit, quia ad audiẽdum curiositate potius q̃ religione uenerunt. Confusus ego illorum uice, quos non admittẽdos esse censebat, ægre tamen obtinui, ut Eucherium ex uicariis, & Celsum admitterent consularem. Cæteri sunt repulsi. Tum Gallum media in sede componimus, qui cũ diu nobili sua uerecundia silentium tenuisset, tandẽ ita exorsus est. Conuenistis, inquit, ad me audiendũ & sancti, & diserti, sed religiosas potius q̃ doctas aures (ut arbitror) attulistis, audituri me fide testis, non oratoris copia locuturũ. Quæ autem hesterno dicta sunt, non reuoluam. Illa, qui non audierunt, ex scriptis recognoscent. Noua Postumianus expectat, nunciaturus Orienti, ne se in comparatiõe Martini præferat Occidẽti. Ac primum gestit animus, quod Refrigerius in aurem suggerit explicare.

Capitulum. ii.

Res ista i Carnotena gesta est ciuitate, Pater filiam duodennẽ ab utero mutam puellã Martino cœpit offerre, poscẽs, ut linguã ligatã meritis suis sanctus absolueret. Ille cedens episcopis, qui tum forte latus illius ambiebant, Valentiniano, atq; Victritio, imparem se esse tantæ moli, sed illius quasi sanctioribus nihil impossibile fatebatur. At illi pias preces una' cum patre supplici uoce iungentes, orare Martinũ, ut sperata præstaret. Nec cunctatus ultra utrunq; præclarum, & ostendẽdo humilitatẽ, nec differendo pietatẽ, iubet circunstantis populi multitudinẽ summoueri. Episcopis tantũ & puellæ patre assistentibus, in orationẽ suo illo more prosternitur, deinde pusillũ olei cũ exorcismi præfatione benedicit, atq; ita in os puellæ sanctificatũ liquorem, cũ & linguam illius digitis teneret, infudit. Nec fefellit sanctũ uirtutis euentus. Patris nomen interrogat. Mox illa respondet. Proclamat pater cum gaudio pariter, & lacrymis Martini genua complexus, & hãc primã se filiæ audisse uocẽ cunctis stupentibus fatebat᷑. Ac ne cuiquam id icredibile forte uideat᷑, perhibeat uobis præsens Euagrius testimonium ueritatis. Nã res ipso præsente tum gesta est. Parum illud est, quod nuper Arpagio presbytero referente cognoui. Sed non prætermittendũ uidetur. Cap. iii.

Auitiani comitis uxorẽ misisse Martino oleũ, qđ ad diuersas morborũ causas, sicut est consuetudo, benediceret. Ampullã uitreã istiusmodi fuisse, ut rotunda in uẽtrem cresceret ore producto, Sed oris extantis cõcauũ & non repletũ, quia id moris sit uascula cõplere, ut pars umbonibus obstruendis libera relinquat᷑. Testabat᷑ presbyter, uidisse se oleũ sub Martini benedictione creuisse, quoad exundante copia superne deflueret, eãdem'q;, dũ ad matrẽfamilias uasculum referret, seruasse uirtutem. Nã inter manus pueri portantis ita semp exundas se oleum, ut omne illius uestimentũ copia superfusi liquoris operiret. Matronã ita usq; ad summũ labrũ ple

num uasculũ recepisse, ut presbyter hodie quoq; fateať, obdendi pessuli, quo claudi diligentius seruanda cõsue uerunt, in uitro illo spaciũ non fuisse. Mirũ & illud, qđ huic (me aut intuebať) memini contigisse. Cap. iiii.

Vas uitreũ cum oleo, qđ Martinus benedixerat, in fene stra paululũ editiore deposuit. Puer familiaris incautior linteũ superpositũ, ampullã ibi esse ignarus attraxit. Vas sup constratũ marmore pauimentũ decidit. Cunctis metu exterritis, ne benedictio depisset, ampulla p/inde incolumis est reperta, ac si super plumas mollissimas decidisset. Quæ res nõ potius ad casum, q̃ ad Martini est referenda uirtutem, cuius benedictio perire nõ potuit. Cap. v.

Quid illud? qđ factũ est a' quodã, cuius nomen, quia præsens est, & prodi se uetuit, supprimeť, cui quidẽ tẽpori hic etiã Saturninus interfuit. Canis nobis importunior oblatrabat. In nomine, inquit, Martini iubeo te obmutescere. Cani hæsit latrat⁹ in gutture. Lingua, ut abscissam putares, obmutuit. Ita parũ est, ipsum Martinũ fecisse uirtutes. Credite mihi, quia etiam alii in nomine eius multa fecerunt. Cap. vi.

Auitiani quondã comitis noueratis barbarã nimis, & ultra omnes cruentã feritatẽ. Hic rabido spiritu ingressus Turonũ ciuitatẽ, sequentibus eum miserabili facie ordinibus catenatis, diuersa perdẽdis parari iubet genera pœnarum, disponens postero die, attonita ciuitate, ad opus tam triste procedere. Quod ubi Martino cõpertum est, solus paulo ante mediam noctem ad prætorium bestiæ illius tendit. Sed cum profundæ noctis silentio, quiescentibus cunctis, nulli foribus obseratis pateret ingressus, ante limina cruenta prosternitur. Interea Auitianus graui somno sepultus, angelo irruente percellitur. Seruus, inquit, dei ad tua limina iacet, & tu quiescis? qua ille uoce percepta, lecto suo turbatus excutitur, conuocatis'que seruis trepidus exclamat, Martinum esse pro foribus. Irent protinus, claustra reserarent, ne dei seruus pateretur iniuriam. Sed illi (ut est

omnium natura seruorum) uix prima limina egressi, irridentes dominũ suum, q̃ somno fuisset illusus, negãt quenquã esse pro foribus, ex suomet ingenio coniectãtes, neminem nocte posse uigilare, nedũ illi crederent in illo noctis horror̃ iacere ad aliena limina sacerdotẽ, id'que Auitiano facile persuasum. Rursum soluitur in soporẽ, sed mox ui maiore concussus, exclamat Martinum stare pro foribus, sibi ideo nullam quietem animi, corporis'que permitti. Tardantibus seruis, ipse ad limina exteriora progreditur, ibi Martinum (ut senserat) deprehendit. Perculsus miser tantæ manifestatione uirtutis, quid, inquit, hoc domine mihi fecisti? Nihil te loqui necesse est. Scio quid desideres, uideo quid requiras. Discede q̃totius, ne me ob iniuriã tuã cœlestis ira consumat. Satis soluerim hucusq; pœnarũ. Crede, quia nõ leuiter apud me actum est, ut ipse procederẽ. Post discessũ aũt sãcti, aduocat officiales suos, iubet oẽs custodias relaxari, & mox ipse ꝓficiscit̃. Ita fugato Auitiano lætata ẽ ciuitas, & liberata. Hæc cum multis Auitiano referente comperta sunt, tũ nuper Refrigerius presbyter, quem coram uidetis, ab Agarido fideli uiro ex tribunis sub inuocatione diuinæ maiestatis audiuit, qui sibi hoc ab ipso Auitiano relatum esse iurabat. Cæterum nolo miremini, me hodie facere, quod hesterno non feci, ut ad singulas quasque uirtutes, nomina testium, personas'que subnectam. Ad quas si quis fuerit incredulus, quia adhuc in corpore sunt, recurrat. Exigit id infidelitas plurimorum, qui in aliquibus, quæ hesterno memorata sunt, mutare dicuntur. Accipiant ergo testes adhuc incolumes, atque uiuentes, q̃bus, quia de fide nr̃a dubitãt, magis credãt. Sed si adeo ĩfideles sunt, ꝓfiteor, q̃a nec illis sũt credituri. Miror aũt quenq̃, qui uel tenuẽ sensum religionis habeat, tãtũ piaculi uelle cõmittere, ut putet quenquã de Martino posse mentiri. Facessat a' quoquã, q̃ sub deo uiuit, ista suspicatio. Neq; eni Martinus hoc indiget, ut mendaciis asserat̃. Sed tamen totius sermonis fidem apud te

Christe depromimus, nos nec alia dixisse, nec alia dicturos, q̃ quæ aut ipsi uidimus, aut quæ manifestis auctoribus, uel plerumq; ipso referente cognouimus. Cæterum & si dialogi speciē, quo ad leuādū fastidiū lectio uariaretur, assumpsimus, nos pie præstruere profitemur historiæ ueritatē. Hæc me extrinsecus inserere nonnullorum incredulitas non sine meo dolore compulerit. Sed redeat ad nostrū sermo cōsensum, in quo cū me tā studiose audiri uideā, fatebor, necesse est Aprum fecisse constanter, qui repulit infideles, eos tantū iudicans audire debere, qui crederent. Cap. vii.

Efferor siquidem (credite) spiritu, & præ dolore totus insanio, Non credunt Martini uirtutib' christiani, quas dæmones fatebantur. Monasteriū beati uiri duobus a' ciuitate erat milibus disparatum. Sed si quoties uenturus ad ecclesiam, pedem extra cællulæ suæ limen extulerat, uideres per totā ecclesiam energumenos rugientes, & quasi aduenīete iudice agmina damnanda trepidar̄, ut aduentum episcopi clericis, qui uenturum esse nescirent, dæmoniorū gemitus indicaret. Vidi quendā appropinquante Martino in aera raptum, manibus extēsis in sublime suspendi, ut nequaquā solū pedibus attingeret. Si quādo autē exorcizādorū dæmonū Martin' operā recepisset, neminē manibus attrectabat, neminē sermonibus increpabat, sicut plerumq; per clericos rotatur turba uerborum. Sed admotis energumenis cæteros iubebat abscedere, ac foribus obseratis in medio ecclesiæ cilicio circumtectus, cinere aspersus, solo stratus, orabat. Tu uero cerneres miseros diuerso exitu perurgeri. Hos sublatis in sublime pedibus, quasi de nube pendere, nec tamen uestes defluere super faciem, ne faceret uerecundiam nudata pars corporū. At in parte alia uideres sine interrogatione uexatos, & sua crimina confitentes. Nomina etiam nullo interrogante prodebant. Ille se Iouem, iste Mercurium fatebatur. Postremo cūctos diaboli ministros cū ipso cerneres auctore cruciari, ut iam illud in Martino fateamur impletū, quod scriptum

ptum eſt, quoniam ſcĩ de angelis iudicabũt. Cap. viii.

Pagum quendam in Senonum uico annis ſingulis grã do uaſtabat. Compulſi extremis malis incolæ à Marti no auxilium popoſcerunt, miſſa per Auſpitium præfe ctorium uirum ſatis fida legatione, cuius agros ſpecia liter grauior q̃ cæterorum aſſueuerat procella popula ri. Sed, facta ibi oratione, Martinus ita uniuerſam peni tus liberauit ab ingruenti peſte regionem, ut per ui ginti annos, quibus poſtea manſit in corpore grandi nem in illis locis nemo pertulerit. Quod ne fortuitum eſſe, & non potius Martino præſtitum putaretur, eo anno, quo ille defunctus eſt, rurſus incubuit rediuiua tẽpeſtas. Adeo ſenſit & mũdus uiri fidelis exceſſum, ut cuius uita iure gaudebat, eiuſdẽ morte lugeret. Cæte rum ſi ad hæc probanda, quæ diximus, teſtes etiam in firmior auditor exegerit, non unum ego hominẽ, ſed milia multa producam, & totam in teſtimonium uirtu tis expertæ Senonum aduocabo regionem. Et tamẽ tu Refrigeri preſbyter credo meminiſti, nuper nobis ſu per hoc cum Romulo Auſpitii illius filio honorato, & religioſo uiro fuiſſe ſermonem, qui hæc nobis tanquã incomperta referebat. Et cum futuris prouentibus per aſſidua damna trepidaret, ut ipſe uidiſti, magno ſe cum mœrore lugebat, Martinum non in hæc tempo ra reſeruatum. Cap. ix.

Sed ut ad Auitianum recurram, qui cum omnibus lo cis, cunctis'que urbibus ederet crudelitatis ſuæ infanda monimenta, Turonis tantum innocens erat. Et illa be ſtia, quæ humano ſanguine, & infeliciũ mortibus ale batur, mitem ſe atque tranquillum, beato uiro præſen te, præſtabat. Memini quodam die ad eũ ueniſſe Mar tinum, qui ubi ſecretarium eius ingreſſus eſt, uidit poſt tergum ipſius dæmonem miræ magnitudinis aſſiden tem, Quem cũ eminus (ut uerbo, quia ita neceſſe eſt, pa rũ latino loquamur) exufflaſſet, Auitianus ſe exuffla ri exiſtimans. Quid me, inquit, ſancte ſic aſpicis? Tum Martinus, non te, inquit, ſed eum qui ceruici tuæ teter

incubuit. Ita recessit diabolus, & reliquit familiare subsellium. Satisque constat ab illo die Auitianum mitiorem fuisse, seu ꝙ intellexerit egisse se semper assidentis sibi diaboli uoluntatem, seu ꝙ immundus spiritus ab illius consessu per Martinum fugatus, priuatus est potestate grassandi, cum erubesceret minister auctorẽ nec ministrum auctor urgeret. Cap. .x.

In uico autem Ambiacensi, idest castello ueteri, quod nũc frequens habitatur a' fratribus, idolum noueratis grandi opere cõstructum. Politissimis saxis moles turrita surrexerat, quæ incollectæ summitatis thronum sublimem procedens, superstitionẽ loci operis dignitate seruabat. Huius destructionem Marcello ibidem consistẽti presbytero uir beatus sæpe mãdauerat. Post aliquantulum temporis regressus increpat præsbyterum, cur adhuc idoli structura consisteret. Ille causatus uix militari manu, & ui publicæ multitudinis tantam molem posse subuerti, ne dum id facile putaret per imbecilles clericos aut infirmos monachos quiuisse curari. Tum Martinus recurrens ad nota præsidia, noctem totam in oratione peruigilat. Mane orta tempestas ædem idoli usque ad fundamẽtum prouoluit. Verum hæc Marcello teste dicta sunt. Cap. xi.

Aliam eius non dissimilem in simili opere uirtutem Refrigerio astipulante perhibeo. Columnam immensæ molis, cui idolum superstabat, parabat euertere, sed nulla erat facultas, qua id daretur effectui. Tum ad orationem suo more conuertitur. Visum cunctis est, parilem quodammodo colũnam ruere de cœlo, quæ impacta idolo totam illam inexpugnabilem molem soluit in puluerem. Parum scilicet, si inuisibiliter cœli uirtutibus uteretur, nisi ipsæ uirtutes uisibiliter seruire Martino humanis etiam oculis cernerent. Cap. xii.

Idem autem Refrigerius mihi testis est, mulierem profluuio sanguinis laborantem, cum Martini uestem exemplo mulieris illius euangelicæ contigisset, sub momento temporis fuisse sanatam.

Capitulum. xiii.

Serpens flumen secabat, & ripæ in qua constiteramus, annatabat. In nomine, inquit, domini iubeo te redire. Mox se mala bestia ad uerbum sancti retorsit, & in ulteriorem ripam nobis expectantibus transmeauit, Quod cum omnes non sine miraculo cerneremus, alitius ingemiscens, ait. Serpentes me audiunt, & homines non audiunt. Cap. xiiii.

Piscem paschæ diebus edere consuetus, paulo ante refectionis horam interrogat, an haberetur in promptu. Tum Cato diaconus, ad quem monasterii administratio pertinebat, doctus ipse piscari, negat per totum diẽ sibi ullam cessisse capturam. Sed neque alios piscatores, qui uendere solebãt, quicquam agere quiuisse. Vade, inquit, mitte linum tuum, captura proueniet. Contiguum flumini (ut Sulpitius iste descripsit) habebam⁹ habitaculum. Processimus cuncti, ut pote feriatis diebus, uidere piscantem, omnium spebus intentis, non incassum futura tentamina, quibus piscis auctore Martino Martini usibus quæreretur. Ad primum iactum in rete permodico immanem Esocem diaconus extraxit, & ad monasterium lætus accurrẽs, nimirum (ut dixit Poeta nescio quis utimur enim uersu scholastico, quia iter scholasticos fabulamur) captiuum'que suem mirantibus intulit argis. Vere iste Christi discipulus gestarum a' Saluatore uirtutum, quas in exemplũ sanctis suis edidit, æmulator, Christum'que in se monstrabat operantem, qui sanctum suum usquequaque glorificans, diuersarum munera gratiarum in unum hominem conferebat. Cap. xv.

Testabatur Arborius ex præfecto, uidisse se Martini manum sacrificium offerentis, uestitam quodammodo nobilissimis gemmis, luce micare purpurea, & ad motum dexteræ collisarum inter se fragorem audisse gemmarum. Cap. xvi.

Veniam ad illud, quod propter temporum notam semper occultauit, sed nos cœlare non potuit, in quo illud

est miraculi, q̄ facie ad faciem cum eo angelus est locutus. Maximus Imperator alias sane bonus, depravatus consiliis sacerdotum, post Prisciliani necem Itachium episcopum Prisciliani accusatorē, cæterosq́ue illius socios, quos nominare non est necesse, ui regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius, cuiuscunq; modi hominē fuisse damnatū. Interea Martinus multis, grauibusq́; laborantium causis ad comitatum ire cōpulsus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Cōgregati apud Treueros episcopi tenebant, qui quotidie cōmunicātes Itachio, cōmunem sibi causam fecerant. His ubi nunciatum est inopinantibus adesse Martinum, totis animis labefactati musitare & trepidare cœperunt. Et iam pridem Imperator ex eorum sententia decreuerat, tribunos summa potestate armatos ad hispanias mittere, qui hereticos inquirerent, deprehensis uitam, & bona adimerent. Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas illa depopulatura esset, paruo discrimine inter hominū genera. Et enim tum solis oculis iudicabatur, cum quis pallore potius aut ueste, q̄ fide hereticus extimaretur. Hæc nequaquā placitura Martino, episcopi sentiebāt, sed male consciis illa uel molestissima erat cura, ne se ab eorū cōmunione adueniens abstineret, nō defuturis, qui tanti uiri constantiam præmissa auctoritate sequerentur. Ineunt cum Imperatore consilium, ut, missis obuiam magistri officialibus, urbem illam propius uetarerur accedere, nisi se cum pace episcoporum ibi consistentium affore fateretur, Quos ille callide est frustratus, profitetur se cū pace Christi esse uenturum. Postremo ingressus nocturno tempore adiit ecclesiam tātum orationis gratia. Postridie palatiū petit. Præter multas, quas enumerare longum est, has principales petitiones habebat, pro Narsete comite, & Leucadio præside, qui ambo Gratiani partium fuerant pertinacioribus studiis, quæ non est huius temporis explicare, iram uictoris emeriti, illa præcipua cura, ne tribuni cū

iure gladiorum ad Hispanias mitterentur. Pia enim erat sollicitudo Martino, ut nõ solum christianos, qui sub illa erant occasione uexandi, sed ipsos etiam hereticos liberaret. Verum primo die, atq; altero suspẽdit hominem callidus imperator, siue ut rei pondus imponeret, siue quia nimis sibi implacabilis erat, seu quia, ut pleriq; tũ arbitrabantur, auaritia repugnabat, siquidem in bona eorum inhiauerat. Fertur enim ille uir multis bonis'que actibus præditus aduersus auaritiam parum cõsuluisse, nisi ob regni necessitatem. Quippe, qui ex hausto a' superioribus principibus reipu. ærario, pene' semper in expeditione, atque procictu bellorum ciuiliũ cõstitutus facile excusabatur, pro quibuslibet occasionib⁹ subsidia imperio paruisse. Interea episcopi, ad quorum cõmunionem Martinus non ibat, trepidi ad regem cõcurrunt, prædamnatos se conquerentes. Actum esse de suo omnium statu, si Theognisti pertinaciam, qui eos solus palam' lata sentẽtia condemnauerat, Martini armaret auctoritas. Nõ oportuisse hominem recipi mœnibus. Illum iam non defensorem hereticorum esse, sed uindicem. Nihil actum morte Prisciliani, si Martinus exerceat illius ultionem. Postremo prostrati cũ fletu, & lamentatione potestatem regiam implorãt, ut utatur aduersus unum hominem ui sua. Nec multum aberat, quin cogeret imperator Martinum cum hereticorum sorte misceri. Sed ille licet episcopis nimio fauore esset obnoxius, non erat nescius Martinum fide, sanctitate, ac uirtute cunctis præstare mortalibus. Alia longe uia sanctum uincere parat. Ac primo secreto accersitũ blande appellat, hereticos iure damnatos more iudiciorum publicorum, potius q̃ insectationibus sacerdotum. Non esse causam, qua Itachii, cæterorum'que partis eius cõmunionem putaret esse damnandam. Theognistum odio potius, q̃ causa fecisse dissidiũ, eundem'q; tamen solum esse, qui se a' communione interim separaret, a' reliquis nihil nouatum. Quin etiam ante paucos dies habita synodus Itachium pronunciauerat cul

pa non teneri, Quibus cum Martinus parum moueretur, rex ira accenditur, ac se de cõspectu eius abripuit, & mox percussores iis, pro quibus Martinus rogauerat, diriguntur, Quod ubi Martino compertum iam noctis tempore est, palatium irrupit, spondet, si parceretur, se communicaturum, dummodo & tribuni iam in excidium ecclesiarum ad hispanias missi retraherentur. Nec mora intercessit, Maximus indulget omnia. Postridie Felicis episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sane uiri, & plane digni, qui meliore tempore sacerdos fieret. Huius diei communionem Martinus iniit, satius extimans ad horam cedere, q̃ iis non cõsulere, quorum ceruicibus gladius imminebat. Verumtamẽ summa ui episcopis nitentibus, ut communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. Postero die se inde proripiens, cum reuertens in uia mœstus ingemisceret, se uel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum, haud longe á uico, cui nomẽ est Andetanna, quæ uasta solitudine siluarum secreta patiuntur, progressis paululum comitibus, ille subsedit, causam doloris, & facti accusante, ac defendente inuicem cogitatione peruoluens. Astitit ei repente Angelus. Merito, inquit, Martine compungeris, sed aliter exire nequisti. Repara uirtutem, resume constantiam, ne iam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempore satis cauit cum illa Itachianæ partis communione misceri. Cæterum cum quosdam ex energumenis tardius q̃ solebat, & gratia minore, curaret, subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se ipse uel puncto temporis, necessitate non spiritu miscuisset, detrimentum sentire uirtutis. Sexdecim postea uixit annos, nullam synodum adiit, ab omnibus episcoporum cõuentibus se remouit.

Cap xvii.

Sed plane (ut experti sumus) imminutam ad tempus gratiam multiplici mercede reparauit. Vidi postea ad fores monasterii ipsius adductum energumenum, & pri-

us q̃,limen attingeret,fuisse curatum.

Capitulum.xviii.

Testantem quendam nuper audiui,cũ in Tyrrheno mari cursu illo, quo Romam tenditur, nauigaret, subito turbinibus exortis extremum uitæ omnibus fuisse discrimen. In quo cum quidã Aegyptius negociator necdum christianus magna uoce clamauerit, deus Martini eripe nos,mox tempestatem fuisse sedatam,se'q; optatum cursum cum summa placidi æquoris quiete tenuisse.

Capitulum. xix.

Lycontius ex uicariis uir fidelis,cum familiam illius lues extrema uastaret, & inauditæ calamitatis exemplo per totam domum corpora ægra procumberent, Martini per litteras implorauit auxilium. Quo tempore uir beatus rem esse promisit difficilem impetrari. Nam spiritu sentiebat domum illam diuino numine uerberari. Tamen non prius destitit septem totos dies, totidem'que noctes orando, & ieiunãdo continuans,q̃ id, quod exorandum receperat,impetraret. Mox ad eum Lycontius diuina expertus beneficia peruolauit, nuncians simul, & gratias agens,domum suam omni periculo liberatam. Centum etiam argenti libras obtulit, quas uir beatus nec respuit,nec accepit. Sed prius q̃ pondus illud monasterii limen attingeret, redimendis id captiuis continuo deputauit. Et cum ei suggeretur à fratribus,ut aliquid ex eo in sumptus monasterii reseruaret,omnibus in angustum esse uictum,multis deesse uestitũ,nos,ĩquit,ecclesia & pascat, & uestiat, dũmodo nihil nostris usibus quæsisse uideamur.

Capitulum .xx.

Succurrunt hoc loco uiri illius magna miracula, quæ facilius admirari possumus,q̃ referre. Agnoscitis profecto,quod dico. Multa sunt illius, quæ non queunt explicari.ueluti istud est, quod nescio, an ita,ut gestum est,a'nobis possit exponi. Quidam e' fratribus, nomen non ignoratis,sed cœlanda persona est,ne sancto uiro uerecundiam fecerimus. Quidam ergo cum ad forna

cula m illius carbonum copiam reperisset, & admota sibi sellula, diuaricatis pedibus super ignem illum nudato inguine resideret, continuo Martinus factam sacro tegmini sensit iniuriam, magna uoce proclamans, Quis, inquit, nudato inguine nostrum incestat habitaculum? Hoc ubi ille frater audiuit, & ex conscientia, q increpabatur, agnouit, continuo ad nos cucurrit exanimis, pudorem suum nō sine Martini uirtute confessus.

Capitulum. .xxi.

Quodam itidem die, dum in area, quæ parua admodum tabernaculum illius ambiebat, in illo suo, quod nostis omnes, sedili ligneo resedisset, uidit duos dæmones in excelsa illa, quæ monasterio supereminet, rupe consistere, inde alacres, ac lætos uocem istiusmodi adhortationis emittere, Eia te Brici, eia te Brici. Credo, cernebant miserum eminus propinquantem, conscii quantam illi rabiem spiritus suscitassent. Nec mora Bricius furibūdus irrupit, ibi plenus insania euomuit in Martinū mille conuitia. Obiurgatus enim pridie ab eo fuerat, cur, q nihil unquam ante clericatum, quippe qui in monasterio ab ipso Martino nutritus, habuisset, equos aleret, mancipia compararet? Nam illo tempore arguebatur á multis, q non solum pueros, sed etiam puellas scitis uultibus coemisset. Quibus rebus īfelicissimus, insano felle commotus, & (ut credo) præcipue dæmonū illorum agitatus instinctu, Martinum ita aggressus est, ut uix manibus temperaret, Cum quidem sanctus uultu placido, mente tranquilla infelicis amentiam per mitia uerba cohiberet. Sed ita in eo nequam spiritus redundabat, ut ne sua quidem illi quamuis uana admodum mens subesset, trementibus labiis, incertóque uultu decolor præ furore rotabat uerba peccati, se asserens sanctiorē, quippe qui á primis annis in monasterio iter sacras ecclesiæ disciplinas, ipso Martino educante creuisset, Martinū uero & á principio, quod ipse diffiteri nō posset, militiæ artibus sorduisse, & nunc per inanes supstitiones, & phantasmatica uisionū ridicula prorsus in-

ter deliramenta senuisse. Hæc cum multa, atque alia etiam, quæ reticere melius ē, acerbiora uomuisset, egressus tandem furore satiato, quasi qui se penitus uindicasset, rapidus ea parte, qua uenerat, recurrebat. Cum interea (credo per Martini oratiões, fugatis ab illius corde dæmonibus) reductus in pœnitentiā mox reuertitur, atque ad Martini se genua prosternit, ueniam poscens fatetur errorem, nec sine dæmone se fuisse tādem sanior confitetur. Non erat apud Martinum labor iste difficilis, ut ignosceret supplicanti. Tum & ipsi, & nobis omnibus sanctus exposuit, qualiter illum uidisset a' dæmonibus agitari, se conuitiis non moueri, quæ magis illi, a' quo essent effusa, nocuissent. Exinde cum idem Bricius multis apud eum, magnis'que criminibus per sæpe premeretur, cogi non potuit, ut eum a' præsbyterio summoueret, ne suam persequi uideretur iniuriam, illud sæpe commemorans. Si Christus Iudam passus est, cur ego non patiar Bricium? Ad hæc Postumianus, audiat, inquit, istud exemplum noster iste de proximo, qui cum sit sapiens, immemor præsentium, immemor futurorum, si fuerit leniter offensus, insanit, in sua se non habens potestate. Sæuit in clericos, grassatur in laicos, totum'q; terrarum orbem in suam commouet ultionē. In qua per trienium iugiter dimicatione consistens, nec tempore nec ratione sedatur. Dolenda hominis, & miseranda conditio, etiam si hac sola insanabilis mali peste premeretur. Verum ista ei patientiæ, & tranquillitatis exempla referre sæpius Galle debueras, ut sciret irasci, & sciret ignoscere. Qui si istū ipsum breuiter insertum sermonem meum in se prolatum forte cognouerit, sciat non magis ore inimici, q̄ amici animo me locutum, quia si fieri posset, optarem, ut Martino potius episcopo, q̄ Phalari tyranno similis diceretur. Sed istum, cuius commemoratio parum suauis est, trāseamus, & ad Martinum nostrum Galle redeamus. Tum ego cum iam adesse uesperum occiduo sole sentirem, dies, inquam, abiit Postumiane. Surgendum

est, simul tam studiosis auditoribus cœna debetur.

Capitulum .xxii.

De Martino autem expectare non debes, ut ulla sit meta referendi. Latius ille diffunditur, q̃ ut ullo ualeat sermone concludi. Ista interim de illo uiro portabis Orienti. Sed dum recurris, diuersas'que regiones, loca, port⁹, insulas, urbes' que præter leges, Martini nomen, & gloriam sparge per populos. In primis memento nõ præterire Campaniam, & si maxime cursus in deuio sit, nõ tamen tibi tanti sint uel magnarum morarũ ulla dispendia, quin illic adeas illustrem uirum, ac toto laudatum orbe Paulinũ. Illi quæso te primum sermonis nostri, quem uel hesterno confecimus, uel hodie diximus, uolumen euolue, Illi omnia referes, illi cuncta recitabis, ut mox per illum sacras uiri laudes Roma cognoscat, sicut primum illum nostrum libellum non per Italiam tantum, sed per totum etiam diffudit Illyricum. Ille Martini non inuidus gloriarum, sanctarum'q; in Christo uirtutum piissimus æstimator, nõ abnuet præsulem nostrum cum suo Felice cõponere. Inde si forte ad Africam transfretabis, referes audita Chartagini, licet iampridem (ut ipse dixisti) uirum nouerit, tamen nunc præcipue de eo plura cognoscat, ne solum ibi Cyprianum martyrem suum, q̃uis sancto illius sanguine consecrata miretur. Iam si ad leuam achaiæ sinum paululum deuexum intraueris, sciat Corynthus, sciant Athenæ, nõ sapientiorem in Achademia Platonem, nec Socratẽ in carcere fortiorem. Felicem quidem græciam, quæ meruit audire apostolum prædicantem. Sed nequaquam a' Christo gallias derelictas, quibus donauerit habere Martinum. Cum uero ad Aegyptum usque perueneris, q̃q̃ illa sanctorum suorum numero, & uirtutibus sit superba, tamen nõ dedignetur audire, quia illi uel uniuersæ Asiæ in solo Martino Europa non cesserit. Cæterũ cum Hierosolymã inde petiturus uentis cursum, uelam'que commiseris, negocium tibi nostri doloris iniungo, ut si unquã ad illustris illius Ptholomaidis li-

tus accesseris, sollicitus inquiras, ubi sit consepultus noster ille Pomponius, nec fastidias uisitare ossa pegrina. Multas ibi lacrymas tam ex affectu tuo, q̃ ex nostris fũde uisceribus, ac licet inani munere solum ipsum flore purpureo, & suaue redolentibus sparge graminibus. Dices tamen illi, sed non aspere, non acerbe, compatientis affectu, non exprobrantis eulogio, ꝗ si uel te quõdam, uel me semper audire uoluisset, & Martinum magis q̃ illum, quem nominare nolo, fuisset imitatus, nunquam a' me tam crudeliter disparatus ignoti pulueris regione tegeretur, naufragii sorte predonis passus in medio mari mortem, & uix in extremo nactus litore sepulturam. Videant hoc opus suum, quicunque ex illius abscessu mihi nocere uoluerunt, uideant gloriam suam, & uel nunc aduersum me grassari desinant uindicati. Hæc cum maxime flebili uoce gemeremus, omniũ lacrymis per nostra lamenta commotis, cum magna quidem Martini admiratione, sed non minore ex nostris fletibus dolore discessum est.

Finis Libri tertii dialogi Seueri Sulpitii.

EIVSDEM SEVERI SVLPITII DE TRANSLATIONE CORPORIS SANCTI MARTINI.

a Rchadio uero & Honorio imperatorib⁹, sanctus Martinus Turonorum episcopus, plen⁹ uirtutibus, & sanctitate, præbens infirmis multa bñficia, octogesimo primo ætatis suæ anno, episcopat⁹ autem uigesimosexto, apud Cõdatẽsem diocesis suæ uicũ, excedens a' sæculo, feliciter migrauit ad Christũ. Trãsit aũt media nocte, q̃ dominica habebatur, Attico, Cæsareo'ꝗ cõsulibus. Multi. n. in eius trãsi-

tu psallẽtiũ uoces audierũt in cœlo, qđ in libro uirtutũ eius primo plenius exposuimus. Nam cum primũ sanctus dei apud Condatensem (ut diximus) uicum ægrotare cœpisset, Pictaui populi ad eius transitũ, sicut & Turonici conuenerunt, quo migrante grandis altercatio in utrunque surrexit populum. Dicebant enim Pictaui, noster est monachus, nobis abbas extitit, nos requirimus commendatum. Sufficiat uobis, ꝙ dũ esset in mũdo, usi fuistis eius colloquio, participastis conuiuio, firmati fuistis benedictionibus, insuper & uirtutibus iucũdati. Sufficiant uobis ista omnia. Nobis liceat auferre, uel cadauer exanime. Ad hæc Turonici respondebant. Si uirtutes nobis factas sufficere dicitis, scitote, quia uobiscum positus amplius est q̃ hic operatus. Nã (ut prætermittamus plurima) uobis suscitauit duos mortuos, nobis uero unũ. Et (ut ipse sæpe dicebat) maior ei uirtꝰ ante episcopatum fuit, q̃ post episcopatum. Ergo necesse est, ut quod nobiscum nõ impleuit uiuus, expleat uel defunctus. Vobis est enĩ ablatus, nobis a' deo donatus. Verũ si mos antiquitus institutus seruatur, in urbe, qua ordinatus est, habebit deo iubente sepulchrum. Certe si eum pro monasterii priuilegio cupitis uendicare, scitote, quia primum ei monasteriũ cum Mediolanensibꝰ fuit. His ergo litigãtibus, sole ruẽte, dies clauditur, corpus'que in medio positum ab utroque populo custoditur, futurum ut mane facto a' Pictauis per uiolentiam auferretur. Sed deus omnipotens noluit urbem Turonicam proprio frustrare patrono. Denique nocte media omnes Pictaui a' somno fallaciæ comprimuntur, nec ullus superfuit, qui ex tanta multitudine uigilaret. Igitur ubi Turonici eos obdormisse conspiciunt, apprehensam sanctissimi corporis glebam, alii per fenestram eiiciunt, alii a' foris suscipiũt, positam'ꝗ in naui cum omni populo per Viennam fluuium descendunt, ingressi'ꝗ Ligeris alueum ad urbem Turonicam cũ magnis laudibus psallẽtium dirigũt iter. De quoꝝ uocibus Picta-

ui expergefacti, nihil de thesauro, quem custodiebant, habentes, cum magna confusione ad propria sunt reuersi, & ciues Turonici tripudiãtes, cum sanctissimi uiri corpore ad urbẽ Turonensem sunt reuersi. Quod si qs requirit, cur post transitũ Gratiani episcopi unus tantũ idest Lidorius usq; ad sanctũ Martinũ fuisset, nouerit, ꝙ obstantibus paganis, diu ciuitas Turonica sine bñdictione sacerdotali fuit. Nam christiani, qui eo tẽpore uidebãtur, occulte per latebras diuinũ officium celebrabãt. Nã si qui a' paganis reperti fuissent christiani, aut afficiebantur uerberibus, aut gladio truncabantur. A passione ergo domini usque ad transitũ sancti Martini, anni quadringenti duodecim computantur. Finis.

De sancto Martino Miraculum.

Beatus uero Seuerinus Coloniensis ciuitatis episcopus, uir honestæ uitæ, & per cuncta laudabilis, dum die dominico loca sancta ex cõsuetudine post matutinos cũ suis clericis circuiret, hora illa, qua uir beatus obiit, audiuit chorum canentium in sublimi, uocato'q; archidiacono interrogat, si aures eius percuterent uoces, quas ille attẽtius audiret. Respõdit, nequaquã. Tũc ille. Diligentius, inquit, ausculta. Archidiaconus autem cœpit sursum collum extendere, aures erigere, & super summis articulis, baculo sustẽtante, stare, sed credo eum nõ fuisse æqualis meriti, a' quo hæc non merebantur audiri. Tunc prostrati terræ ipse pariter, & beatus episcopus deprecabantur dominũ, ut hoc ei diuina pietas audite permitteret. Erectis autẽ sursum, interrogat senex, Quid audis? Qui ait, Voces psallentium tanquã in cœlo audio, sed quid sit, prorsus ignoro, Cui ille. Ego tibi, quid sit, narrabo. Dominus meus Martinus episcop9 migrauit ex hoc mundo, & nunc angeli canendo eum deferũt in excelsum. Et ut parumper mora esset, ut hæc audirentur, diabolus eum cum iniquis suis angelis retinere tentauit, nihil'q; in eodem suum reperiens, con-

fusus abscessit. Quid ergo de nobis peccatorib⁹ erit, si tantum sacerdotem uoluit pars iniqua nocere? Hæc sacerdote loquente notatur tempus. Archidiaconus uelociter misit Turonis, qui hoc diligenter inquireret. Qui ueniens eo die & hora manifestissime cognouit beatum uirum transisse, quo sanctus Seuerinus audiuit psallentium chorum. Sed & si ad Seueri recurramus historiam, ipsa hora, cum sibi scripsit, cum libro uitæ suæ fuisse reuelatum.

Aliud Martini miraculum.

Eo tempore beatus Ambrosius, cuius hodie flores eloquii per totam ecclesiam redolent, Mediolanẽsi ciuitati præerat episcop⁹, Cui celebranti festa dominicæ diei, ista erat cõsuetudo, ut ueniẽs lector cũ libro nõ antea legere præsumeret, q̃ nutu Sanctus præcepisset. Factũ est autem, ut illa die dominica, prophetica lectione iam lecta, ante altare stante, qui lectionem beati Pauli proferret, beatissimus antistes Ambrosius super altare obdormiret, Quod uidentes multi, cum nullus eum excitare præsumeret, transactis fere duarum, aut trium horarum spaciis, excitauerunt eum dicentes. Iã hora præteriit, iubeat dominus episcopus lectori lectionem legere, expectat enim populus ualde iam lassus. Respondẽs autem beatus Ambrosius. Nolite, inquit, turbari. Multum mihi ualuit sic obdormisse, quia miraculũ magnũ dominus mihi ostendere dignatus est. Nam noueritis fratrem meum Martinum sacerdotẽ de corpore egressum fuisse, me autem eius funeri obsequium præbuisse, peracto'q; ex more seruitio, capitellum tantũ uobis excitantibus nõ expleui. Tũc illi stupefacti pariter & admirantes, diem & tempus notant. Qui sollicite requirentes ipsum diẽ, tẽpus'q; reperiunt, quo beatus cõfessor dixerat, se eius obsequiis deseruisse. O beatum uirũ in cui⁹ transitu sanctorũ canit numerus, angelorũ exultat chorus, omnium'q; uirtutũ cœlestiũ occurrit exercitus, dia

bolus præsumptione cõfunditur, ecclesia uirtute roboratur, sacerdotes reuelatione glorificant, qué Michael assumpsit cũ angelis, Maria suscepit cũ uirginum choris, paradisus retinet lætum cum sanctis. Sed quid nos in laudem eius tentamus, quod non sufficimus adimplere? Ipse est enim laus illius, cuius laus ab eius ore nũquã recessit, cuius regnum & imperium sine fine cõstat per cuncta sæcula sæculorum. Amen.

Translatio corporis sancti Martini.

Operæpretium est etiam illud inserere lectioni, qualiter sanctum eius corpus in loco, ubi nunc adoratur, fuerit angelo annuente translatũ. Igitur anno. lxiiii. post transitũ domini Martini beatus Perpetuus Turonicæ sedis cathedram sortitus est dignitatis. Adeptus'q; hunc apicem cum magno uotorũ consensu, fundamenta templi ampliora q̃ fuerant super beata membra locare disposuit. Quod sagaci studio insistens, mirifice mancipauit effectui. De qua fabrica multũ, quod loqueremur erat. Sed quia præsens est, conticere exinde melius putauimus. Adueniente ergo tempore optato sacerdotii, ut tẽplum dedicaretur, & sanctum corpusculũ a' loco, ubi sepultum fuerat, trãsferretur, cõuocauit beatus Perpetuus ad diem festum uicinos episcopos, sed & abbatum, ac diuersorum clericorum non minimam multitudiné. Et quia hoc in Kal. Iulii agere uolebat, uigilata una nocte, facto mane, accepto sarculo terram, quæ super sanctum erat tumulum, cœperunt effodere. Quo detecto, manus, ut eum cõmouerẽt iniiciunt, ibiq; multitudo tota laborãs, nihil prorsus per totã dié profecit. Vigilata deniq; alia nocte, mane tentantes iterum, nihil omnino agere potuerunt. Tunc conturbati atque exterriti, quid facerent, nesciebant. Dicit ei unus ex clericis. Scitis quia post hoc triduum natalis episcopatus eius esse consueuerat? Et forsitan in hac die se transferri admonet. Tunc ieiuniis, & orationibus, ac iu-

gi silentio die, noctu'que insistentes triduum illud con tinuatione duxerunt. Quarta autem die accedentes, ponentes'que manus non ualebant penitus mouere sepulchrum. Pauore autem omnes exterriti, & iã in hoc stantes, ut terra uasculum, quod detexerant, operirent, apparuit eis senex ueneranda canitie, ad instar niuis candorem efferrens, dicens se esse abbatem. Et ait eis. Vsquequo conturbamini, & tardatis? Nõ uidetis dominũ Martinum stantem, uos iuuare paratum, si manus apponetis? Tunc iactãs pallium, quo utebatur, posuit manus ad sarcophagum cum reliquis sacerdotibus, crucibus paratis, & cæreis, imposita'que antiphona, dederunt cuncti uoces psallentium in excelso. Tunc ad senis conatum protinus sarcophagum in summa leuitate cõ motum in loco, ubi nũc adoratur, domino annuẽte ꝑducitur. Quod ad uoluntatem sacerdotis compositum, dictis etiam missis, ut uentum est ad conuiuium, requirentes sollicite senem nequaquã reperiunt. Sed nec homo quidem extitit, qui eũ de basilica exire uidisset. Credo, aliqua fuisset uirtus angelica, qui & beatum uirũ se uidisse pronunciauit, & deinceps nullibi cõparuit. In quo loco ex illa die multæ uirtutes factæ sunt, quæ per negligentiã non sunt scriptæ. Nos uero quantũ de nostro tẽpore aut fieri uidimus, aut factũ certe cognouimus, silere nequim⁹. Cui est honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS

CAPITVLA IN VITAM BEATI MARTINI EPISCOPI A' SEVERO SVLPITIO EDITAM.

Eiusdem Seueri epistola ad Eusebyum presbyterum, postea episcopum, in excusationē Martini, q̄ igne attactus sit. Item miraculum quomodo ignem euasit.

Eiusdem Seueri epistola ad Aureliū diaconū de obitu sancti Martini, & quomodo eius animam in cœlum ascendere uidisset.

Eiusdem Seueri ad Bassulam parentem epistola, de libello obitus sancti Martini. Deq; obitu sancti Martini per eumdem Seuerum edito. Finis.

CAPITA IN PRIMVM LIBRVM DIALOGI SEVERI SVLPITII DE MIRACVLIS SANCTI MARTINI EPISCOPI TVRONENSIS.

Postumianus edisserit ꝓsperitatē nauigatiōis, & omnē suæ peregrinationis historiam, qualiter in oriente fides Christi floreat, quæ sit quies sanctorum, quæ instituta monachorum, quantis'q; signis & uirtutibus in seruis suis Christus operetur. Cap. i.

Quod explorandorum locorum gratia a' littore longius processit, & inuenit senem presbyterum in ueste pellicea molā manu uertētem, & conuiuium illius exponit, ac mores hominū regionis illius præclaros, quib⁹ alimentis uiuant, & q̄ celeriter in locis illis sata proueniant. Cap. ii.

Quod Alexandriæ inter episcopos & monachos in utilia cretamina gerebātur, ne quis Origenis libros legeret. Cap. iii.

Bethleem oppidū petiisse, cuius loci ecclesiam sanctus Hieronymus regebat, qui die noctu'q; aut legebat aliquid, aut scribebat. Cap. iiii.

Multa esse in Aegypto monasteria, in quibus prima uirtus est obedientia, & q̄ infantulus aspidem in monasterium detulit. Cap. v.

Senes duos cōperisse, quorum unum sol nunq̄ uidisset

CAPITVLA LIBRI SECVNDI DIALOGI SEVERI SVLPITII DE VIRTVTIBVS BEATI MARTINI EPISCOPI.

CAPITVLA LIBRI TERTII DIALOGI SEVERI SVLPITII DE VIRTVTIBVS BEATI MARTINI EPISCOPI.

FINIS.

LEONARDI IVSTINIANI PATRICII VENETI IN BEATI NICOLAI MYRENSIS EPISCOPI VITAM E' GRAECO IN LATINVM TRALATAM AD LAVRENTIVM EIVS FRATREM, VRBIS VENETIARVM PATRIARCHAM PRAEFATIO.

C Vm ætatis nostræ ingenia mecum considero Laurenti frater, ea uidelicet, quibus uetus illud, & expolitum scribẽdi genus in cultu est, soleo equidem christianã gẽtem (si dicere fas est) nõ nihil infortunatã putare. Nam cum in illa tot prestãtissimi fuerit in omni primaria laude uiri, ut nulla sit cum illis gentilitas comparanda, uix quisq̃ tamen eiusmodi scriptorum est, qui non ipse malit gentiliũ, q̃ sanctorum nostrorum facta literis celebrare. Id autẽ cur ita fiat non certe satis intelligo. Nam cum christianam fidem plane' profiteamur, eo'q; censeri nomine & felicitati nobis ĩputemus, & laudi, quid causæ dici potest, cur aliena malimus etiam a' pueris decãtata, q̃ nostra haud satis cognita gloriose, & utiliter illustrare. Nã Metellis, Catonibus, Lycurgis, Epaminundis, cæterorum'que gẽtilium illustribus factis pene' referta sunt omnia, nec noua indigent laude, in quibus exprimendis cum græce, tum latine summa certauerunt ingenia. At nostrorum nisi paucorum admodum iacet memoria, quorum præter nomina, nihil ferme celebre est. Nun enim Crispos, aut Xenophontas, aut ex illa cohorte quenquã uitæ, facinorum que suorum interpretem habuere. Nam ad nominis celebritatem, posteritati diutissime cõmẽdandã, quis nesciat, non tam referre, quibus quisque moribus, qua uirtute, q̃bus rebus gestis antecellat, sed multo ma

xime quẽ factorũ, & laudum suarum præconem sit habiturus. Vnde Lyricũ illud, Vixere fortes ante Agamemnona multi, Ignoti'que longa nocte, carent'que uate sacro. Scite igit Alexander diuinitatis cupiditate incensus, statuas suas ab alio quoquam fieri, q̃ a' Lysippo uetuit, quia illius opera ob incomparabilis artis præstantiã immortalia fore putabat. Ita non tam res ipsæ scriptorẽ, q̃ scriptor illas celebres, atque longeuas facit. Quod si Hieronymum, aut eloquentem alterũ cæteri nostri fuissent consecuti, legerentur illi profecto, eo studio, ac uoluptate, qua Paulum eremitam legim⁹, et Hilarionem, quorum uitæ splendor pari ab illo uerborum luce, & uenustate ornat⁹ est. Nẽpe Paulos, & Hilariones haberem⁹ innumeros, nõ eos, aut æqua cum illis felicitate, aut fortuna, ut scriptorem eloquentissimum nanciscerẽtur, Sed Voraginẽ nescio quẽ, aut alios in disertos e' turba, quorum si fidei eloquentia par fuisset, sanctorum nostrorum præclara facinora, non modo per uulgus, uerum longe, late'que per docta ingenia uolitarent, Et omnium uirtutum exempla peteremus ab eis, quandoquidem mille nos habemus ex nostris, quos singulis gentilibus opponamus, nec uiros modo, sed & mulierum cateruas proferamus, forti perpessas animo, quæcunque scriptores prisci paucis in uiris tantopere laudauerunt. Adde, q̃ externarum gentium uirtus magna quidem ex parte fucata fuit, nec tam uirtus, q̃ simulacrum uirtutis, & species appellanda. Nam si magnitudinem animi, si sapientiam, si continentiam, æquitatem, liberalitatem, cæteras'que re uera, uirtutes quærimus, haud facile dixerim, in aliis illas, q̃ in sanctis nostris splẽdidius eluxisse. At sancti (dicet aliquis) non duxerunt exercitus, non acies instruxerunt, non classibus, non præliis, non oppugnationibus denique urbium præfuerunt. Non est omnino id quidem, fuisse tamen concedamus, & hæc eadem fateamur præclara putari debere, sed per deum immortalem, cui tandem usui, aut cuiusmodi hominibus ista dicuntur? Quotus enim quisque legẽtium illa fuerit, qui aut clas-

ſis præfectum ,aut inſtructorem certaminum, aut urbiũ oppugnatorem futurum ſe putet. O dementiã ſingularem.?Ego qui nunquam uiſurus exercitus ſim ,quibus artibus acies diſponantur,multo didicerim ſtudio,quo uero pacto ſuperbiam conteram , iram extinguam ,auaritiam ,reliquas'que animi peſtes proſternam , ex his ſcire neglexerim,q̃ hoc cõmune omnium bellandi gen⁹ ſcite percalluerunt.? Q uid igiť , improbabimus ne ſtudiũ eorum ,qui noſtro ſæculo eiuſmodi uigilias uigilarunt, & multorum gentilium facta ſcripſerunt.?Non auſim id ego quidem,neque unus pluribus temere bellum indixerim,& his potiſſimũ,quos mihi uel neceſſitudine ſtudiorum, uel officiorum cõmuni interceſſione coniunctos puto. Cæteꝝ pertinax affirmatim,præſtitiſſe noſtrorum,q̃ alienas uitas conſcribere. Aut ſi alienæ ſcribẽdæ fuerint,non debuiſſe noſtras omitti. Nos itaq;,qui dudum aliorum inſtitutum ſecuti, nonnulla gentilium facta literarum monumentis mandauimus,nunc,te hortante,Laurenti frater hunc,quem laudamus morem inibimus. Me & enim quotidie pro tua incredibili pietate admones,ut ſtudia,cogitationes'que meas ,ad beatam uitam,animi'que immortalitatem adipiſcendam potiſſimum cõferam,& poſt longam nauigationem aliquãdo de portu cogitem. Nulli⁹ autem in omni re,quæ ad bene,beate'q; uiuendum pertineant, maior mihi debet eſſe auctoritas,q̃ tua , qui præter incontaminatam uitæ integritatem,ab ineuntibus annis ſuſceptam,mihi natura frater es ,cura & ætate pater ,dei miſeratione antiſtes. Neque me uerbo tantum doces,ſed exemplo magis,q inter maximas epiſcopatus tui occupationes,& Venetorum,alienigenarum'que quotidianos acceſſus,ſacrarum literarum ſtudia,ſcribens non intermittis,ne libri, quos priuatus plures edidiſti,teſtentur,te in negocio ea mentis,& cogitationum poteſtate carere,qua in ocio perpetuo fruebare. Tibi igiť morem gerens,magni Nicolai uitam ſcribere orſus ſum. Neque omnia in eum libellũ congeſſi,ſed ea tantum,quæ apud græcos idoneos,ma

xime apud Simeonem cognométo Methaphrastem de illo scripta, & ecclesiis ꝓbata inuenimus. Ná quæ de ipso feruntur, tum uetera, tum noua miracula, neque numero, neque magnitudine modum habent. Hunc autem potissimū exprimédū tibi delegi, partī quia iocūda ea lectio ē, & digna certe, quæ de ep̄o, ab ep̄o acurate legatur, partim ut uiro sanctissimo de Venetis optime merito, aliquam meæ patriæ nomine, gratiam reddam. Nostros enim homines, & nauigantes in primis, tanta prosequnutur pietate, tanta misericordia, ut iure post beatissimum Marcum, hunc alterum nostra ciuitas sibi patronum colat. At cum pro susceptis ab eo muneribus, alii cæras, alii argenteas statuas ferant, ego hanc illi longe nobilissimam statuam dedicabo, quæ non modo corporis, cæterū, qđ multo prestabilius est, animi & uitæ pulcherrima liniamenta immortaliter exprimat. Nec erit (ut spero) inanis hic noster labor, ceu in scribendis gentilibus quōdam fuit. Nam in eum hoc munus cōtulimus, qui cum inter primos gratissimus fuerit, plus potest nobis mortuus nunc e' cœlo, q̃ uiuens quisq; in terris prodesse.

INCIPIT VITA SANCTISSIMI CONFES-
SORIS NICOLAI, COGNOMENTO
MAGNI, AC MYRENSIS
ANTISTITIS ADMI-
RANDI. FELI-
CITER.

Cap. primum.

P

Ataram rerum scriptores tradunt, Vrbem fuisse in terra Lycia nobilem inter primas, Ei'que si cætera defuissent ornaměta, quibus tamē plurimis affluebat, poterat sane'uel hoc uno nobilitari præcipue, q magnum Nicolaum Myrarũ episcopum tulit, Virũ profecto, quē in re publica christiana, nemo prope' sanctorum omnium in omni uirtutũ laude facile anteiret. Nã Pataræ natũ illum cõstat, & claro quidem genere. Mater eius fœmina fuit sanctissima, atq; grauis. Patri uero nõ tam uitæ splēdor, q̃ integritas, nõ tam populi, q̃ dei cultus non tam diuitiæ q̃ elemosyna fuerunt in pretio. Mundi itaq; relictis illecebris, nullum erat illis nisi bonarũ actionũ studium, atque uoluptas. Hi tanquã lignum plantatum secus decursus aquarũ in tēpore suo speciosissimum edidere fructum, infantē uidelicet hũc, cuius cœlestis indoles futuræ uirtutis præsagiũ præ se ferret. Illũ aũt primũ mater pariter, atq; postremũ tulit. Infœcũda postac cũ carissimo cõiuge perseuerans, siue desperante natura, per illos posse huic similem alterũ in luce pducere, siue ut puer hic multifariam Baptistæ similem in hoc quoq; cum illo quodammodo conueniret. Ille enim infœcundæ matris dissoluit uterum, atq; sterilitatem. Iste fœcũdæ matris uterum obstruxit. Sic itaque parentum diligentia omnis, studia, & uoluptates in hũc unum diuinæ ornandum, instituendum'que sunt collectæ, ut quem carnaliter genuerãt, spiritualiter educandum, & omnibus

sāctissimarum īstitutionū ornamētis excultum, admi/
rabilem cunctis mortalibus redderēt. Cap. ii.

Infantē aūt hūc (qs dubitet) ī ipso statim natiuitatis exor
dio, diuino fuisse numine afflatū, scificatum'q;, q non
priusuiuere, q̄ deū uenerari, nō prius comedere, q̄ ieiu-
nare cœpit? Cōpertū enim habemus, illū, cū reliquos
dies, noctes'q; omnes nutricis ubera suggeret crebro,
quarta tamen, sexta'que feria nisi semel duntaxat, & id
uesperi quidem, lac uoluisse gustare. Atque hoc semp
certo, immoto'que seruauit ordine, ut nullus posset
blanditiis, nullo nutricis lenocinio, nulla naturæ ne/
cessitate, a' ieiunio cœpto deflecti. Quāobrem uel im/
probum quemque bonarum rerum interpretem planē
fateri oporteat, non fortuitu illud, aut intemperie sto-
machi factum esse, sed quasi consulto, & dei afflāte spi-
ritu. O miraculum singulare, & inter rara omnium sæ-
culorum spectacula, per ecclesias merito decantatum,
& dignum uiuendi principium, cui tam excellens uita
succederet, quandoquidem, crescentibus annis, debe/
bat eius quoque uirtutibus tum natura, tum studio &
gratia, partis fieri accessio admiranda. Cap. iii.

Postea enim q̄ e' pueritia excessisset, castissimos mores, &
disciplinam ab optimis acceptam parentibus in meli9
redigens, ipse quoque suapte natura, & ingenio non
desinebat, uelut generosa quædam, & fertilis gleba
nouos quotidie honestatis, & pietatis fructus edere.
Inde ætate poscente, ad capiendum animi cultum, tra
ditur studio literarum. Vbi tum ingenii magnitudine,
tum uelocitate discendi, breui admodum æuo, multa
ingenuarum disciplinarum scientia imbutus, ab omni
humanæ laudis cura abhorrebat. Aequaliū uero soda/
litates, conuiuia, consuetudines uitabat omnino, quia
in illis cerneret, sicut festiuitatis multum, ita plurimū
esse ītemperantiæ, atque periculi. Mulierum non mo-
do colloquia, uerum etiam conspectum, tanquam iuue
nilis animi pestilentissimam labem fugiens, totum se
honestati, pudicitiæ'que addixit. Libidinum uero, &

carnis incendia, quibus æstuare plerique omnes adolescentes solent, quotidiani labores, Ieiunia, uigiliæ extinguebant. Talibus instructum artib⁹, totum sese accepimus ad Christi seruitium contulisse. Schola illi erat, ac diuersorium dei templum, ut se dignum pararet templum, in quo deus ipse pernox, & perdius habitaret. Neque bonatum disciplinarum studia aut legendo, aut audiendo, aut meditãdo intermittebat, In quibus tantum excelluit, quantum magno futuro antistiti opus erat. Sed quo uita recta, doctrinis omnibus longe maxime præstabilior est, eo plus in cõponẽdis, formandis'que moribus nauabat operæ, ac laboris, quo iuuenilis, fluctuantis'que ætatis inconstãtiam senili quadam firmaret grauitate. Quem enim admodum non illud senium laudamus, in quo nõ emineat par senio, & annis modestia, sic etiam solemus iocunde admirari, multa'que laude dignã existimare adolescentiam, quæ plane' didicerit eius scæ ætatis compescere motus, & senectutis grauitatem, ac molestiam retinere. Est enim si iuuentus in sene turpis, ita pulcherrima quidẽ in adolescente senectus. Cap. iiii.

Habuit autem Nicolaus auunculum nomine Nicolaum, a' quo nunc nostrum, arbitror, id nominis usurpasse. Is cum nepotem animaduerteret religioni, & sãctimoniæ deditum, mundo se penitus abdicasse, parentes hortatur, ut adolescentem sacerdotalibus sacris initiari permittant. illi in sententiam uenere faciles. Cur enim gratos homines pigeat reddidisse, qđ gratis acceperint, & fidelium more debitorum æs alienum, cũ ipsa etiam usura persoluere. Nam in ueteribus memoriis scriptum inuenimus, Nicolai nostri parentes aliquandiu steriles, & propemodum de sobole desperantes multa prece, & lacrymis a' deo hũc filium impetrasse, atque illum propterea deo, qui dederat, reddiisse libentius. Perhibent autẽ auunculũ, sancto afflatum spiritu, de nepote uaticinantẽ præcinisse in illo cœlestiũ donorũ redundantiam. Cũ enim initiaret', ad astantes

conuersus, nouũ, inqt, fratres, terris solẽ oriri uideo, & humano generi grãde solatiũ cõparat. O gregẽ felicẽ, q hũc sibi pastorẽ sit habiturus. Nũc enim uidebitis, errãtes oues ad pietatis pascua reuocantẽ, Hũc periclitãtibus salutẽ, calamitosis opem, laborãtibus præbere quietem. Neq; secus, atque iste prædixit, omnia euenisse insequens sermo docebit. Nulli autẽ mortalium admirabile uideri debet, uel nepotis præclara facinora, usque adeo mundum illustratura, sui splẽdoris uatem aliquẽ habuisse, uel auunculum prophetandi spiritũ meruisse, quem admirãdæ uitæ integritas, ecclesiæ iudicio inter cœli sydera collocarit. Nã duos fuisse Nicolaos cõstat, auunculum illum, hunc nepotem, Sanctos ambos, episcopos ambos, illustres ambos, q̃q̃ longe illustrior quidem nepos est habitus, is, cuius nunc uitam, & facta cõscribimus, cuique propterea Magno cognomen fuit. Igitur factus sacerdos, morum & uitæ sæueritatem pariter cum dignitate augendam putauit, naturæ sapientiam imitat⁹, quæ arbores ipsas, quo se celsius in cœlum tollunt, eo altius demissis in terram radicibus, firmiores reddit. Sacerdotii autem, quis dubitet, solidissimas esse radices, integritatem uitæ, misericordiam, pietatẽ, continentiam, sobrietatem, reliquas'que uirtutes id genus, quib⁹ potissimũ propius ad deum acceditur. Itaq; corpori suo bellum indicit, non q illud necaret, aut cõtereret, sed q domitum, & omni petulantia exutum, redigeret in seruitutem. Igitur somno, & quotidiano cibo, q̃tum ratio permittebat, detrahit, ieiuniis, nocturnis'que uigiliis solito plus indulgens, uino parcissimo utebatur, sæpius aqua sola contentus. Veste si non sordida, ut hypocrita, & uanus ostentator, nullo tamen cõspicua luxu deinceps est usus. Crebrior illi fuit ad delubra aditus. Nulla penitus nisi sacrarum literarum lectio. In uultu, & gestu modestià maior. Sermo rarior, & grauis quidẽ, & qui nihil haberet inanitatis & fuci, ut his præditus ornamentis uideretur in corpore mortali immortalium uitam degere.

Per id autem tẽporis Nicolaus auunculus templũ nobile sub sacræ Syon nomine struit, ei'q; pari dignitate monasterium addit. Cui, cum de præficiẽdo gubernatore pro rei amplitudine cogitaret, uisum est id negocii nepotis curæ, sapientiæ'q; cõmittere. Tum ut admirabiles eius uirtutes usu, & exercitatione uegetiores redderet, tum quia nemo erat in prõptu, qui rẽ illã aut sapiẽtius, aut sanctius, aut diligentius gubernaret. Nepotẽ itaq; præfecit, ei'q; plurimos præstantes adiũgit monachos, ut uelut in re militari & imperatorẽ exercitus, & exercitũ imꝑator pari uirtutũ cultu, & uolũtate haberet. Hoc itaq; munus ita Nicolaus administrauit, ut dignitatem monasterii gubernatoris præstantia facile superaret. In eo'q; perstitit, quoad ipse uisendorum sacrorum locorũ gratia in Palæstinã est profectus. Quod iter paulopost plusculis attingemus. Sed me iam uideo de narratiõis semita declinasse. Prius enim q̃ de monasterio dicerẽ, erat de parentum interitu, & hæreditatis distributione dicendum, quem locum nunc paucis absoluamus. Parentes eius in illi⁹ pestilentiæ uastitate, quæ Lycia ea tẽpestate depopulata est, intra triduum morientes, hæredem illũ testamento instituunt, Quorum mortẽ omni officio, ac pietate ita est prosecutus, ut nihil omitteret, quod ab amantissimo filio parentibus optimis præstari par sit. Hæreditatem igitur adiens, & non tã possessorẽ se, q̃ hæreditatis dispensatorẽ relictũ intelligens, cœpit, non quo modo patrimoniũ augeret (id quod pleriq; omnes mortales factitant) cogitare, sed quo pacto patrimonium seminando, uberiorem sibi frugem in cœlo colligeret. Quid enim aliud agat uir constans, & sapiens, qui ab ineunte ætate funditus ex animo terrenas eiecerat cupiditates, nisi ut duriore iã ætatẽ cõtemnat, quod teneris annis animo magno, & excelso contemꝑserit? ne uitæ præclara exordia à succedẽtis ætatis actionibus dissentirent. Itaque nõ ad congregandas diuitias, sed ad congestas dispertiendas animum appulit, ut nil aliud patula manus q̃ egenum, & pauperem co-

gitaret. Cæterũ quẽadmodum tellus ipsa omniũ lõge liberalissima herbis, frugibus, arboribus'ue sic alimenta, atq; uitæ præsidia porrigit, ut nemo quidẽ omnino id sentiat, Ita noster hic egenorum alumnus clam quidem, & nullo sciente mortalium, misericordiam suam incredibili studio, in paupes exercebat, Cuius reliquas elemosynas intelligemus facilius, si hoc unum ẽ pluribus celebre illius factum subiiciemus. Cap. vi.

Fuit Pataræ uir genere nobili, qui (ut fert humanæ felicitatis fragilitas) ab honoribus in contemptum, a' diuitiis in egestatem deciderat, Ei erant tres filiæ corporis, formæque uenustate, & morum elegantia lõge præstãtes, uirgines omnes, & quarum ætas (si patris calamitas non obsistat) nuptias flagitaret, Has inops pater omni rerum egestate calcatus, non modo uiro tradere, sed ne alere quidem quoquo pacto poterat, neque spes ulla miserũ hominẽ solabatur, qua quotidie crescẽtis inopiæ uim perferret. Heu rem dictu fœdam, heu quo mortalium mẽtes insuperabilis uis egestatis impellit, Tetrum, atrox, immane facinus, patrem paternæ pietatis memorem ne, an immemorem potius dixerim, exagitat filiarum decus, ac pudicitiam deserentem, ut natis esurientibus nõ deesset, cœpit enim de illarum uirginitate alienæ prostituenda libidini, cogitare, ut turpissimo, & flagitioso quæstu, uitam pereuntis familiæ tueretur. Iam uesana fames reluctãtem patris animum ægre perfregerat. Iam crudele, & humanis indignum luminibus spectaculum parabatur. Quid enim tam ualidum est, tam'que munitum, quod necessitas non prosternat? Sed affuit de cœlo miserator domin⁹, qui escã daret timentibus se, Qui patris in filias inuitam crudelitatem non pateretur, Qui uirginum castissimas lacrymas miseratus a' tam fœtido flagitio liberaret. Sed quo pacto id facies dulcissime deus, uniuersæ misericordiæ pater, & fons, aut quo ministro auxilium tuum oppressæ familiæ porriges? Angelum profecto tute tibi Nicolaum delegisti, quo nemo mortalium esset, qui tua

iuſſa meliori aut ſtudio, aut conſilio, aut pietate perfice
ret. Tua igitur miſeratione factum eſt, ut crudele conſi-
lium famulus tuus, neſcio quo, niſi te uolente, ſentiret,
cuius animus, tum rei atrocitate, tum inſita pietate com
motus, in auxilium periclitãtium totus accingitur. Sti
mulabãt miſericordem animum eſurientis familiæ la-
crymæ. Stimulabat caſtarum puellarum proſtituenda
uirginitas. Stimulabat amantis patris miſericordia, qui
in pudicitiàm inuitus agebat, ne in uentrem crudeliter
agere uideretur. Sed ſeruus tuus, qua ratione deus im-
pleat præcepta, non uidet, cum enim iubeas miſericor-
des nos eſſe, uetas tamẽ ſiniſtram ſcire, quid faciat dex
tera noſtra. Ardet animus miſericordiæ faciendæ ſtu-
dio, ſed humanum ſui beneficii teſtimonium refugit.
Quippe qui tibi ſoli benefactorum gratiſſime retribu-
tor placere conetur. Tantum enim uir dei ab omni hu-
manæ laudis deſiderio abhorrebat, ut quantum cæte-
ri ſua maleficia, tantũ ipſe iſte bñfacta ſua cœlare ſtude
ret. His agitatus ſtimulis impiger animus, credo, te do
mine inſpirante, in tempeſtæ noctis ſilẽtio e' ſtrato, ꝓ-
ſiliens, auri haud mediocre pondus ſacculo belle in-
ſutum, ſumit, domo egreditur clanculum, miſeran-
dæ familiæ domum tacitus adit, circunſpectat ſagaci-
ter omnia, animaduertit tandem, luna ipſa adiuuante,
feneſtram apertam paululum, ea cubili inſeruiebat, in
quo infelix pater membra quieti tradiderat. Tunc Ni-
colaus pulcherrimam ſibi a' Deo oblatã occaſionẽ ra-
tus, auro per feneſtrã immiſſo, domum ſe ſtatim pro-
ripit. Mane pater, auri comperto miraculo, ſtupens,
cum tanti muneris datorem ſuſpicari non poſſet, dæ-
monum eam eſſe, aut callidi cuiuſpiam hominis falla-
ciã putat, adulterio'que credit ſe luſum auro. Inde cũ
aurum digitis contrectaret, iam'que rei cognoſceret
ueritatem, incredibili lætitia geſtiens, lacrymas uber-
tim effundit. Miratur rem, animo uerſat omnia. Et cũ
humanũ benefactorẽ coniectare non poſſet, in deũ hoc
muneris transferẽs, qd faciã nũc miſer, inqt, ne tãti bñ-

ficii ingratus arguar? Certum est, peccatũ meum dilue-re, & impio me ac nefario scelere expiare. Filiam, in cuius pudicitiam crudelissime sæuiebã, a foedo periculo eruam. Aurum uirginem redimat, quæ meo scelere auri gratia perdenda erat. Hæc itaque secum reputans, primam ex tribus filiam honesto marito locat. Nicolaus nõ minus dato, q̃ ille accepto munere gaudens, ubi uirginem uidet a periculo liberatã, liberabo, inquit, & reliquas. Auri'que tantũdem noctu, ut antea, per patẽtem fenestram immittit. Diluculo pater, cum secundũ aurum inuenisset, uix sui compos humi supplex sese ꝓsternit. Tum ora, pectus'q; largis irrigãs fletibus, Deus, inquit, misericors, esurientiũ liberalis alũne, fac (quæso) domine, ut sciam, quo ministro tu flagitiorũ meorum periculum sustulisti, ut te domine in illo laudẽ, te in illo magnificem, te in illo contempler. Domine, qui me iampridem sanguine tuo redemisti, & nunc auro pereuntem familiam redimis. Ostende mihi dispensatorem hunc tuum, & angelum profecto in terris, cuius ope ecce secundam quoque filiam, diabolo crudeliter maritandam, sancto connubio honestabo. Hæc cum dixisset, non prius destitit, q̃ alterum quoque generum sibi asciuit, nec minore certe gaudio duplicis coniugii celebrati, q̃ spe tertii quoque propediem celebrãdi. Iã enim tantum sibi de dei misericordia pollicetur, ut sese putaret tertiæ quoque filiæ dotem tenere manibus. Ita ab inferno ereptus homo noctes, dies'que perpetuos, ereptoris sui desiderio estuabat. Statuit'que noctes insomnes per excubias ducere, quoad quisnam esset hic exploratum haberet. Nec minus admirabilis noster, tertiam quoque filiam nuptiis tradi cupiebat. Profunda itaque nocte ueniens tacito (ut assolet) pede, per eandem fenestram tertiam introiecit dotem. Ac peruigil pater decidentis auri strepitu monitus, quanta potest pedum uelocitate prosiliens, Nicolaum tandem fugientem assequitur, comprehendit, tenet, atque illius pedibus aduolutus redemptorem

suum, adiutorem, saluatorem pereuntium animarum flens, gaudens'q; cõpellat. Nisi enim miserationes tuas, inquit, misericors excitasset dominus, dudum iam perierat infelix cum tribus infelicioribus natis pater, sed clementissimus dominus per te saluauit nos, & a crudeli peccati casu liberauit dominus, suscitans inopem a terra, & de stercore errigens pauperem. Talia lacrymantem, beatos'que osculantem pedes, Nicolaus ægre compescuit, qui cum beneficium suum, quanta potuit humilitate attenuasset, multis tandem adiurationibus, ut rem nulli mortalium patefaceret, frustra precatus est. Vna igitur hæc ex innumeris ꝓpe misericordis hominis huius elemosynis. Quod si reliquas quoq; recensere pergemus, quoties indigentibus opem tulit, quoties pauit esurientes, quoties alieno grauatos ære leuauit, immensi prope modum laboris id fuerit.

Cap. vii.

Postea uero q̃ perfecta iam, & absoluta uiri uirtus illum maiore dei familiaritate dignum effecit, cœpit eum solitudinis cupiditas ingens, In eo'que desiderio diutius immoratus, statuit tandem ab omni hominum cœtu secedentem in abditam aliquam eremum sese recondere, ut remotior mundo, deo fieret propior. Eremus enim quietis atque trãquilitatis animi optima parens, & nutrix, comes uero atque tranquillitas cogitationũ, diuinæ'que contemplationis fructifera radix, certa'que pronuba cum deo coniugii spiritualis. Itaque cum ueteri uisendæ palæstinæ desiderio teneret, ubi Saluator noster ante Crucem inter mortales uersatus est, nauim in Aegyptum redituram conscendit, ut inde ad loca sancta profectus, solitudini se deinde dicaret. Sed palæstina, & eremo intermissis, nauigationi ipsi paululum indulgeamus. Igitur e portu tranquillo cœlo soluentes recta in Aegyptum enauigant, cum autem docti nautæ nihil aduersi suspicarentur, quos tamen diuturnus usus futurarum tempestatum præscios solet facere, Nicolaus illis horrendas uentorum, turbinum'q; pro-

cellas imminere prænunciat. Et enim uidere se, ait, humani generis hostem iratum, nauim stricto gladio ingressum, atque rudentes, omniaque simul mali, & claui retinacula concidere cupientem, molientemque nauim, quasi rapidis uorticibus circũactam, in profundũ cum uiris ipsis demergere. Vix ea fatus erat, cum derepente, quasi signo dato uehemens, atraque uis tempestatum exoritur. undique horrẽdo fragore erumpunt turbines. mare uertitur funditus. tollũtur fluctus in cœlum. trepidi nautæ subito metu perterriti ad genua se Nicolai prosternunt, Orant miserere, periclitantibus opem ferat, Dei auxilium pro se imploret, quibus nulla reliqua sit spes salutis. Tunc uir dei confidere illos iubet, ac breui hoc periculo liberatum iri, modo iactent spem suam in domino, qui saluos facit sperantes in se. Post cum paululum orasset (mirabile dictu) sedãtur fluctus. turbines in leuem aurã dissoluuntur. lux atram caliginem dissipat, & iam undique læta, tranquillaque pereuntibus dies redit. Tum nautæ a lacrymis in gaudium uersi ex animo gratias cum deo, tum admirabili famulo eius habere fatentur, duplici uiri admiratione commoti, ꝙ & futurum prædixisset periculum, & præsens tam facile substulisset. Auxit autem illorum admirationem insequentis quoque rei miraculum. Conscẽderat nauta supremum antẽnæ cornu, ut solutos carbasi funiculos religaret. Is dum incautior descendere pergit, & manus illum falleret, magno lapsu super nauis tabulata corruit, contusum corpus iacet exanime, & sine dubio e uita migrarat. Tum Nicolaus misericordia uehementer motus, defixis in cœlum luminibus, orauit intentius. Inde rediens, & primum cœpit illum lacrymans contractare, mortuus quasi e leuissimo somno excitatus resurgit, & corpore ut prius integro ad obeunda munera nauis redit. Post hæc, uir dei pandere illos uela iubet. Illi toto sinu flantem a tergo Corũ accipiunt, nec prius illos felix deseruit aura, q̃ Alexãdriã adducti sunt. Ibi nautæ peruulgatis, quæ uiderãt,

miraculis, ciuitatem incredibili huius uiri uisendi studio excitant. Hic bone deus multa per seruum tuum mirabilia Aegyptiis ostendisti. Et erat operæpretium magnalia illa tua domine uirtutum singula recensere, nisi hoc esset negocii nimis longi. Magnus & enim factus ægrotantium hominum ad eum concursus, magnus calamitosorum opem petentium, magnus ab immũdis spiritibus uexatoꝝ, magnus mœrẽtium, & infestis fortunæ casibus laborantiũ. Sed quis, donoꝝ largitor deus, quis, inq̃, æger non sanus abscessit? Quis mœrens nõ lætus? Quis arrepticius non mundatus? Sed quid hæc ad te domine, qui fecisti cœlũ, & terrã in intellectu? Non tuã igitur incõprehensibilis deus omnipotẽtiã admiramur, sed ministrũ hunc tuũ, quem suæ uirtutis merito uiuentẽ, mortuũ'q; p oĩa sæcula nouis quotidie signis clarescere uoluisti. Hũc iure miramur, hunc uniuersus orbis ĩmortali gloria dignum laudat, & extollit. Tua tamẽ hæc laus ẽ dñe, q̃a sine te laus ista nõ eẽt. Sed iã reliquũ itineris absoluam⁹. Cap.viii.

Ex Aegypto itaq; soluens, & in palæstinam (ut cõstituerat) ueniens, ascẽdit in Golgotha, ubi pro salute generis humani Christi patibulum fuit. Inde cũ ad diuinæ crucis lignũ uenerãdũ incederet, & nox illũ intercepisset, ferũt tẽpli fores tũc clausas uenienti ultro cũ fractis uectibus patuisse. Nec mirum id quidẽ, quippe cui cœli ipsius patebãt portæ. Nõ enim caruit cumulata mercede ista ꝓfectio, uberiorẽ enim spiritus scĩ grãm, maiora'q; deinceps omniũ uirtutũ, atq; signoꝝ dona perpetuo eũ habuisse accepim⁹. In palæstina itaq; quãtũ par fuit morat⁹, in solitudinẽ sese colligere parat. Cæteꝝ dñs, q ciuitatẽ supra mõtẽ positã abscõdi uetat, & ardẽtẽ lucernã poni sub modio, illi p uisum semel atq; iteꝝ ĩperat, ut ad oues, quas reliquerat in Syon, cõfestim redeat. Quod ubi diuinũ id eẽ mãdatũ mãifeste deprehẽdit, seipsũ abnegãs, colla ĩpiger diuino iugo submittit. Nauẽ alexãdrinã conduxit pretio, cũ qua e' Palæstina in Lyciam remearet. Ast eũ improbi nautæ dolo falle.

re aggressi suæ prope' dederunt pœnas improbitatis. Nam sumpta mercede, cum e' portu soluissent, nõ quo pepigerant, sed Alexandriæ proras obuertunt. Iam erat in conspectu patria illorum tellus, cum repens exorta procella, clauo, antenna'que confractis, ultimum illis exitium minabatur. Tunc nautæ cõscii perfidiæ suæ ignosci sibi postulant, & supplices, ut deinde pro sua exoret salute, magno flagitant studio (miram dictu rẽ) uix illi sermonem compleuerãt, cum subito uis omnis tam sæuæ tempestatis compressa resedit, & nauis, nouis surgentibus austris, in Lyciam pulsa applicuit. Descendens itaque Nicolaus sese ad monasterium confert, Quod auunculus eius (ut pauloante dicebamus) sub nomine sacræ Syon, magnis ædificarat sumptibus. Eum fratres incredibili gaudio excipiunt, amplectũtur, osculantur, & quasi angelum a' deo sibi redditum, uenerantur. Hunc sibi locum Nicolaus, quasi tranquillum aliquem portum delegerat, in quo a' turbulẽtis mundi actionibus ad contemplãdam futuræ uitæ felicitatem conuersus, deinceps quieturum sese sperabat. Sed breuis admodum ea spes, ea'que quies fuit. Non enim passus est, qui omnia sapiẽter gubernat deus, ut locupletissimus iste omnium uirtutum thesaurus humi lateret, de fossus, exquo erat futura sæcula innumeris beneficiis ditaturus. Voluit enim, ut magnum hoc lumen, quod ipse immensa sua accẽderat prouidẽtia super magnũ, erectum'q; candelabrum suis radiis uniuersum orbẽ p sæcula illustraret. Itaque dum in secretiorem aliquando locum sese orandi, contemplandi'que gratia, uti insueuerat, recepisset, uox eum de cœlo alloquitur. Nicolae ad mũdi, inquit, palæstrã tibi redeũdum est, si meã coronam expetis. His uerbis exterrito, cogitanti'que, quid nam uox ista portenderet, Iterum uox eadẽ acrius intonans, Nicolae, inquit, non hic est ager, in quo fructum, quẽ ex te flagito proferas. Ad homines redi, ut in te nomen clarificetur meum. Tunc hac uoce Nicolaus plane sibi imperatum a' Deo intelligit, ut relicto

ocio

ocio, ad deferendum miseris mortalibus, quam possit opem, redeat. Hic cum deo parendũ existimaret, diu'q; secum uersasset animo, in patriam ne, ac inter notos, an alio terrarũ orbe sese habitaturus reciperet, fecit tandem humanæ laudis odium, atque contemptus, ut neglecta Patara, & suis Myras, ubi nemo quisquam illũ nouerat, commigraret. Cap. ix.

Forte autem fortuna per eos dies Myrensis pontifex e' uita migrarat, cuius rei gratia (quoniam ea ciuitas Lyciæ Metropolis erat), pũiciales episcopi, quos suffraganeos uocant, frequentes illo conuenerant, ibi de sufficiendo antistite actum est. Tum diuino operante spiritu, incredibilis quædam cupiditas cœpit nõ episcopos modo, uerum etiam uniuersum clerum, ut sanctissimũ, atque ornatissimum aliquem præsulem sedes illa pro sua dignitate, amplitudine, atque gloria consequeretur. Quod tam&si multi præstantes uiri nominabant, non tamen unusquisque facile ostendebatur, in quem huius concilii suffragia consentirẽt. Ita cum uaria (ut in conuentibus hominum fit) studia eorum essent, uariæ'que sententiæ, placuit tandem, precibus, omni'que supplicationum genere orari deum, ut reuelaret, quisnam esset huic obeundo muneri deligendus. Magno studio diutius oratum est, nec ieiunia etiam, nec pleraque pietatis opera defuerunt. Tandem de cœlo dominus, non tam precantium meritis, aut sedis dignitate, q̃ huius imensi luminis patefaciendi gratia, uoces eorum exaudiuit. Præficiendum'que antistitẽ uni ex suffraganeis episcopis, uenerando senio, & uita præstabili reuelauit, hoc pacto. Huic enim ante lucanam cum cæteris episcopis orationem facienti, apparuisse quendam ferunt, habitu angustiore q̃ humano, ei'que imperasse, ut ab oratione confestim ad templi excubias se conferret, & quem primum in templum uenientem deprendisset, illum esse, ad quem diuino consilio episcopatus, & ecclesiæ gubernacula deferantur, homini'que Nicolao nomen esse. Hæc iste cum cæteris episcopis nũcia

ſet,uiſum eſt omnib⁹ ita fieri, quēadmodum epiſcopo ſanctiſſimo reuelatum fuerat. At ne qua poſſet humana ſuſpitio dei uoluntatem labefactare, omnis'que tolleretur huius rei in fraudem nunciandæ occaſio, decretum eſt, ut nemo quiſquam omnino de tēplo ante rei finem egrederetur. Tum omnibus ad orationem conuerſis, hic unus ad exequenda dei mandata pro templi foribus excubat. Habebat ſuſpenſos omnes (ut eſt humanus animus ſollicitus futurorum) huius tātæ rei, diuini'que indicii expectatio. At Nicolaus media nocte ad confitendum tibi clementiſſime deus de more ſurrexerat, ignarus certe uoluntatis tuæ, cui tamen ſe totum addixerat. Et cum in tuis laudibus (ut ſolebat) nocturna ſilentia abſumſiſſet, anteq̃ primos radios rutilans aurora diffunderet, ortum'que ſolis ægris mortalibus nunciaret, in templum, te inſpirāte domine, ſecurus ire pergit, quo cum primus omnium adueniſſet, explorator iſte diuinorum iudiciorum ingredienti Nicolao templi ueſtibulum, ſiſte gradum, īquit, fili mi, dic quæſo, quis es, quo'ue nomine uociteris? Tum uas iſtud electionis nil tale ſuſpicans, manſuete, uerecunde'que peccator, inquit, ſum, & ſeruus inutilis, nomine Nicolaus. Tum ille uultus, & morum grauitatem, uerborum'que modeſtiam conſpicatus, & uiri præterea nomen ſibi cœlitus deſignatum, non dubitauit hunc illū eſſe, quem diuina uiſio, futurum epiſcopum prædixiſſet. Non erat enim neſcius, in quos ſoleat deus reſpicere, in māſuetos uidelicet, & humiles corde. Itaque incredibili plenus gaudio, ſicut qui inuenit ſpolia multa, aut in abſcōditum agri theſaurum incidit, ſequere me, inquit, fili mi, & apprehēſum dextera ad reliquos ītroducit epiſcopos. Illi audita re, nouum epiſcopum non humano certe, ſed planè diuino ſuffragio declaratū, inſolita quadā ueneratione excipiunt, uenerātur, deo'que laudem, & gloriam decātantes, ī medium templi ſtatuunt, non tam reluctantem, q̃ noui huius uelut prodigii ſtupore uix compotem ſui. His continuo promul

gatis (quid enim est ocius fama rerum ,præsertim ad/
mirabilium)ad tantæ rei spectaculum inumerabilis ꝓ-
pe confluit multitudo.Tum surgẽs episcopus ille, qui
uisum habuerat,docet,q̃ cari habẽdi sunt,q̃ ue a popu/
lis honorandi rectores animarũ,illi præsertim a quib⁹
iuste,sãcte,humane q; gubernarent,nihil q; propemo-
dum felicius esse illa ciuitate,cui istiusmodi antistitem
habere cõtigisset,propterea lætari oportere Myrenen-
sem populũ,& deo per q̃ maximas habere gratias, qui
eum esset præsulem consecutus,a quo plane sperare li-
ceat quicquid ab optimo,atq; sanctissimo pontifice ex/
pectari par sit.Neminẽ enim dubitare oportere,hũc ui-
rum esse omniũ uirtutum arcam atq; thesaurum,& io-
cundissimum spiritus sancti diuersorium,qui nõ huma
no cõsilio,nõ episcoporum suffragiis,non cleri, aut po
puli electione,sed sola dei miseratione sit põtifex decla-
tus.Inde oĩbus quẽadmodũ euenerant,accurate expo-
sitis, abire illos læto aĩo iubet,& gratias unumquenq;
deo pro immortali,ac inæstimabili beneficio reddere,
se cum cæteris episcopis ad unctionem nouicii pasto/
ris iturum ,quem spiritus sancti digitis inunctum ma-
nifeste iam perspiciant. Cũ dicendi episcopus finẽ fecis
set, uniuersus hominũ cœtus in lætitiã,lacrymas que
ꝓfusus discedit. Synodus frequẽs ad noui præsulis un
ctionem cõuenit. A quo magno tandẽ labore impetra
tum est,ut se pateretur iungi,tum magistratus magni-
tudine,tum uiriũ suarum,ut ipse putabat,imbecillitate
deterritũ,q̃q̃ dei hoc esse imperium multifariã plane
cognouerat,Quo igitur die Myrensem thronum cõ
scẽdit,secum ait.Hic dies Nicolae,hic locus mores ali/
os affert,iam non tibi,sed aliis est uiuendum,quando/
quidem aliis uiuere,hoc est profecto sibi ipsi perq̃ma/
xime uiuere.Iste cum sibi uideretur cleri,populi que ui
tia partim corrigenda,partim tollẽda esse,nõ soli deo,
ut ante,sed hominibus quoque uitam suam palam fa/
ciendam esse putauit , ut illi exemplo sui facerent ,q̃d
prece,aut imperio,aut ratiõe fortassis facere noluisset.

Erant eius pristini mores, ut iam expressimus, absolutæ uirtutis, & formæ, atque accurata quadam castigatione compositi. At quoniam alia est priuati hominis ratio, alia magistratum gerentis, uitam omnem, mores'que, pro magistratus dignitate, transformandos esse putauit. Igitur in omni corporis cultu, maiore q̃ ante incuria, & negligẽtia fuit. Nihil erat in eo uenustũ, nihil elegans, nihil accuratum, præter mores, uiuẽdi'q; disciplinã. Vestis plus solito uilis atq; neglecta, in qua nullus esset omnino nitor, aut fastus, sed castigatæ potius humilitatis, & modestiæ significatio, nec enĩ alio quouis pacto poterat sapientius, aut facilius sacerdotum in uestitu luxuriem amputare. Nam quis tam impudens fuerit, qui priuatus pretiosam, & nitidam uestem nõ erubescat, cum magistratum amplissimum uiderit uulgariter, & negligenter idutum? Ego præterea sic arbitror indumentorum splendorem hunc, & plus q̃ regium luxum, quo nostri antistites nunc utuntur, aut nullis ecclesiasticis, aut his solũmodo magistratibus cõuenire, quibus nulla excellens uirtus auctoritatẽ uendicet, aut uenerationem, ut q̃d propria luce non possunt, externo fulgore oculos uulgi perstringant. At in quo uniuersæ honestatis, ac modestiæ eluceat species, maior certe gloria est, atq; hominum admiratio ex ueste uulgari.
Semel edebat quotidie, & uespi quidẽ, ut publicis negociis, quæ pro magistratus amplitudine magna erãt, multa'q;, diem licentius cõmodaret. Nec cœna tamen publico uacabat munere, quandoquidẽ triclinium ei⁹ suo consilio, aut ope indigentibus patebat semper, & cœna sæpius pro negociorum opportunitate intercidebatur. Cibus erat eiusmodi, qui ad ieiunitatẽ, & abstinentiam, q̃ ad saturitatem potius inuitaret. Carnes ab ineunte ætate ita dimisit, ut illas nunquam in omni reliqua uita resumpserit. Non plus uno ferculo cœnauit unquã, nisi hospitum gratia, quorum dignitas, aut affluentiorem escam, aut delicatiorem expeteret. Nũquã sine sacrorũ librorum lectione cœnatum est. Post

epulas uero grauis aliquis sermo sanctissimo, atque do ctissimo conuentu dignus inducebatur. Nam sacerdotes aliquot eruditione, & uita probatos, perpetuos sibi cõuiuas delegit, a' qbus suauiore aliquo animi cibo aleretur. A mensa in cubile semisatur sese recipiens, totus in cœlestium contemplationum campũ diffundebať, & animũ diurnis, alienis' q; curis distractũ, nocturna meditatiõe collectũ refouebat. Cum' q; inter has delicias aliquantum noctis absumpsisset, membra tandẽ humi demissa, somno tãtum indulgebat, quantũ ad pferẽdũ diei labores sat putabat. Inde surgẽs socios aduocabat, quibus cũ antelucana oratione resumpta, inter psalmos, & hymnos aurora expectabatur. tũ una' cũ sole in templum prodiens diuina exoluebat officia, A quibus ad pascendũ, curandum' q; gregẽ reliquũ lucis accõmodabat. O antistitẽ admirandum, & ab ecclesia merito Magnũ cognominatum, qui utramq; uitã ita cõplexus est, ut nunq̃ a' diuinarum rerũ contemplatione negocium, aut a' negocio contemplatio lædere tur. Cap. .x.

Vt autem suorum morbi facilius sanarentur, medicos ad eam rem præstantis magno studio undiq; cõquisiuit. Nã primũ omniũ id curauit, ut unaquæque ex suis ecclesia eius generis rectorẽ haberet, a' quo exẽplo, atq; doctrina, atq; studio uitia populi tollerentur, praui corrigerentur mores, uirtutum, atq; religionis cultus induceretur. Iis medicis utebatur, ab iis discebat quotidie, si quid insigne in animis, corporibus' ue uspiam locorum suorum esset, qđ suum auxilium, aut præsentiã flagitaret. Incredibile aũt ẽ, quãto studio, & charitate opẽ suam quoquo modo laborantibus impartiebat. Non labores ulli hominem fatigabant, nõ sumptus deerat, quo oppressos aliqua siue corporis, siue animi mole leuaret, animo grauius laboranti medẽdo erat impiger iste, & longo, si oportebat, confecto itinere accurrebat. Iacebat quispiã ægroto corpore paup, & egenus. Nunquam, quantum necesse fuerat rerum, & pecuniarum,

in hominis auxilium defuit. Non enim a' Myrẽsibus tantum, uerum & a uicinis urbibus, haud parum argenti in elemosynas dispertiẽdi quotidie ferebatur. Quod si necessitas aliqua occurrisset maior, q̃ ut ei posset præsenti pecunia subueniri, ab diuite aliquo misericorde, quos multos habebat in promptu, pecuniam uel mutuo, uel dono accipiebat. Nam præter necessaria corporis operimenta, & suppellectilem tenui uitæ per opportuna nihil ei reliquum erat, quod uel pignori, uel uenũ posset dari. Nam etiam, quos legebat libros, mutuo petebantur. Ita semper uoluntariam paupertatem omnibus diuitiis facile antetulit. Hoc autem elegans in eo, atque præcipuum fuit, ꝙ cum perfacilis eius ad omnes, & omnium item ad eum accessus esset, amplitudinem tamen, & dignitatem magistratus ita retinuit, ut dign⁹ pro sua grauitate uideretur, qui nõ modo Lyciam, sed multas quoq; prouincias gubernaret. Habebãt Myræ nobiles quasdam matronas uita moribus, & religione præstantes, quæ se totas ad misericordiæ cõtulerãt studia. Iis Nicolaus (quoniam sexus iste ad eiusmodi obeunda munera uidetur impigrior) quasi exploratorib⁹, & ministris utebatur, quibus uinctis ægrotantibus egenis, indigentibus omnibus opem ferret. Nec ei deerãt graues aliquot ciues, a' quibus disceret, si quid in ciuitate fieret tum publice, tum priuatim, quod sua, sui' que magistratus cognoscere interesset, ut ea cogitatiõe posset aut nascentibus malis occurrere, aut iam natis remedium adhibere. Haud multo autem postea, q̃ episcopatum iniuit, prouincialem habuit synodum, in qua pleraq; multa, tũ ad dei, tẽplorum' q; cultum, tum ad uitã, mores' que cleri decreta præclare, & sapienter instituit, partim uetera corrigendo, antiquando' ue, partim noua condendo, quibus uniuersa prouincia Lycia uteret̃. Atque quotannis prouincilaia concilia, quoad uixit, Kalendis septembribus conuenere, in quibus de institutis, ac disciplina cleri, de' q; omni ecclesiarum statu accuratissime agebatur, nec improbis cẽsuræ, ac pœnæ

deerant, nec bonis faces, quibus ad meliorem uitam accenderentur. Initio autem magistratus sui ferunt, cum exoluendi officii, debiti'que reddendi magnitudinem formaret, eum lacrymis, & gemitu deum sæpius intensissime deprecatum, ut ab se intolerabilem hãc molem tolleret. Nam cum hinc animaduerteret de singulis sibi subiectis, qui innumerabiles prope erant, sibi reddendum esse rationem, illinc uires suas, quanq̃ erant magnæ, ualidæ'que, nihil pro sua humilitate existimaret, in desperationem satisfactionis adductus animo incredibiliter angebatur, atque sæpius ob id, cum uberes lacrymas effudisset, uocem tandem audiuit de cœlo in hæc fere' uerba, Ne timeas Nicolae, ut a' me, mea negocia fideliter gerens, ingrate destituaris. Hac uoce maxime recreatus, & spem suam omnem in deũ cõiiciens opẽ sibi a' deo pollicebat', sed ita pollicebat', ut oĩa tamẽ a' seipso petenda putaret, quæcunq; opa, & cõsilio præstare potuisset. Sciebat enim deũ eos nõ iuuare solitum, qui seipsi negligenter deseruissent. Itaq; uires suas omnes tum animi, tum corporis ad gerendum id negocii explicauit, quas cum (ut dicebamus) imbecillas existimaret, duos sibi quasi consiliarios adiũgit, Paulũ uidelicet Rhodium, & Theodorũ Aschalonitam, uiros in omni græcia celebres, & quibus explorata uirtus, atque doctrina, & diuturnus præterea rerum usus auctoritatem pepererat, Horũ fide atque consilio priuatim, publice'que plurimum utebatur, a' quibus ita sciebat se diligi, ut nihil illi magis in eo cuperent, q̃ ut deo placeret q̃maxime. Ad eorum itaq; sententiam, quasi ad fidele aliquod speculum proprios ornabat mores, & ad magistratum aptos accõmodabat. In obeundis insuper episcopatus negociis, si quid paulo difficilius iudicandum, agendum'ue accidisset, hos sibi continuo adhibebat, cum quibus de re ipsa statueretur. Cap. xi.

Interea uetus humani generis hostis ira crescentis christianæ religiõis feroces aĩos Dioclitiani, Maximiani'q;

solito atrocius instigat, crudeliorem'que q̃ antea persecutionem parat. Veniunt itaque ab Imperatore edicta in omnes, qui christianam fidem profiterētur, quibus carceres, tormenta, uincula, postremo truculenta nox indicebatur. Hæc cum Myris publice legerentur, aderant pariter Imperatorii carnifices, christianis non obtemperantibus extrema omnia minitantes. At cōtra Nicolaus pastor intrepidus, acerrimus'que christiani gregis propugnator fidelibus omnibus clypeũ sese præstat, & Christi fidem, quanto potest ardore, ubique intonat, liberi profecto, atque sanctissimi pastoris officio fungens. Tum urbis præfecti ægreferentes, contemni ab eo regia mandata, illi, nisi desistat, decernunt supplicia. At Nicolaus (per q̃ erat enim martyrii cupidus) contemptis minis, acrior tum insurgens, tandem uinctus in lōginquas custodias abducitur, in quas & christiani multi ex uariis ciuitatibus erant coniecti. Vbi non parum æui omnibus incōmodis captiuatis affectus, tanta mentis constantia, ac firmitate fuit, ut eum inter delicias uitam degere arbitreris. Nec exemplo modo, uerum etiam assiduis cohortationibus imbecilliores adiuuabat socios, Et uelut agricola bonus teneras plantas religionis, & pietatis riuulis irrigabat, ut eorum radices infertili, stabili'q; solo defigeret. Robustiora uero pectora ad martyrium inflammare, ardorem illis, & spiritum addere, q̃ speciosa esset in conspectu domini mors sanctorum eius, disserere, & prædicare quotidie, nil'que omittere, quo illi celso firmo'que animo breuem hanc, miseram'que uitam pro beata illa & immortali contemnerent, non cessabat.

Cap. .xii.

Interea uero benignus dominus de cœlo suum populum miseratus, qui solem post tenebras, & post tempestates tranquillitatem solet seruis suis inducere, dissipare protinus, ac perdere crudelia sceptra parat, ac sui nominis inimicos de medio tollere, Dioclitiāos scilicet, & Maximianos, & quotquot cum eis suo populo im-

pie præfuerũt. Erigit autẽ cornu salutis plebi suæ, & cœlesti crucis signo Constantinum Constantii, & Helenæ filium aduocat ad Romanum imperiũ. Ille non ignarus, quis nam hic esset, a' quo cœlitus uocaretur, omnẽ spem suam in eum coniiciens, Maxentio cõfestim exacto, dignitatem nominis christiani in propriæ maiestatis solium exaltauit, uertit'que priorum lætitiã Imperatorum in luctum. Tum per orbem edicta profert, quibus iubet idola, & gẽtium delubra euerti, solui eos, qui pro Christi nomine uincti essent. Instaurari christianorum sacra, templa refici, & pristinum ornatum resumere. His Constantini edictis ubique promulgatis, Christi confessores soluti, unusquisque in patriam suam redit. Sic'que Myrensis populus pontificem suũ recipiunt, martyrem profecto uoluntate, ac desiderio, atque incruentum athletam, & bellatorem, A quo cũ cœlitus collata sibi dona miris modis exercerẽtur, tãta creuit apud populũ de illius uirtute opinio, ut iã plane miraculo omnibus esset. Hic, cum uideret dæmonũ delubra quædam, nonnullas'qꝫ gentilium aras adhuc superstites, non exiguam'que impiorum, ac uarii generis hominum multitudinem ad eas confluere, atqꝫ id mali serpere quotidie latius, incredibili ardore accẽsus insurgit, Et undique dei uerbum prædicans, ubi idolorum aram quampiam conspexisset, funditus euertebat, Nulli parcens, neminem metuens, Nihil nisi de Dei gloria, hominum'qꝫ salute sollicitus, Sic itaque omni dæmonum cultu eiecto, puram gregi suo trãquillitatẽ, & requiem comparauit. Cap. .xiii.

Hæc cum Christi miles immo imperator, & dux, aduersus principes tenebrarum non minus feliciter, q̃ fortiter auderet, cœpit continuo illum libido, quatinus ne ab ipso Dianæ templo abstineret, facinus si quidem desiderandum potius, q̃ sperandum. Erat enim ædes hæc admirabili pulchritudine, & magnitudine singulari, & quæ a' Myrensi populo inter primaria urbis ornamenta præcipue coloretur. In hanc igitur cum ro/

bustissima iuuenum manu impetum faciens, non solo illam, ut cæteras, æquasse contentus, fundamenta quoque radicitus euulsa disiecit, nullo prorsus ciuium obsistente. Horrenda res erat, profligatorum dæmonum audire ululatus immurmurantium, terribili'que stridore inclamantium, Nunc se per iniuriam e' sedibus propriis eiici, atque fugari. Cap. xiiii.

Hic itaq; triumphus armis eius, & militiæ aduersus infideles finem fecit. Non autem animo, corpore'que in alienum auxilium exercendo, aut mirabilibus faciendis, quæ quoniam multa sunt, non omnia iccirco silentio patiemur obrui, & obliuione, sed strictim paucula attingemus, si prius ostenderimus, qualem seipse præstitit in illo celebri, & omnium nobilissimo christianorum conuentu, qui iterum Niceæ est habitus. Constãtino igitur, qui primus christianorum cultum in uniuersam suam ditionem induxit, Romanum Imperiũ gubernante, Iulius, q summus tunc erat pontifex, non modo Constantinum, uerum etiam cæteros omnes, quibus præerat Imperator, ad orthodoxæ rectæque fidei ritum, & disciplinam assidue inflammabat. Et cum Arrianus error haud paruã orbis partem occupasset, pontifex tãdem effecit, ut suo, Imperatoris'q; iussu, uniuersale christicolarum concilium Niceam conuocaretur. Vbi dogma incorruptæ fidei christianorum comitiorum firmarentur auctoritate, pariter'que ut Arrius Arrianæq; stultitiæ sectatores, damnati e' re pub, christiana abigerentur. Ei concilio affuerunt trecenti decẽ & octo episcopi, inter quos Nicolaus non minor doctrina q̃ uita, neq; sermone, q̃ opere in refellendis Arrianis fallaciis iudicatus ẽ. Hæresim illã acutissima ingenia tuebantur, & uiri omni doctrinarum cultu, & elegãtiis expoliti, quos cõtra, nõ modo disputationibus, & lingua, uerum multo maxime supplicationibus, & assiduis ad deũ precibus Nicolaus pugnabat. Ita cum illorum tandẽ argutias, & errores ipse cũ cæteris ueritãtis defensoribus dissoluisset, canonem'que ipse, & reli

qui synodi patres, orthodoxæ fidei præscripsissent, homousion, uidelicet, hoc est, consubstantialem patri, & æqualem credendum esse Christum, resarcita scissura ecclesiæ. Inde discedens ad proprium gregem regressus est, cui neque doctrina, neque exemplo, neque assidua exhortatione defuit, quo magis omnes ad uirtutem, ad mores, ad animi cultum, ad pietatem, religionem'que perpetuo concitaret. Cap. xv.

Accidit autem ea tempestate, ut terram Lyciam ualida uexaret fames, tanta'que Myris, alibi'q; tritici egestas esset, ut iam ad interitum hominum res spectaret. Tum Nicolaus ad horrea dei, hoc est ad orationem cõfugit. Per id autem temporis mercator quidam in terra Sicilia magnã frumenti uim, in nauim intulerat, exportandi in Hispaniam, dandi'que uenum causa. Huic noctu dormienti Nicolai simulacrũ sese per uisum offert. Imperat, ut Myras triticum statim tempore aduehat, ex eo grande pretium relaturus, fidem'que uerbis, tribus datis aureis, facit. Excitatus ille cum aureos propè, & cubile clausum inuenisset, admonitũ se diuino numine ratus, Myras sine mora frumentum uehit, pretium'que accipit, quod dormienti sibi spoponderat Nicolaus. Eo pacto Miræ seuientis iam inædiæ uim repulere. Ita cum mercator rem omnem, ut sibi euenerat, cunctis palam' fecisset, Myrenses suum præsulem maiori deinceps, q̃ hominem uenerari par sit, honore, & laude sunt prosecuti. Cap. xvi.

Ea tempestate Constantino nunciatum est ab nonnullis rerum nouarum cupidis, seditionem haud negligẽdã in superiorẽ Phrygia excitatã. Tunc Cõstantinus tris ad eos reprimẽdos motus, legatos mittit. Nepotianũ uidelicet, Vrsum, & Herpilionẽ. Hi celere cum armis ad negocium sibi datum profecti, Andriaciama appulere. Id erat in terra Lycia oppidum, subiectum Myrensibus. Ibi milites aliquãdiu aduersa maris tempestate detenti, emendorum ciborum gratia in terrã egressi, tãdẽ (ut est eiusmodi genus homniũ rapax, & alieni ap

petens)ad prædam incolarum sese uertunt, multa rapiunt per uim, plurima temere deuastant, Quorum improbitas cum in dies augeretur, uicit tandē incolarum patientiā effrenata licētia militum. Igitur agrū omnē armat iniuria. seditio, & tumultus exoritur, & iā in mutuam cædem utrinq; ruebatur. Cum Nicolaus (is enim rem perspiciens) citato pede ad locum uenerat, adesse nunciatur. Tum oppidum omne, nec non & ipsi Imperatoris legati, ac milites (tāta erat in omni Lycia Nicolai auctoritas, atq; nomen) depositis armis, uenientem episcopum obuiam progressi, incredibili quadā ueneratione ita excipiunt, ut nullum penitus tumultus, aut irarum uestigium appareret. Nicolaus rem sedatam animaduertens, benigne legatos congressus, in urbem honorifice, perhumane'que īductos hospitatus est. Dū illi se, placatis uentis, ad nauigandum expediūt, adsunt Myrenses aliquot anxii, flentes'que. Hi ad sancti uiri pedes prouoluti celeritatem, & auxilium conclamant, contra nequissimi hominis uim, atque iniuriam. Eustachiū enim præfectum urbis auro uictum, tres innocentissimos ciues capite damnasse, ciuitatem omnem in luctu esse, unā reliquam superesse in Nicolao spem, qui si affuisset, ille nūquam tam immane facinus in animū induxisset. opus esse maturato. ni cito accurrerit, de capite, & fortunis insontium actum esse. Hæc illi cum flētes lamentarētur, uir dei, diuinæ'que misericordiæ imitator, rei crudelitate uehementer percitus iter arripit, Constantini'que legatos contra præfecti uim, si oporteat, sibi comites & adiutores adiungit. Itaque cum in locum, cui Leo nomen est, aduolasset, obuios quosdā rogat, si quid de tribus his damnatis ciuibus exploratū haberent. Illi reliquisse eos aiunt, in Castoris & Polluсis campo tractos, ut mactarentur. Tum Nicolaus ad locum uelox contendit, ut illorum præueniat necem. Iam miseros illos crudelis carnifex tyrāni iussu ad portam loci pertraxerat, ubi capite damnatos plecti mos erat. Quo Nicolaus incredibili ardore flagrans, cum

